

SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

Viro Summo

Friderico Lueckio

venerabunde

Auctor.

(Julius August)

FRIDERICI WIESELERI

HANOVERANI

CONJECTANEA

IN

AESCHYLI EUMENIDES.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXXVIIII.

VIRO SUMMO

CAROLO ODOFREDO MUELLERO

QUEM SIBI PRAECEPTOREM FUISSE

LAETATUR

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Librum huncce, quem adhuc apud me retinui quamvis ex parte jam pridem typis exscriptum, ne nunc quidem nisi cum dubitatione foras emitto, non quod omnino nihil a me praestitum esse censeam, sed quia quae praestiterim non dicam a justa omnibusque absoluta numeris hujus poetae tractatione, ad quam nolui adspirare, sed vel ab ea, quam mihi successuram esse pro virium mearum modo haud desperassem, procul abesse eo magis sentio, quo diuturnioris atque acrioris in hac re positi studii mihi sum conscius. Verum quum non sane facile sit, in hoc literarum ge-

nere vel mediocrem esse, tum difficillimum erat, non frustra in eodem elaborare argumento, in quo paucis abhinc annis doctissimi iidem atque ingeniosissimi viri operam suam collocassent hoc successu, ut, si multa haud injuria dicas absoluta disputando, at plura tamen in ambiguo relicta esse fatendum sit, nonnulla ne tacta quidem. Ergo si hae curae Aeschyleae tenuiores esse atque leviores judicatae fuerint a doctis et sagacibus viris, unam culpae partem sustinebit difficultas rei, in qua elaboravimus, alteram inbecillitas nostra; quam ut lubenter profitemur, ita neque celandum est, tertiam ei deberi, quod jam natalitium sidus gravius fuit huic libro; neque enim dubitamus, magis politum et castigatum proditurum fuisse, si integrum uno tenore absolutum et subinde diligenter retractatum typothetae tradere licuisset, cujus haud exigua pars citius, quam vellem, chartae mandanda erat, totus denuo perlustrari sub uno conspectu nisi absolutus non poterat.

In libro scribendo id potissimum spectabam, ut novi quid proferrem; quare aliorum sententias fere ibi tantum proposui, ubi iis dijudicandis

et expendendis vel ad veritatem accuratius cognoscendam vel ad mea placita stabilienda opus videretur, ita quidem ut librorum a Muellero [1]), Hermanno [2]), Fritzschio [3]) nuper editorum accuratiorem et continuam fere rationem haberem, etiam ibi, ubi ad eos non provocavi; quare nonnunquam his demum adhibitis perspici poterit, cur ego alibi attigerim, de quibus alioqui tacuissem, alibi non disputaverim, quae si perpetuum, quem vocant, scribere voluissem commentarium id genus, quales hodie facili negotio ex aliorum scriniis compilatis componuntur, transmittenda non fuissent. Ego

1) »Aeschylos Eumeniden Griechisch und Deutsch mit erklärenden Anmerkungen.« — »Anhang zu dem Buche: Aeschylos Eumeniden etc.« — »Erklaerung.« Postremo Muellerus dixit in Zimmermanni Diurnis literariis a. 1835, »Liter. Anz. № 3.« —

2) »Rezension von Herrn K. O. Mueller's Eumeniden des Aeschylos.« Censura haec primum inserta est Annall. literar. Vindobon. Vol. LXIV et LXV, deinde Opusculorum Vol. VI, simul etiam singulatim edita. Libello a Muellero conscripto, cui titulus est: »Erklaerung« quaedam opposuit Hermannus in Zimmermanni Diurnis literar. a. 1835, p. 889 sqq. —

3) »Rezension des Buches »Aeschylos Eumeniden Griechisch und Deutsch etc. von K. O. Mueller von einem Philologen.« — »Zweiter Anhang zu Herrn K. O. Mueller's Eumeniden.« —

vero apud animum meum constitueram, imprimis de difficilioribus locis et qui nuperis doctorum virorum curis aut tentati essent cum aliqua controversia vel sic, ut nondum satis explanati viderentur, aut non tacti vel emendandi restarent vel explicandi, sive brevius, sive fusius, prout res poscebat, nonnunquam etiam animus ferebat, disserere, non dubitans, me hac ratione melius consulturum esse iis, qui paullo profundius student in hujus poetae scripta inquirere. Textum, quem dicunt, graecum noluimus typis excudendum curare, continuum quidem, locos singulatim tractatos in Adnotationibus repetivimus ex editione Wellaueriana levioribus nonnullis passim mutatis tacite, at raro tamen; de metris non diximus, quippe quae res haud ita necessaria videretur in hoc, qualem nobis sumpseramus, labore et magis ad propriam, quales vulgo comparantur, fabulae editionem pertinere; immo ne significavimus quidem, carmina a partibus Chori cantata quomodo nobis inter singulas personas dispertienda viderentur, non quod nullum nobis de hac re comparassemus judicium, immo quia plures suppetebant conjecturae, quam

ut sperare auderemus in quaestione nimis ex arbitrio pendente, crastino nos ipsos credituros esse die, quod hodie confidenter posuissemus, quae vero in hoc genere certa videri possent, jam ab aliis occupata essent, maxime ab Hermanno.

Ceterum Adnotationes, quae de industria non semper sunt suo loco aut positae aut absolutae, maximam partem jam exeunte praeteriti anni aestate typis expressae erant. Ex quo inde tempore quae studiis haud intermissis vel nova mihi invenisse visus sum, vel jam disputatis addenda, vel denique in his corrigenda, partim in Auctario Adnotationum sub calcem libri adjecto, partim in Commentationibus exegeticis suo loco commemorata sunt. His scribendis interpretis muneri, quatenus ei non satis prospectum esset in Adnotationibus, ubi magnam partem potius criticis disquisitionibus operam navavi, prout et res flagitare videretur et per facultatem meam fieri posset, satisfacere studui.

Denique, quum librum huncce non commendem philologis, ut non vapulet, si mereatur, pervelim tamen haec nostra opera in Aeschyli Eume-

vero apud animum meum constitueram, imprimis de difficilioribus locis et qui nuperis doctorum virorum curis aut tentati essent cum aliqua controversia vel sic, ut nondum satis explanati viderentur, aut non tacti vel emendandi restarent vel explicandi, sive brevius, sive fusius, prout res poscebat, nonnunquam etiam animus ferebat, disserere, non dubitans, me hac ratione melius consulturum esse iis, qui paullo profundius student in hujus poetae scripta inquirere. Textum, quem dicunt, graecum noluimus typis excudendum curare, continuum quidem, locos singulatim tractatos in Adnotationibus repetivimus ex editione Wellaueriana levioribus nonnullis passim mutatis tacite, at raro tamen; de metris non diximus, quippe quae res haud ita necessaria videretur in hoc, qualem nobis sumpseramus, labore et magis ad propriam, quales vulgo comparantur, fabulae editionem pertinere; immo ne significavimus quidem, carmina a partibus Chori cantata quomodo nobis inter singulas personas dispertienda viderentur, non quod nullum nobis de hac re comparassemus judicium, immo quia plures suppetebant conjecturae, quam

FRIDERICI WIESELERI

HANOVERANI

CONJECTANEA

IN

AESCHYLI EUMENIDES.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXXVIIII.

VIRO SUMMO

CAROLO ODOFREDO MUELLERO

VIRO SUMMO

CAROLO ODOFREDO MUELLERO

in universum ponere licet. De singulis tamen quibusque conjectura est admodum dubia et periculosa. Primum de templo ipso nihil certi habeo dicere. Utrum ejus ad veritatem expressa erat imago, nec ne? Et, si illud factum credas, utrum illius aedificii ratio habita erat, cujus Trophonius atque Agamedes conditores ferebantur, an illius, quod Alcmaeonidis curantibus a Spintharo exstructum esse constat? Porro prius num pronaum habebat, ut alterum? At illud jam Olymp. 58, 1. incendio deletum erat, hoc Olymp. 75. certe non prorsus absolutum [7]). Prius igitur Aeschyli temporibus, praesertim Atheniensibus, ne notum quidem amplius fuisse verisimile est, at alterum nimis novum visum, quam quod ad illa tempora, ad quae haec fabula pertinet, referri posset. Crediderim itaque, — neque id solis hisce rationibus adductus — neque hoc neque illud accurate fuisse expressum, sed templum Dorici ordinis, antiquum, ut videtur, in scena repraesentatum fuisse, quod ut pro Delphico haberetur et regionis significatio illa, de qua modo diximus, et alia singula indicia, e quibus inferius unum alterumve indicabimus, efficerent; eadem aedes, an praeter *ναὸν* et *ἄδυτον* etiam *πρόναον* habere cogitanda sit, in ipsa quidem fabula nihil inest unde conjicias [8]).

---

7) Vid. Muelleri compendium archaeol. artis, §. 80, 5. ed. II.

8) Dicat aliquis, consulendum esse Euripidem Ione, in qua fabula itidem scena sit ante templum Delphicum. Quamquam ne ex hac quidem ullo respectu certam de Aeschylea scenae ratione conclusionem facere licet. Igitur in ea memorantur *θυμέλαι* sive *θυμέλη* Vs. 46, 114, (*θ. ὑπὸ ναοῖς*, 159, 229 (de quo quidem loco non plane liquet), quo vocabulo recte mihi Musgravius adnot. ad Electr. Vs. 713. videtur statuere atrium denotari; *κρηπῖδες ναοῦ* Vs. 38, *δόμων θυοδόκων* Vs. 512; *πρὸ ναοῦ*

Cetera aeque incerta sunt. Sed dispiciamus nonnulla. Muellerus igitur ad Eumen. p. 101 et in append. p. 40 statuit, thymelen, quae erat in orchestra, repraesentasse aram illam magnam, cujus Pausanias X, 14, 4. et Euripides Ione saepius mentionem faciant; unde, quum ex eadem fabula eluceat, fuisse in hac ara simulacra deorum, quae supplices amplecterentur, et simul

---

πυλώματα Vs. 79, πύλαι Vs. 1611, 1613, in iisque ῥόπτρα; σεμν' ἀναθήματα Vs. 108, 177; θριγκοὶ et χρυσήρεις οἶκοι Vs. 154 sq., 170; εὐκίονες αὐλαὶ Vs. 184 (cfr. Androm. 1076 Matth.); ἀγυιάτιδες θεραπεῖαι Vs. 185; βωμός, βωμοὶ Vs. 1254, 1274, 1279, 1204, 1400, 1402, e quo versu patet, fuisse in hac ara ξόανα, eadem Vs. 1257 vocatur πυρά, eratque ea haud dubie in proscenio posita, non in orchestra thymeles loco. Potissimus vero locus est, qui legitur inde a Vs. 189 usque ad Vs. 217, ubi artis opera recensentur in templo et quidem in metopis, quae Vs. 204. designantur verbis: ἐν τείχεσι λαΐνοισι, sculpta, non picta, ut Musgravius censet, vel, si huc et poetae descriptionem et argumentorum repraesentatorum naturam ducere opineris, sculpta et picta. Haec fere sunt, e quibus species, quae apud Euripidem templi et vestibuli fuerit, adumbrari possit. Fortassis hoc, quatenus proscenio continebatur, ubi Ion versabatur, erat aula Corp. Inscrpt. Gr. T. I, № 1688, lin. 35 memorata, quam Boeckhius intelligit τεμένους partem templo proximam maceria clausam. Videtur sane Euripides novissimum templum respexisse et passim quidem paullo accuratius, quod utrumque non est cur ab Aeschylo factum credamus, cui etiam id agendum erat, ut, quum in altera fabulae parte Minervae Poliadis aedes repraesentanda esset, primarias certe partes nullas exhiberet, nisi quae facile utrique aedificio communes haberi possent. Ceterum ego ex Ione ea tantummodo congessi, quae oculis subjecta fuisse puto; adytum conspicuum fuisse nego, quamvis saepius commemoretur; cave enim tale quid concludas e verbis: ἐς δαφνώδη γύαλα βήσομαι τάδε vel: ἦν γ' ἐντὸς ἀδύτων τῶνδέ με σφάξαι θέλεις, quae leguntur Vs. 76 et 1307; et dubito, num jure Muellerus dissert. de tripode Delphico p. 14, adnot. 34 θριγκόν, cujus Vs. 1320 mentio fit, septum lapideum esse dicat, quo adytum a ceteris templi partibus sejunctum fuerit; licet idem sentiant Clavierus disp. de orac. p. 78, Passovius in libro a Boettigero edito, cui titulus est: »Archaeologie u Kunst,« p. 145, adnot. 2, qui idem statuit de crepidine Vs. 38 memorata, Hermannus ad

id quod Pythia quattuor deos, qui oraculum tenuerint, precetur, reliquos vero nonnisi cum laudatione invocet, rationem habeat nullam, nisi illos vati ob oculos fuisse statuas, conjecturam capit, et hoc factum esse et fuisse illa simulacra Terrae, Themidis, Phoebes, Apollinis. Sed ut aram fuisse thymelen concedam, quin etiam — per me enim licet — magnam illam, de

---

Ionis locum cit., et qui Muellerum atque Hermannum testes advocavit, Dissenius adnot. ad Pindari Vs. 38 Carm. Olymp. VII, 32. Equidem putaverim, crepidinem intelligendam esse non adyti, sed templi universi, ut Vs. 512, quam satis altam fuisse docet Vs. 727 et 739 non recte intellectus a Musgravio; nec Vs. 1320, ad quem explicandum facit ejusdem Musgravii adnot. ad. Orest. Vs. 1369 et 1371, θριγκὸν non esse anticae templi partis, ut Vs. 154. Ceterum hujus loci falsam illam interpretationem praeripuerat jam van Dale dissert. de oraculis p. 124 ed. II. Praeterea haec addo. Apollinis fuisse simulacra conspicua et quidem duo, alterum ξόανον in ara positum, alterum κίονα κωνοειδῆ, e Vs. 1402 et 185, de quo velim adeas notata apud Hesychium s. v. Ἀγυιάτιδες, Eustathium ad Hom. Il. β', p. 166, Lex. Ms. Coislin. apud Kuster. ad Hesych. l. c., Mueller. in Histor. Dorienss. T. I, p. 299 sq., satis liquet. Possit etiam colligi e ratione, qua deus Vs. 124 sqq., 139 sqq., 387 sqq., 449, 683, 880 sqq., 1383, 1619 invocatur; quamquam horum locorum non omnium eadem ratio est. Etiam Minerva Vs. 455 sqq. a Choro appellatur ita, ut hunc ad simulacrum deae conversum verba fecisse dicas. Utrum igitur hoc idem fuit, quod in metopis fuisse e Vs. 207 sqq. cognoscimus, an Minervae Pronaeae statua, de qua mox dicemus? Omnino videndum, utrum verba: ἀγυιάτιδες θεραπεῖαι solum Apollinis Agyiei signum, sive aram appellare mavis sive statuam, ante templum positum indicent, an simul etiam aliorum deorum in vestibulo collocata simulacra. Simul cum Minerva a Choro Vs. 468 sqq. et memoratur et invocatur Diana, ita quidem, ut hujus quoque simulacrum utrum praesto fuerit, nec ne, minus apparere dicas; at, fuisse Dianae statuam perquam antiquam Delphis ἐν τῷ τεμένει, habeo, unde certo sciam, ut constat, saepissime hujus deae simulacra fuisse ante aedes posita. Idem illud de Hecates appellatione Vs. 1046 sqq. etiam magis valet, licet etiam in insula Delo cultus Hecates fuerit juxta Apollinis religiones, ut Muellerus monet l. c. T. I. p. 311, et de hujus simulacris πανταχοῦ πρὸ τῶν θυρῶν po-

ceteris omnibus vehementer dubito [9]). Droysenius in libro, quo Aeschyli tragoedias in barbarum sermonem transtulit, T. I, p. 217 aram Minervae Pronaeae in vestibulo positam fuisse censet. De ara ego quidem nihil compertum habeo, quamvis eam non praefracte negaverim posse fuisse, de statua tamen ante ipsas Apollinis aedes erecta expressis verbis traditur a veteribus grammaticis [10]), nec solum ab hisce, sed etiam a rerum scriptore quodam, cujus tamen locum, utpote explicatius tractandum atque emendatione egentem, hic praetereo. Hanc igitur statuam ante templum conspicuam fuisse, non est,

---

sitis omnia nota sint. Sed haec hactenus; quae ex supra monitis satis, opinor, apparet, quibus posuerim rationibus adductus, ceterum non sane inscius, dei meram invocationem nihil cogere, ut statim de simulacro oculis subjecto cogitetur. Quare nec mihi unquam in mentem veniet, e Vs. 413, 504, 1260, 1321 Matth. quidquam ejusmodi colligere velle. —

9) Quod summum est, omnino dubitandum videtur, num ratio, cur quattuor illorum deorum simulacra in scena conspicua fuisse censet Muellerus, idonea sit. Discrimen enim illud, quod Pythia facit de diis dicens vel ex eo explicationem habet, quod illi proprii oraculi domini vel fuerant vel erant, reliqui nihil nisi conjuncti cum eodem. Vid. etiam Hermann. cens. p. 19. Taceo oppositionem ex iis, quae statim de Minerva Pronaea monebuntur, facile desumendam; neque enim omnino necessarium est, ut hujus simulacrum, quamvis revera fuerit, repraesentatum sit ab Aeschylo. Sed, ut ad Euripidem transeamus, non modo prorsus incertum est, fueritne ara ab hoc memorata eadem atque ea, quam Pausanias magnam appellat, verum etiam illud minime liquet, an ideo, quod poeta dicit: *βωμοῦ ξόανα*, plura simulacra intelligenda sint; ego quidem nescio, an satius sit, de uno, eoque Apollinis, cogitasse.

10) Cfr. Etymol. magn. p. 706 (634): *Προναΐα Ἀθηνᾶ· ἀγάλματος ὄνομα· ἤτοι διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἐν Δελφοῖς ἑστάναι κ. τ. λ.* Idem habet Lex. Rhetor. apud Bekker. Anecd. 293, 26, et mox p. 299, 5.: *Προναία Ἀθηνᾶ· ἀγάλματος ὄνομα ἐν Δελφοῖς πρὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱδρυμένου.* Harpocrationem, Photium, Suidam, Favorinum taceo.

cur non poni possit. Sed forsan etiam Mercurius protemplaris erat Delphis; quae res quamvis non testata sit, tamen quia de Minerva constat et utriusque numinis statuas Thebis ante Ismenium, quod arctissimo cum oraculo Delphico cohaerebat vinculo, fuisse scimus e Pausan. IX, 10, 2., verisimilitudinis certe specie non caret. Quare, nisi post Vs. 63 ipse Mercurius prodiisse videbitur, statuam dei ab Apolline Vs. 89 sqq. appellatam credere, haud omnino absonum erit. Porro nescio, an focum illum, in quo sempiternus ignis erat, conspicuum fuisse probabile reddi possit e ratione, qua Choephor. Vs. 1032 et 1033 ignis illius simul cum delubro mentio fit, unde nihil dicas ad indicandum oraculum Delphicum aptius fuisse, quam hujus in scena repraesentationem [11]). Hoc idem arbitretur aliquis effici potuisse signo Apollinis Agyiei, de quo uno certe ex Euripidis Ione prorsus constat, oculis exhibito. Quamquam id per se solum vix sufficiebat, quum etiam aliorum ante aedes deorum saepissime poneretur. Praeterea si quis vel ex indiciis illa fabula contentis, vel imaginandi facultate ea, quae memoravimus, supplere voluerit, faciat suo ipsius periculo. Apud Aeschylum nihil quidquam reperitur, unde

---

11) Video, etiam Klausenium, qui de scenae ratione fere ad Muelleri arbitrium disputavit in Diurn. literar. Zimmermanni a. 1834, № 41, p. 329 sqq., ad hanc rem attendisse, modo quod is focum simul cum interiore templi parte demum post Vs. 63 oculis subjectum putat. Verum ut de hac re jam taceam, ad illud, quod indicavimus, propositum assequendum opus erat, ut ignis statim ab initio conspiceretur. Qua de re nescio, an is in ara scenica, quam memorat Genellus in libro, qui Germanica lingua inscriptus est: das Theater zu Athen, p. 64 et 69, hic quidem focum illum repraesentante, fuerit.

justa conclusio fieri possit. Simulacra autem veritatis et umbras nos quidem nihil moramur.

Actio prioris fabulae partis incipit cum primo mane 12).

Prologum agit Pythia vetula 13) in prosce-

12) Hoc cum aliunde tum ex Ion. Vs. 41 sq. et 82. usque ad 93 colligi potest.

13) Cfr. Vs. 38. Talem etiam Euripides exhibuit, vid Ion. Vs. 1319 sqq. Matth.; explicatius de hac re tradit Diodorus Sic. L. XVI, C. 26, p. 523 D., cujus verba in brevius contracta reperiuntur in schol. ad Aristoph. Plut. Vs. 9. — Ad habitum Pythiae quod attinet, primum notandum quod Diodorus prodit, uti eam quamvis feminam quinquagenaria majorem virginis tamen ornatu, et quod Plutarchus de Pyth. oraculis p. 397 ed. Francof., eandem non gestasse purpuram, qui locus parum favet iis, quae Droysenius l. c. p. 218 de vestitu Pythiae scripsit. Praeterea, ille qui fuerit, partim colligi potest ex eo, quem cum aliis vatibus tum Cassandrae tribuunt poetae tragici: Aeschylus Agam. Vs. 1237 sqq. et Euripides Iphig. in Aul. Vs. 749, Troad. Vs. 261, 453 Matth. Pertinet huc χρηστηρία ἐσθής, ut appellatur ab Aeschylo, h. e. tunica recta (χιτὼν ὀρθοστάδιος), colore albo, ut monet Pollux IV, 18, 119, et reticulum circa totum corpus, ἄγρηνον Graece vocatur, de quo e veteribus dixerunt Pollux IV, 18, 116, Hesych., Favorin., Etymol. magn. s. vv., e recentioribus, quos citavit Muellerus ad. Eumen. p. 102, adnot. 3; porro μαντεῖα στέφη (χλωρόκομος στέφανος δάφνας), qualem lauream Pythiae tribuit schol. ad Aristoph. Plut. Vs. 39, vatibus in universum schol. ad Pac. Vs. 1044, cfr. etiam Ion. Vs. 524 Matth., nisi hoc loco potius ἄγρηνον intelligendum est, et Varro apud schol. ad Statii Thebaid. L. VIII, Vs. 198; deinde σκῆπτρον, ut vocatur ab Homero Iliad. I, 15 atque Aeschylo; proprie ἰθυντήριον appellandum esse ὃ φοροῦσιν οἱ μάντεις σκῆπτρον ἀπὸ δάφνης Hesychius tradit, id quod jam Casaubon. adnot. ad Theophrast. Char. p. 280 (ad caput περὶ δεισιδαιμονίας) monuit; ῥάβδον etiam prophetidi apud Branchidas fuisse docet Jamblichus de mysteriis p. 74; idem vatum insigne Varro l. c. simul cum corona tradit Brancho ab ipso Apolline datum esse, qui et ipse ramum (κλάδον) laureum et coronam sumpsisse dicitur apud Aelianum Var. Hist. III, 1. oraculum Delphicum occupaturus, et utroque insigni instructus etiamnum conspicitur in pluribus artis veteris monumentis. E locis Jamblichi et Varronis Clavierus in libro, qui lingua Francogallica inscriptus est: »Mémoire sur les oracles des anciens,« p. 137, conjecturam capit, etiam

nio, non in orchestra. Quae quum in eo est, ut tripodem [14]) conscendat vaticinatura, priusquam aedes introeat, in vestibulo sermone fere ad hymnorum veterum similitudinem accedente [15]) ex ordine primum numina, quae oraculum ab initio tenuerant, et Apollinem, penes quem tum dominium erat, precatur, deinde alios deos vel ante templum, vel in regione adjacente sedem habentes, vel denique in ipsis aedibus simul cum Apolline cultos invocat, eos puta, qui aliqua ratione adjuvare oracula edenda crederentur [16]). Quo facto optat, ut nunc ipsi vati-

---

Pythiam tale bacillum gestasse, monens tamen, se ipsum nullam ejus apud veteres scriptores mentionem repperisse; at facta est ab Aeschylo Vs. 37, quamquam non expressis verbis, ut mox videbimus, e quo loco etiam illud apparet, apud hunc non virgam aut ramum intelligendum esse, sed baculum satis firmum. Denique haud pauca extant artis veteris monumenta, in quibus Pythiam agnoscendam esse vel certum sit vel saltem probabile. Addo igitur, in iis personam, quam Pythiam esse volunt archaeologi, passim velamen in capite gestare. Capitis ornandi modum describit etiam Lucanus Pharsal. V, 142 sqq.

14) *Θρόνους* Vs. 29. Idem tripus intelligendus videtur Vs. 18 et 586, ubi de Apolline ipso sermo est, quamquam hunc etiam in umbilico sedentem oracula dare, et tradunt veteres scriptores, et comprobant artis monumenta.

15) Monuit jam Droysenius l. c. p. 243.

16) Mireris nullumdum quaesivisse, quid esset, quod in hoc deorum Delphicorum recensu nulla fieret neque Latonae nec vero Dianae mentio, Pythonis cum Apolline consortium custodum, ut Pindarus ait Nem. IX, 5. Multo minus offendit et vix in comparationem vocandum est, quod in enumeratione numinum regionem adjacentem tenentium etiam Pan silentio transmittitur, quum tamen Nymphae Coryciae commemorentur, quibuscum ille sedem habebat communem in Parnasso antrum illud teste Pausania X, 32, 5, et idem deus fuerit vaticinandi facultate praeditus, a quo vel Apollo artem didicisse perhiberetur, ut tradunt Apollodor. Biblioth. I, 4, 1. et schol. Pind. ad argum. Pythiorum, nec moror eum, si quis aut Vestae, de qua vide Hymn. Homer. XXIV, aut Parcarum, quarum in aede Apollinis duo simulacra exstructa fuisse Pausanias narrat X, 24, 4, aut cujus-

cinia optime cedant, jubet, ad spectatores con-

---

cunque alius numinis a Delphicis religionibus haud alieni non inchoatam mentionem excusare velit. Poterit autem hujus rei vix alia ratio afferri, quam haec, ut statuas, deos, quorum praeter oraculi proprios dominos mentio fit, non tam invocari, quod Delphis et in regione colerentur, quam quia, quum ipsi vaticinandi vi essent instructi, tum prae ceteris conferre crederentur ad oracula danda. Quamquam nonnullos certe eodem fere redit si ideo invocatos dicas, quod iis cultus tribueretur Delphis ut ipsi fecimus de Neptuno agentes in Adnot. p. 6. Quod quum sponte quasi vel ex eo consequatur, quod a Pythia implorantur id agente, ut vaticinia edat, tum de omnibus valere etiam aliunde constat. De Jove omnium maxime. Is enim quum omnino *πανομφαῖος* esset, tum vel ipsum Apollinem vaticinandi facultate instruxerat, ut tradit ipse Aeschylus Vs. 17 sq., Sacerd. fr. 74, atque alii inde ab auctore Hymni Homer. in Mercur. Vs. 471 sq., quos taceo. Immo teste Aeschylo nihil nisi *Διὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας πατρός*, cfr. etiam Eum. Vs. 586 sqq., quorsum pulchre Dissenius adnot. ad Pindar. Pyth. IV, 4. trahit aquitas illas aureas in umbilico Delphico collocatas, monens: »has aquilas Iovem repraesentasse summum oraculi praesidem.« Ceterum vide Adnotationes nostras. — Etiam Neptunus jure huc pertinet jam in universum ob vim fatidicam, quae aquis subesse putabatur — rationem magis specialem affert Muellerus dissert. de tripode Delph. p. 14 — quapropter et ipse aliquando oracula Delphis edidisse credebatur, quam tamen famam aut ignorabat aut repudiabat Aeschylus, atque colebatur ibidem *Ἀμοιβεὺς* appellatus, vid. Adnot. pag. cit. — quod vocabulum dubitaverit aliquis an primitus potius eum denotaverit, qui responsa daret, quam eum, qui oraculi sedem cum Apolline permutavisset — et alibi vaticinia edebat, et a Thurinis *Πρόφαντος* vocabatur teste Tzetza ad Lycophron. Vs. 522. — Porro nec Bacchus, *ᾧ τῶν Δελφῶν οὐδὲν ἧττον ἢ τῷ Ἀπόλλωνι μέτεστιν*, ut ait Plutarchus de *EI* apud Delphos p. 388 ed. Francof., quocum cfr. quos citavit Creuzerus Symbol. T. III, p. 160, not. 107, non erat fatidicus, *τὸ γὰρ βακχεύσιμον καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει*, verba sunt Euripidis Bacch. Vs. 298 ed. Elmsl., qui vir doctus etiam locos Plutarchi similes apposuit, vel, ut Creuzerus censet Dionyso p. 302, ubi fusius agitur de Baccho vate, quatenus *χθόνιος θεὸς* erat, »ob vim aquae terraeque, cujus anhelitu incitari mens crederetur.« Quam posteriorem sententiam si probaveris, eodem fere loco habendus erit et eadem ratione adjuvisse vaticinationem putandus, qua Neptunus. Et pariter atque hic aliquando tripodem tenuisse ferebatur et primus quidem

omnium, ut videre est e schol. Pindar. ad argumentum carmm. Pyth., quam quidem famam aeque ignorabat Aeschylus, videturque ea sane insequentibus demum temporibus orta esse. Idem etiam alibi vates erat, veluti Amphicleae in Phocide, tradente Pausania X, 33, 5, in insula Lesbo, apud Thraces, de quo vide Eurip. Hecub. Vs. 1243 Matth., Rhes. Vs. 969, Herod. VII, 111, Macrob. Saturn. I, 18, quo spectare cognomen *Εὐβουλεὺς* probabilis est Welckeri conjectura, proposita illa in Addendis ad librum de trilogia Aeschylea p. 194, adnot. 31. — Eadem fere, quae Neptuni et Bacchi, Nympharum Corycii antri et Plisti fluvii ratio est. Itaque quum haud immerito diis divinatione praeditis accenseri posse videantur, tum, mea quidem sententia, neque ob hanc caussam, solam certe, neque ideo, quod in vicinia delubri Pythii colebantur, invocantur a Pythia, sed ex eadem fere ratione magis speciali, qua Neptunus et Bacchus, quod scilicet ad deos pertinebant, sub quorum numine id esset, quod vaticinandi vim efficeret. Nimirum Castalius sive Cassotis fons in ipsum templi Delphici adytum penetrans, terrae illum anhelitum profundebat, monente Muellero l. c., quo Pythia, foramini insidens, unde ille emergebat, afflata et in furorem acta, vaticinia edebat, ut tradit Pausan. X, 23, 5. Is autem a summo Parnasso, ubi Coryciae Nymphae versabantur, defluebat, in Plistum decurrebat. Unde factum, ut et illarum proprius habitus fuerit, a quarum una vel nomen accepisse traditur a Pausania, et simul ad hujus, cujus illae ob id ipsum, quod Nymphae rivuli essent in fluvium illum decurrentis, filiae dicebantur, quam famam refert Apollonius Rhod. II, 711, quasi ditionem pertinere visus. Elucet igitur, qua ratione et Nymphae Coryciae et Plistus fluvius simul cum Neptuno et Baccho, ut quibus in aquas subterraneas et terrae anhelitum efficientes imperium esset, ad deos pertinere dixerim, qui conferrent ad oracula edenda. — Denique etiam Minerva fatidica erat, de qua re adi Spanhemii adnot. ad Callimachi Hymn. in Minerv. Vs. 121. Ea tamen qua de caussa Delphis a Pythia vaticinatura invocata sit et primo quidem loco post precationes ad deos oraculi dominos factas, egregie docent vel sola Aristidis verba, quae leguntur Hymn. in Minerv. p. 26 ed. Canter., T. I, p. 14 ed. Jebb.: *ὁ δὲ Ἀπόλλων τῶν αὑτοῦ χρησμῳδιῶν ταύτην προὐστήσατο, καὶ προθύειν ἐπέταξεν.* — Jam vero de Latona quum omnino nihil habeam dicere, Dianae Muellerus quidem Histor. Dorienss. T. I, p. 371 putat etiam id commune fuisse cum Apolline, ut vates esset, addens tamen: siquidem vetus fama sit, e qua Sibyllam egerit, de qua citat poetam apud Clement. Alexandr. Stromm. T. I, p. 323 ed. Sylburg. et Pausan. X, 12, 1. At his

versa, eos, qui e Graecis[17]) adsint oraculum consulturi, sortitione facta accedere, et in templum intrat. Jam igitur scena vacua est; sed per breve tantum temporis momentum. Mox enim redit vates horrore perfusa, tremebunda et baculo innixa[18]), narratque explicate[19]), qua-

---

locis hoc tantum proditur memoriae, altero: Sibyllam, quum esset Phrygia, appellatam esse Dianam, quumque ad Delphos accessisset, cecinisse versus, quibus se vaticinaturam esse diceret et sororem Apollinis vocaret; altero: Herophilen Sibyllam se inter multa alia Dianam appellasse et Apollinis sororem; quae ego, praeterquam quod non dissideo ab illa Muelleri dubitatione, vel per se non magni fecerim, cfr. etiam Schwenk. »Mythol. Skizzen« p. 129 sq., nec quod Diodorus Sic. XVI, 26. narrat, cujus haud meminit Muellerus, sortes a virginibus quondam editas Delphis, famam esse, quod eae sexus haberent cum Diana communionem. Quin immo Aeschyli certe temporibus nec Latonam nec Dianam Delphis aut fatidicas habitas esse aut ullo modo ad oracula edenda juvare creditas, pro certo dico, testimonio utens hoc ipso poetae loco, de quo hucusque disputavimus. Apud Pindarum loco superius allato Latona, Apollo, Diana Pythonis custodes vocantur non tanquam oraculi, sed tanquam ludorum Pythiorum praesides, quod posterius jam Dissenius monuit.

17) Cfr. Vs. 31: *κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινές κ. τ. λ.* Similiter Eurip. Ion. Vs. 92 de Pythia: *ἀείδουσ' Ἕλλησι βοάς*, — et Vs. 369 Matth., de Apolline: *εἴπερ καθίζει τρίποδα κοινὸν Ἑλλάδος*, licet jam ante utriusque tempora poetae barbaris oraculi consulendi facultas concessa esset, unde Livius XXXVIII, 48. appellat Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum terrae.

18) Hoc significant verba *τρέχω δὲ χερσὶν* Vs. 37, nihil amplius; id quod jam Stanlejus intellexit in curis secundis.

19) De universo hoc loco quae scholiastes adnotavit digna hodieque sunt, quae exscribantur: *ἀπροόπτως ἰδοῦσα* (sc. *ἡ προφῆτις*) *τὰς Ἐριννύας κύκλῳ τοῦ Ὀρέστου καθευδούσας, πάντα μηνύει τοῖς θεαταῖς· οὐχ ὡς διηγουμένη τὰ ὑπὸ τὴν σκηνήν, τοῦτο γὰρ νεωτερικὸν Εὐριπίδειον, ὑπὸ δὲ τῆς ἐκπλήξεως τὰ θορυβήσαντα αὐτὴν καταμηνύουσα φιλοτέχνως.* Ego per hanc occasionem quaestionem proponam, non solvam, hoc quidem loco, possitne ex hac fusiore Furiarum habitus descriptione jure concludi, eas in fine Choephororum non in conspectum venisse. Certe verum duco quod Muellerus,

lis se ad penetralia [20]) arrepentem, adspe

licet de hoc aliter statuens, ad Eumen. p. 103 monet his verbis: »die ganze Beschreibung der Unholdinnen, welche den Orestes umgeben, durch die Pythias, wäre matt und frostig, wenn zugleich der Anblick der Erinnyen, etwa hinter einer niedern Mauer, die sie nur der Priesterin und nicht den Zuschauern verbarg, die Zuschauer über ihre Gestalt belehrt hätte; das Wort darf hier den Anblick nur vorbereiten, nicht ihm zur Seite geben.«

20) Vs. 39.: *πρὸς πολυστεφῆ μυχόν.* His verbis in universum indicari adytum templi, in propatulo situm est; quamquam accuratius quaerenti dubitatio oriri possit, utrum proprie denotetur *χάσμα ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ καθ᾽ ὅν ἐστι νῦν τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον*, quae verba sunt Diodori superius citati, sive *ἄντρον κατὰ βάθος οὐ μάλα εὐρύστομον*, ut a Strabone IX, p. 410 describitur, profundum terrae foramen, quod in oracula patet, Justinus dicit XXIV, 6, cui, et ipsi nonnunquam adyti nomine insignito, (unde Hesychius: *ἄδυτον· σπήλαιον, ἢ τὸ ἀπόκρυφον μέρος τοῦ ἱεροῦ*) tripus imponebatur, — an recta et simpliciter *τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον*, aedium pars occulta ac remota, quae vulgo adytum appellari solet. Illud haud dubium est quin intelligendum sit, ubi verbo *μυχὸς* additur *χθονός*, ut Choeph. Vs. 942, sed etiam, ubi non adjectum est, ut Eurip. Orest. 321. Matth., ubi *γᾶς* recte deletum a Kingio, et Pind. Pyth. V, 64, ubi Dissenius minus apte *μυχὸν* ait esse de valle sub monte Parnasso; idemque hoc loco potuit sane multis coronis ornatum dici, quatenus tripus laureis obtectus erat, ut vel e scholiis ad Aristoph. Plut. Vs. 39 constat. Nihilominus tamen alteram praetulerim interpretandi rationem, ut etiam infra Vs. 163 et 171 potius de universo adyto, quam de specu illa cogitandum videtur, et *μυχὸς* saepissime dicitur de interiore aedium parte. Etenim ut tripodem taceam, erat et umbilicus ille vittis atque taeniis opertus, ut Strabo l. c. p. 420 et Eurip. Ione Vs. 225, Matth. liquido testantur atque in artis operibus sat multis etiamnum videre est, et laurus illa in iisdem passim vittis ornata reperitur, immo coronas laureas et vittas atque taenias laneas etiam alibi atque in parietibus adyti suspensas fuisse, cum per analogiam ex hisce, de quibus modo diximus, tum ex Ion. Vs. 1308 sq. Matth. concludi potest, ubi Creusa dicit Ioni: poenas dabo necis tibi paratae, *ἤν γ᾽ ἐντὸς ἀδύτων τῶνδέ με σφάξαι θέλῃς*, et hic respondat: *τίς ἡδονή σοι θεοῦ θανεῖν ἐν στέμμασιν;* quo loco verba *θεοῦ ἐν στέμμασιν* idem sonant, quod *ἐντὸς ἀδύτων*, unde probabile est, etiam apud Aristoph. Plut. Vs. 39: *τί δῆτ᾽ ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων* postrema vocabula idem valere, quod ἐξ

ctus[21]) ex aedibus Apollinis expulerit. Quibus

ἀδύτου; nam illum esse locum, ex quo hunc expresserit Comicus, certe quoad postrema verba, προσδιασύρων, ὥς φασιν, Εὐριπίδην, ut schol. tradit, facilius credam, quam viro cuidam docto assentiar ob hanc adnotationem de duabus Medeae Vs. 669 lectionibus cogitanti, quae, altera ad priorem fabulae recensionem, ad posteriorem, eamque superstitem, altera, pertinuerint. Ceterum vide etiam van Dali l. c. p. 126 sq., ubi tamen plures loci testimonio afferuntur minus idonei.

21) Nimirum Orestes, manibus sanguine stillantibus, altera gladium cruentum (id quod efficitur e verba νεοσπαδὲς, ut jam schol. vidit adnot. ad Vs. 64) strictum, altera olivae ramum procerum (Vs. 43), recens decerptum (Suppl. Vs. 329 et 349), in quo vittae laneae, albae, perlongae (Vs. 44 sq., Suppl. Vs. 22, 188, 329), tenens, supplex sedens in umbilico et ante eum in sellis Furiae dormientes; quae scena etiamnum visitur in pluribus artis monumentis commemoratis a Muellero in compend. archaeol. artis §. 362, 3 et 416, 2. — Dicam paucis explicatius de Orestis positura atque habitu, qualis describatur a Pythia. Et primum quidem modus, quo in umbilico consederit, nescio an accuratius definiri possit e Vs. 41. Ibi vulgo comma ponitur post ἔχοντα et vocabulum προστρόπαιον tantum ad ἄνδρα relatum latine redditur vel: supplicem, vel: contaminatum. At quaerere licebit, sitne illud simul arctius cum ἕδρ. ἔχ. conjungendum, ut locutio ἕδραν ἔχειν προστρόπαιον designet: considendi modo uti supplicibus proprio, in quam sententiam ego quidem ut propendeam, imprimis facit, quod Pythia in universo hoc loco non tam, qualis sit Orestes, exponere velle, quam, qualem is se in conspectum dederit ipsi, describere videtur. Si igitur vera sit, considendi modum intellexerim eum, quo ipse Orestes utitur in pictura vasis cum ab aliis tum Francogallo Dubois Maisonneuve publicati tab. LXVIII, adnotatum illum a Millino explicatt. T. II, p. 104 his verbis: »Il est accroupi et assis sur ses talons, peutêtre cette attitude étoit-elle celle des suppliants,« qui pluribus de hoc positu disputavit T. I, p. 79, adnot. 5. Nihil aliud indicavit Euripides verbo πτήσσειν vel ταπεινὸς vel utroque conjuncto de supplicibus adhibito Ion. Vs. 1279, Suppl. 268 Hecub. 242, Orest. 1396 Matth., Androm. 165. — Deinde quaerendum, utrum ad verbum intelligendum sit et proprie, quod ab Orestis manibus sanguis stillare dicitur, an minus. Negat illud Boettigerus in libro de persona Furiarum p. 31, adnot.: »Wer diess buchstäblich verstehen wollte, müsste auch bei der Blutwäsche der Lady Macbeth, womit schon Rochefort Théâtre des

dictis, quae abhinc facienda sint ipsi relinquens

Grecs T. II, p. 220 diess dem Orest anklebende Blut verglichen hat, tragen, wo denn das Blut an ihren Händen sei,« cujus fere in sententiam discedit Millinus l. c. T. II, p. 100 adnot. 1. et alibi. Et credas facile, veram esse, si Vs. 238 computaveris, de quo quae adnotavit scholiastes hisce verbis: *ὡς αὐτόχρημα αἵματος ὄντος Ὀρέστου, καὶ μιαίνοντος τὴν γῆν ἧς ἐφάψηται. Τὸ μὲν ἀποῤῥεῖν τὸ αἷμα, παραδοξολογίας ἐστὶ τραγικῆς. Ὅρα δὲ μὴ ἐκβαίνῃ τὴν πίστιν, ὁ ἀπὸ Ἄργους εἰς Δελφοὺς ἥκων, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς Ἀθήνας, καὶ ἔτι αἷμα στάζον ἀπὸ τοῦ ξίφους κ. τ. λ.* — ut jejuna carpit Bluemnerus dissert. de notione fati in tragoediis Aeschyli p. 72, adnot. 10, qui »Blutige Spur,« ait, »ist nur Spur des Mörders, nicht dessen der von Blute trieft.« Immo scholiastae illa de paradoxa Aeschyli fictione admiratio augebitur etiam, si cogitaveris, Orestem, quum Athenis versaretur, expurgatum fingi. Verum enim vero ut hunc alterum locum ad tempus mittam, prior sane num figurate intelligendus sit eo modo, quem voluit Boettigerus, vehementissime dubito. Praeterquam enim quod locutio: *νεοσπαδὲς ξίφος* nullam rationem habet, nisi sumas, Pythiae gladium Orestis revera cruore tinctum visum esse, vel id quod verba: *αἵματι στάζοντα χεῖρας* in descriptione proferuntur, eo ducit, ut de manibus sanguine stillantibus, cogitandum esse statuamus, aeque bene, atque cetera omnia, quae in eodem loco a Pythia dicuntur, proprie intelligenda sunt; nec minus Furiarum verba, quae inferius leguntur inde a Vs. 158. Quare censeo, in Orestis, etiam quum is post Vs. 63 in scenam prodiret, et gladio stricto et manibus sanguinis notas conspicuas fuisse, ad quod, in his quidem, Genellus existimat rubras manicas juvisse. Idem tamen, quum denuo progrederetur post Vs. 225, puras a cruore, utpote expiatus, manus prae se tulisse putandus est. Sane quidem alter ille locus hoc posterius statuenti plurimum crearet difficultatis, si quidem ita intelligendus esset, ut sanguis in eo commemoratus idem denotatus sit, cujus a parricidio Oresti vestigia remanserint ab initio hujus fabulae, id quod adhuc ab omnibus, quod sciam, interpretibus factum est; maluerimque hoc pacto jejunitatis scholiasti exprobratae crimen in me admittere, quam in Bluemneri temere acquiescere sententia. At enim in hoc loco aperte non de cruore, qui ex Aegisthi atque Clytaemnestrae caede adhaeserit Oresti, sed de hujus ipsius sanguine sermo est. Quippe Orestes cum bellua ferro petita comparatur, Furiae cum canibus cruoris vestigia in solo comparentia persequentibus. Quare nec ipse ego alterum locum cum altero componere debebam, ut feci in iis, quae re-

Apollini utpote medico vati et prodigiorum interpreti aliisque aedium purgatori [22]), abit eodem, unde venerat. (Ab initio usque ad Vs. 64.). —

Post haec Apollo, de cujus processu quodammodo praemonitum est ultimis Pythiae verbis, arcu ac sagittis instructus [23]), ex aedibus in

---

periuntur in Adnotatt. p. 61 prima. Hoc vero sic elatum si quis ita intelligere vellet, quasi revera sanguinis guttae in solo conspicuae fuissent, aut Orestes ipse sauciato corpore productus, nae is jure jejunus vocandus esset, de mea quoque sententia. Contra, ut de hoc moneam, quamvis levius sit, quod etiam Vs. 307 Orestes dicitur χεῖρας φονίας ἐπικρύπτειν, id quidem, si proprie de manibus cruore infectis intelligendum esset, scholiastae illa admiratione dignum esset; at profecto non est, quippe ad quod jure pertineat Bluemneri illa adnotatio. Sed haec hactenus. — Denique quod ad ramum oleagineum vittis obductum attinet, quod supplicum insigne ἱκετηρία appellabatur Graeco vocabulo, hunc sinistra manu gerebat Orestes, quum dextra ensem strictum teneret, ut etiam in artis operibus est, quamquam non omnibus. Ad illum accuratius cognoscendum sufficiunt quae supra dedimus ex ipso Aeschylo petita. Si quis plura velit, adeat Aeschinis verba in apologia apud Harpocrat. et Suidam s. v. ἱκετηρία, Suidae s. v. ἱκετεύω, schol. ad Eurip. Orest. Vs. 373 et Androm. Vs. 876 Matth. (qui quod tradit, ejusmodi ramos etiam ore gestatos esse a supplicibus, facile quidem concesserim Augusto Matthiae, ridiculum esse, sed nego in adnot. scholiastae pro στόματι scribendum esse στέμματι, licet hoc a duobus codicibus praebeatur, qui non dubitem, scholiastam ineptum illum errorem revera commisisse, videlicet loco Euripidis in Oreste, quem modo citavi, perperam intellecto seductum), Spanhem. adnot. ad Aristoph. Plut. Vs. 383, Wass. ad Sallust. bell. Jugurth. C. L, p. 360, denique artis veteris monumenta plurima numero.

22) Vocabulum ἰατρόμαντις tanquam epitheton Apis, Apollinis filii, recurrit Suppl. Vs. 260. Aristoph. Plut. Vs. 11 de Apolline: ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις. Vid. Spanhem. adnot. ad Callim. Hymn. in Apoll. Vs. 46. — De Apolline aedium etc. purgatore dixit Muellerus Hist. Dorienss. T. I, p. 335 sq.

23) Vid. Vs. 172 sqq., qui solus fabulae locus est, unde habitum dei colligere liceat. Ceteras hujus partes probabiliter indicavit Muellerus ad Eumen. p. 112, quamquam, cur sumserit, Apollinem tantum in priore fabulae parte arcum gessisse, caussam video nullam, cfr. etiam Eurip.

scenam progreditur cum Oreste [24]) et, ut vulgo creditur, Mercurio [25]). Sunt etiam, qui praeeunte vetere interprete Graeco [26]) censeant, cum

---

Alcest. Vs. 40 et, quem ad eum locum excitavit Monkius, Horat. Carm. III, 4, 60.

24) Ad hujus habitum quod attinet, cum paullo ante disputatis a nobis cfr. quae monuit Muellerus l. c. p. 111. De colore tamen vestium eorum, qui adversa fortuna utebantur, imprimis profugorum, aliter praecipit Pollux IV, 18, 117.

25) Negat hunc praesentem fuisse Schlegelius, vid. imprimis Annall. literar. Jenenss. a. 1804, № 50, p. 393; ubi tamen nollem ad sententiam suam comprobandam haec verba posuisset vir elegantissimus: »Und wo bliebe der begleitende Gott nachher? Er sollte doch nach vollbrachter Pflicht vom Orestes Abschied nehmen, dieser erscheint aber ganz allein wieder vor dem Tempel der Athene.« Etenim similia in hac ipsa fabula observare licet non solum de praecone, qui et ipse muta persona est, verum etiam de Apolline, qui post Vs. 700 obmutescit ipse, neque a ceteris, immo ne ab Oreste quidem, postquam ab hoc Vs. 714 invocatus est, curatur amplius. Tetigit hanc poetarum tragicorum institutionem circa ejusmodi personas, secundas partes agentes, et aliis exemplis comprobavit Westrikius l. c. p. 145 sq. Quod Mercurius Vs. 89 sqq. appellatur ab Apolline, nihil impedit, quominus ipsum non praesentem fuisse statuamus, — *κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεός*, vel, quod non minus huc pertinet, *κλύει γὰρ αὐδήν, καίπερ οὐ παρών, θεοῦ*, — minorem etiam offensionem creabit, si, quod supra diximus haud improbabile esse, statua Mercurii adfuerit. Etiam ab initio Choephororum, ubi Orestes Mercurium infernum alloquitur, de simulacro dei cogitandum esse mihi videtur in tumulo Agamemnonis posito, Hermam dico, quos sepulchris imponi solitum fuisse vel e Ciceron. de Legg. II, 26 constat. Ex eo, quod Mercurius in artis operibus fabulam hac tragoedia tractatam sistentibus passim repraesentatus est, nihil colligendum. Quamquam haec omnia nihili essent pendenda, si e verbis Choeph. Vs. 1059 prolatis certo efficeretur, Mercurii eo in loco mentionem fieri. Id quod non necessarium est ut sumatur. Res in medio relinquenda, quamvis equidem a partibus Schlegelii stare malim. Aliud argumentum, quo sententiae Schlegelii speciem quandam conciliari dicas, mox apparebit ex eo, quod Apollo ipse Orestem de scena deducit.

26) Adnot. ad Vs. 64.: *Ἐπιφανεὶς Ἀπόλλων συμβουλεύει Ὀρέστῃ καταλιπεῖν μὲν τὸ μαντεῖον, φυγεῖν δὲ εἰς Ἀθήνας.*

per hanc scenam, tum per eam, quae subinde sequitur, Furiarum intus dormientium spectaculum oculis exhibitum fuisse. Quod qui factum esse potuerit quum varias rationes excogitaverint [27]), nec tamen in verbis poetae quidquam

---

Καὶ δευτέρα δὲ γίνεται φαντασία. Στραφέντα γὰρ μηχανήματα ἔνδηλα ποιεῖ τὰ κατὰ τὸ μαντεῖον ὡς ἔχει. Καὶ γίνεται ὄψις τραγική· τὸ μὲν ξίφος ἔτι ἡμαγμένον κατέχων Ὀρέστης· αἱ δὲ κύκλῳ φρουροῦσαι αὐτόν.

27) Haud abs re fuerit, has breviter recensuisse; sunt autem diversissimae et maximam partem ita comparatae, ut vel per se concidant. Pavo igitur, adnot. ad Vs. 33., machina remota videtur pars templi anterior. Schlegelius l. c. № 48, p. 382 interiorem templi partem cum Furiis stertentibus demum post Vs. 93 — idque sane multo probabilius — spectantium oculis exhibitum esse censet, et ita quidem, ut ἐγκύκλωμα quod vocabatur januae admotum sit; in praelectionibus de arte dramatica, T. I, p. 148, januam apertam sufficere credit. Boettigerus in libro de persona Furiarum, p. 99, et imprimis in prolusione deum ex machina in re scenica veterum illustrante, p. VIII sq., idem factum esse censet »machinatione, quam ἐκκύκλημα appellarint artifices scenici. Rotulis,« ait, »imponebatur totum tabulatum, cui tripus Apollinis una cum deo, et Orestes et Furiae insistebant, idque tabulatum machinatione rotatili provolvebatur.« Ab hisce aliquanto distat Muelleri sententia, et illa, quam olim prolatam dissert. de trip. Delph. p. 14, adnot. 34. ipse recte notavit verbis superius adnot. 19. exscriptis, et ea, de qua ad Eumen. p. 105 exposuit. Etenim quum exostrae, de qua Boettigerus cogitaverat, nullum ad Apollinem, Mercurium, Orestem, quindecim Furias oculis subjiciendas usum esse potuisse censeat, et jure quidem, totam scenam statuit templum dei repraesentasse, eamque inter Pythiae sermonem, quem in orchestra habitum esse credit, aulaeo, de quo adhibito jam ille vir doctus suspicionem habuerat, absconditam fuisse, atque, hoc demisso post discessum Pythiae, intimum domus oculis patuisse. Quod placitum, quamvis nec ipse vir eximius celasset, nihil extare testimonii, quo comprobari posset, vel per se commendatum iri existimavit, nec defuit, qui assentiret, Klausenius scilicet, l. sup. c., modo quod is, quoniam nimirum per proscenium pronaus templi Delphici repraesentatus fuisset, quum remotissima hujus pars — adytum inquam — post scenam jacens oculis spectantium subjicienda esset, id per ἐγκύκλημα quod appellabatur ad januam magnam apertam admotum factum esse statuit, cui quaedam opposuit Muellerus

inest, unde certo concludi possit [28]), nec universa rerum actarum ratione efflagitatur, quum de hac quidem scena omnino non valeat, in ea vero, quae proxime sequitur, ut locum habuerit, at certe non eum, quem illi volunt, quippe ubi saltem sufficiat, si Clytaemnestrae simulacrum statuas ad januam aedium apertam accedens ad Furias intus cubantes verba fecisse [29]), sed potius aeque atque in illa nullum habuisse locum videtur.

Apollo igitur Orestem appellat, profitens, se eum non esse deserturum, neque, sive ipse prope astet sive procul absit, inimicis ejus mitem futurum, ut nunc quoque rabidae istae atque abominandae Furiae a se ipso domitae jace-

---

in libello, cui titulum fecit: »Erklärung,« nos cur neque de illo adstipulari non dubitemus, ex iis, quae superius p. XVI sq. in transcursu monuimus, apparebit. Sententiae Muelleri praeter illud, quod ipse concessit, atque ea, quae ab Hermanno cens. p. 163 contra disputata sunt, neque hoc non favere existimo, quod etiam in altera fabulae parte scena tota non intra, sed ante templum Minervae est.

28) De vocubulo ὁρᾷς, Vs. 67, monuit Hermannus l. c. Eadem ratio est locutionis: πάρεστι προσδρακεῖν, Vs. 160. Addo praeterea, quia similia video saepius doctis hominibus fraudi fuisse, in priore loco neque ex vocibus τάςδε τὰς consequi, ut Furiae conspicuae fuerint; cfr. Sept. c. Th. Vs. 390 et 613, ubi vocem τόνδ' fuerunt qui corrigendam censerent sine caussa; Soph. Oed. Col. Vs. 59., ubi non opus de statua Coloni digitis monstrata cogitare; Eur. Ion. Vs. 322; Electr. Vs. 1342 Matth., qui locus a nuperrimo editore Batavo praeter necessitatem tentatus est; Erfurdt. et Herm. adnot. ad Soph. Oed. R. Vs. 101; Bernhard. Syntax. linguae Gr. p. 278.

29) Exposuit de universa hac re Hermannus l. c., ad Genellum relegans, qui januam post Pythiae abitum apertam relictam esse disputat l. c. p. 217, scenam non mutari, quasi hoc vel per se intelligatur, tacite ponit. Neque multum abludit Schlegelii sententia altero loco proposita. Quod postremum de loco, ubi Clytaemnestrae simulacrum sermonem habuerit, diximus, conjectura Hermanni est, inferius breviter taxanda.

ant somno sopitae. Nihilominus idem ut fugiat neque animum remittat hortatur, fore enim ut hae eum rursus exagitent per continentem aeque atque mare, monens tamen, ne antea laboret, dum ita agitetur, sed Athenas contendat et antiquum Minervae amplexus simulacrum supplex considat, ibi enim curatum iri, ut in aeternum ab hisce liberetur laboribus; quumque Orestes, vel sic anxius animi, precetur, ut ipsum non negligat, rursus hortatur, ut memor sit eorum, quae modo dixerit, et Mercurium fratrem compellat, ut supplici suo curator existat atque deductor. (A Vs. 64 u. ad Vs. 94.)

Quo facto Orestem abeuntem comitatur, ut videtur, ad locum scenae proxime adjacentem, parricidam, priusquam is se in fugam det, purgaturus [30]. —

---

30) Posui hoc omnium, qui adhuc de Eumenidibus commentantes animum ad ejusmodi quaestiones adverterunt, placitis contrarium, utpote qui uno consensu Apollinem in aedes redire vel in iisdem remanere autumant, simulatque Orestes a Mercurio deductus abierit. Purgatus Orestes quando et ubi cogitandus sit, investigare plurimi obliti sunt, quamvis ea res non sit nullius momenti ad nexum fabulae; quicunque rem tentaverunt, — Schlegelius Annall. literar. Jenenss. l. c. № 48. p. 382, Bluemnerus l. c. p. 67, adnot. 2., in transcursu, nos ipsi in Adnott. p. 60 sq. (ubi lin. 32 pro 54 scribendum 34) magis dedita opera, — vix recte expediverunt. Quippe ille lustrationem in ipso proscenio peractam esse censet ante discessum Orestis, de quo tamen prudenter tacet in praelectionibus supra dictis post emissis; hic paucis monet, Orestem, quum ab Apolline Athenas se convertere jubeatur, in templo dei jam purgatum esse, dupliciter errans, ut statim apparebit; nos, quum in ipsa fabula nihil inesse arbitraremur, unde certa de hac re conjectura capi posset, — perperam quidem, duo enim sunt, quamquam non sane verbis expressa, eaque, si recte perspecta fuerint, satis gravia — aliis caussis, sed iis, fatemur, si haec indicia agnoscas, omni fide destitutis, conati sumus probabile reddere, parricidam jam ante introitum in templum dei purgatum fingi. Sed videamus paullo accuratius de singulis qui-

Inde novum oculis et singulare subjicitur spectaculum. Quippe simulacrum Clytaemne-

---

busque huc pertinentibus. Igitur ut ponamus, Apollinem post Orestis abitum juxta Furias in templo morari, num credibile est, deum, praesentiam harum summa cum indignatione ferentem, vel momentum temporis dubitaturum fuisse, eas ex aedibus expellere? Non opinor. Sed Aeschylus si tale quid fecisset, dissimilia cum omnino veri, tum morum atque ingenii dei juvenilis ferocientisque posuisset. At enim objiciat aliquis, Apollinem ideo cunctatum fingi, ut Orestes praecipere iter potuerit. Nolim equidem hanc oppositionem omnino nihili facere, sed idem illud, quatenus omnino a poeta significari vel poterat vel debebat, vel ea scena, quae incipit a Vs. 170, ubi Apollo et Furiae longiorem sermonem habent, donec hae tandem post Vs. 222 discedunt Orestem insectaturae, effectum videri possit. Hoc certe constat, cavisse poetam ipsum, ut illud crimen purgaret, si Apollinem non in templum regressum fecerit. Nec morabor eum, si quis Apollinem ex eo, quod Vs. 144 sqq., 162 sqq. appellatur a Furiis, praesto fuisse inter carmen illud cantatum colligere voluerit. Jam vero ex altera parte Orestem tum, quum a Pythia in umbilico intra templum sedens conspiciebatur, contra quam in Adnott. statuebamus, nondum purgatum fuisse, paullo ante disputavimus adnot. 21. Quod ad dicta a nobis in priore illo loco attinet, verum quidem est, e communi Graecorum de his rebus opinione, vetitum fuisse Oresti non purgato templum dei inire, sed non opus, hanc singularem caussam ad illam normam exigere. Valet etiam hic, quod de se praedicant Argivae mulieres apud Euripidem Suppl. Vs. 61 sq.: *ὅσιος οὔχ, ὑπ᾽ ἀνάγκας δὲ προπίπτουσα προςαιτοῦσ᾽ ἔμολον δεξιπύρους θεῶν θυμέλας*, nec non impurus in fanum Dianae confugisse Orestes videtur, a Furiis compulsus, e fama, quam refert schol. ad Eur. Orest. Vs. 1640 Matth. Idem vero quum ab Apolline purgatus fingatur, hoc neque vel per se apte fieri poterat eo tempore, quo Apollo et Orestes juxta Furias morantur in templo, et mos Graecorum lustrationem sub dio instituere postulabat, ut extra aedes fieret. Atqui non dubium esse potest, quin Orestes non purgatus cogitandus sit eo temporis spatio, quod inter Vs. 63, post quem ex aedibus egreditur cum Apolline, et sequentem intercesserit; hoc enim pacto res in ipso proscenio peracta foret et statuendum, Apollinem non statim, quum scenam ingressus esset, sermonem incepisse, quod utrumque parum aptum videtur. Ergo nihil reliquum est, nisi ut sumatur, post Vs. 93 Orestem ab Apolline purgatum fingi. Itaque quum ex utroque, et illo, quod superius

strae, eodem, quo viva in praecedentibus fabulis usa fuerat, ornatu regio, circa collum tenens notam vulneris a filio inflicti[31]), progreditur ex

---

de Apollinis nil agentis per duas, quae hanc excipiunt, scenas integras praesentia vix ferenda disputavimus, et hoc, quod modo de tempore et loco, quo Orestes a deo purgatus cogitandus sit, monuimus, vel solo per se concludi possit hoc, quod erat demonstrandum, tum ambobus his indiciis conjunctis inter seque compositis extra omnem dubitationis ponitur aleam. Hinc pendet explicatio versus 272, ubi jam non dubito, quin post ὂν interpungendum sit, et vocabulum ἑστία non focum aut aram, sed universam domum significare videtur, ut simillimus sit hic locus ei, qui habetur Vs. 429 sq., adnotatus a nobis p. 89 sqq., ubi locutio πρὸς ἄλλοις οἴκοισι, nisi eo modo accipienda sit, quem p. 93 significavimus, ut hic πρὸς ἑστίᾳ, ita explicanda est, ut praepositione πρὸς, non ἐν, posita, praedicti illius Graecorum moris diserte atque de industria ratio habita sit, potius quam sic, uti Muellerus a nobis p. 89 citatus voluit. Quem morem quum apud Euripidem Iphig. in Taur. Vs. 1144 et alibi observare liceat, tum ejusdem solius nescio an etiam in fama de Oreste Troezene expurgato mentio fiat. Neque enim possum, quin moneam per hanc occasionem, iis verbis, quae Adnott. p. 60 a me posita leguntur inde a: Sed hoc fieri debuit ante (pro quo vocabulo ad interpretationem falsam evitandam aptius scripsissem: extra) usque ad: sito, errorem subesse posse. Locus Pausaniae est L. II, c. 31, §. 11, ubi de Orestis tentorio, quod vocabatur, agens periegeta haec ponit: καθίσαντες δὲ ἐνταῦθα ἐκάθαιρον καὶ εἱστίων, ἐς ὃ ἀφήγνισαν, quibus ego verbis confisus scripsi, Orestem in illo aedificio expiatum esse. Sed paullo ante, §. 7., idem scriptor tradit, Orestem in lapide quodam ante templum Dianae Lyciae sito, a novem viris Troezeniis expurgatum esse; ut facile aliquis dubitaverit, an Pausanias in priore illo loco, sive inscius veri sive improvidus, minus accurate loquutus fuerit, et lustratio ipsa in lapide illo sub dio facta sit, quum Orestes, quamdiu impurus erat, et donec purus evaderet, in aedificio illo habitaret tantum et cibum caperet hominum a consuetudine sejunctus.

31) Ad illum pertinebat imprimis σύρμα sive συρτὸς πορφυροῦς atque παράπηχυ λευκόν, de quo vestitus genere tradit Pollux IV, 18, 118, — regium suum ornatum servabat etiam Darii spectrum in Persis, ut liquet e Vs. 651 sqq. — hoc conspicuum fuisse, patet e Vs. 103, et quidem circa collum, e locis in Adnott. p. 22 cit., quibus adde Eur. Electr. Vs. 1224 Matth. An Cl., ut jam Genellus l. c. p. 218 volebat, obvoluta erat amplo amicta nigro,

inferis surgens per gradus Charonios[32]) eo fine,

quali fere habitu umbrae comparent in artis veteris monumentis? Vide quae in libris »Monumens inédits« inscriptis indicaverant Millin, T. I, p. 297, adn. 196, et Raoul-Rochette, p. 194, adn. 2, p. 275, adn. 2, p. 367, adn. 6 et in Addend. p. 417. Ceterum idolorum qualis fere species fuerit colligere licet e Pollucis Onomast. IV, 19, 137 atque iis, quae citavit R.-Roch. l. c. p. 217, adn. 5 et p. 219 sq., adn. 5.

32) Ubinam substiterit, ambigunt viri docti; in machinatione, quae graeco vocabulo ἀναπίεσμα vocatur a Polluce l. c. §. 132, si Genellum audias disserentem l. c. p. 218, in thymela summa, si Droysenium, l. c. p. 219. Etiam Muellerus, quantum ex adnot. ad Eumen. p. 84 colligere licet, stationem ejus in orchestra fuisse putabat; in scena Schlegelius in praelectt. cit. p. 148 sq.; Hermanni sententiam, quam ipse injuria Genello adscribit, supra commemoravimus. Audacius videri possit, hanc rem decernere velle, de qua ne in universum quidem quidquam testimonii exstet. Conjecturas de loco, unde processerint et ubi substiterint spectra, tentat Genellus l. c. p. 73. Quae quum ita comparata sint, ut universales rationes, quibus nituntur, haud sane careant probabilitatis specie, tamen inest, quam veram non esse vel demonstrari queat. Etenim quum vel id neget, quod alioquin e loco Pollucis postremum citato jure concludendum esse videri possit, idola semper per gradus Charonios prodisse, simulacrum Polydori apud Euripidem Hecuba non hinc, sed a matre e tentorio provenisse censet, ipsis, ut ait, poetae verbis edoctus; quod per proscenium ad thymelam usque progressum, postquam prologi partes egerit, sub ipsum Hecubae adventum per gradus Charonios se subduxerit. Verba poetae haud dubie intellexit ea, quae sunt Vs. 30 sqq.: νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης Ἑκάβης ἀΐσσω, σῶμ' ἐρήμωσας ἐμόν, τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος, ὅσονπερ — μήτηρ ἐμὴ — πάρα. Quae jam Prevoto molestiam exhibuerunt, quamquam, id quod crederes, nullum ejusmodi errorem objecerunt. »L'ombre de Polydore, »inquit,« probablement ne venoit sur la scène par aucune des entrées dont nous venons de parler, mais par celle, qui étoit réservée aux ombres, et qu'on nommoit les dégrés, ou l'échelle de Charon: car quoique, d'après son propre récit ce spectre soit errant depuis trois jours dans les airs, s'il étoit sorti de la tente ou descendu par quelque machine, il auroit paru un homme ou dieu — c' eût été aux yeux des spectateurs, accoutumés à de certains usages consacrés, un contresens, qui les eût blessés.« Et haec quidem ille non improbabiliter, excepto uno, quod de loco Euripidis statuit. At enim is non solum ab his

viris doctis, verum etiam ab omnibus interpretibus perperam intellectus est, praeter unum Canterum, qui tamen, ut sensus, quem subesse viderat, erui posset, *αἰωρούμενον* corrigi jussit citra necessitatem; sufficiebat quippe, virgulam, quae vulgo collocata reperitur post *ἐμόν*, transtulisse post *φέγγος*, ut significaretur, vocabulum *αἰωρούμενος* pertinere ad comma primum, postremum vero comma, quod incipit cum voce *ὅσονπερ*, ad secundum. Est hic quidem ordo verborum perplexus, sed quem similes dicendi rationes satis tueantur, vide modo ejusdem fabulae Vs. 605 sq. et 704 sqq. et quae ad utrumque locum adnotata sunt a Pflugkio. Quae quum ita sint, nihil est, cur non brevi ante, quam dicere inciperet cum his verbis: *ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών*, Polydori simulacrum ex inferis per gradus Charonios surrexisse sumamus; nam e verbis: *νῦν ὑπὲρ μητρὸς φίλης ἀΐσσω αἰωρούμενος*, si quis sequi putaverit, ut illud in ipso tentorio penes matrem fuerit, conjicere licebit, idem demum ante ipsum fabulae initium, postquam illinc venerat, hoc ingressum esse. — Jam inquiramus, stationem spectra ubi habuerint, possitne e fabulis, quae adhuc supersunt, probabiliter colligi. De Aeschyli Persis disputanti concedo Genello, Darii simulacrum in thymela, ipsius quippe sepulchro, substitisse. In Euripidis Hecuba spectrum Polydori quam stationem habuerit inter dicendum, videtur e Vs. 59 sqq. concludi posse. Etenim quum Hecuba simul cum Vs. 53 pronunciato e tentorio in proscenium egrediatur, Polydorus vero ipse profiteatur, se cauturum esse, ne a matre conspiciatur, et tamen post illum versum quattuor alios recitet, priusquam se subducat, sane probabile est, eum non in proscenio, sed in orchestra, et quidem tali in loco, qui ab Hecuba progrediente non facile visu comprehendi posset, stationem habuisse. Denique, ut ad Eumenidas nos convertamus, et rationibus illis universalibus a Genello allatis et duarum harum analogia fabularum verisimile redditur, etiam in hac spectri stationem fuisse in orchestra. Nec video profecto, quid huic sententiae aut e ratione rerum actarum, aut ex ipsis poetae verbis objici possit, in quibus ne talia quidem sint, qualia Hecub. Vs. 30 sqq., unde, Clytaemnestram, similiter atque de Polydoro statui possit, ante sermonem habitum penes Furias post scenam in templo dormientes fuisse, colligere opus sit. Nam e versu 103, etiamsi non dormirent Furiae, non sequi, ut Clytaemnestra hisce ob oculos fuerit inter dicendum, quivis vel non monitus concesserit. Quare neque illud affirmare ausim, quod ii viri docti, quibuscum mihi in universum de scenae ratione convenit, sumunt, januam magnam apertam fuisse. Nolo hanc rem cum pulvisculo excutere aut in tantilla quaestione

argutias captare. Sed quod Genellus caussam, cur illa patuerit, e subitanea fuga Pythiae repetit, quum vel haec num idonea sit certari possit, quoniam aeque, ne dicam magis, consentaneum est, vatem ob id ipsum, quod Furias reformidat, januam clausisse, quum praesertim non statim prorsus decedat de scena, sed in ipso aedium introitu resistat, tum, ut patuerint valvae, donec vates sermocinatur, illud tamen profecto verisimillimum est, Apollinem januam non apertam reliquisse, quum prodiret, quandoquidem ea, quae ante fores et dicturus erat et peracturus, ita comparata erant, ut Furiis quavis cautione adhibita celanda essent. Ergo janua, si per hanc scenam patebat, necesse est, ut ab ipsa Clytaemnestra aperta fuerit. At cur ita statuemus? Num illa, quum ex inferis surgeret Furias excitatura, nesciebat, has in templo Apollinis versari, eaedem ut prius per januam tanquam ab investigante, vel potius, quum ne hoc quidem idoneam rationem habere videatur, casu, apertam conspiciendae essent, quam in querelas et criminationes erumpere posset? An incredibile videri spectatoribus debebat, valvis non patentibus Clytaemnestrae increpantis et exhortantis verba elata voce prolata audiri a Furiis post scenam dormientibus, vel, ab altera parte, harum exclamationes et adhortationes non minus clare pronunciatas a Clytaemnestra seque ipsis? At non desunt similes scenae in iis, quae hodieque exstant, fabulis, ubi, janua clausa, tum ii, qui in scena sunt, eos, qui extra scenam versantur, compellant, tum vice versa ii, qui extra scenam sunt, eos, qui in scena stationem habent, vel, quod unum in hac fabula fieri videmus, illi vocem suam mittant, nisi quod Clytaemnestrae paullo longiores sermones sunt, quod tamen in re summa nihil differt, ne urgeam, hic spectra produci et numina, non homines. Et haec quidem cadunt vel in Genellum atque Hermannum, in illum, quod janua aperta opus fuisse censet, nescio cur, quum non sumat, per eandem Furias conspici a spectatoribus, nisi ob sermonis commercium, in hunc cum eandem ob caussam, tum quatenus Clytaemnestram in proscenio ad ipsam januam subsistere necesse fuisse putat, cui posteriori neque id favet, quod superius de statione spectrorum monitum est. Reliquos viros doctos, qui ulterius progressi sunt, ut non dijudicem, num id, quod volunt, commode fieri potuerit, an minus, tamen praeterea quaesiverim, num credibile sit, Aeschylum Furias, dum per somnum *ῥέγκουσιν οὐ πλαστοῖσι φυσιάμασιν*, ut Pythia dicit Vs. 53, oculis exhibere aut potuisse aut voluisse, quem, quae *ὑπὸ σκηνῆς* relinquenda essent, optime calluisse jam veteres observaverint, vid. Boettiger. l. c. p. 11 adnot. et quem citavit Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. VI, 11, p. 244 et Vit. Sophist. I, 9, p. 492.

ut suas illas iratas canes [33]) excitet ad insectandum Orestem. Acerbe notat desidiam dormientium: se ab iisdem sic neglectui habitam inter reliquos mortuos, quod necem perpetraverit, probris continuis affici, turpiterque errare, maximis illorum criminationibus subjectam [34]); at ob atrox illud facinus in se ab ipso filio commissum nullum numen in sui gratiam irasci. Inde compellat Furias, ut vulnera ipsi inflicta mente contemplentur, quippe quae in somno perspicacior sit [35]); exprobrat iisdem, quod nullam cul-

---

33) Sic Furiae appellantur Choeph. Vs. 911 et 1050. Huc pertinet Eurip. Orest. Vs. 245 sq.

34) Memorabilis sententia, notata partim jam a scholiasta, partim a Dissenio adnot. ad Pind. thren. fr. III, p. 651 ed. Goth. Confert hunc locum, ut e quo, de fama, quae homines in Orcum usque sequatur, qualis fuerit poetae sententia, colligi queat, cum eo, qui est Sept. c. Theb. Vs. 665 sqq. Halmius in Lectt. Aeschyl. Partic. I. ad indicenda solemnia anniversaria gymnasii Monacensis a. MDCCCXXXV scripta, p. 14.

35) Quae hisce verbis opponuntur graeca Vs. 105: ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν, fusius quidem tractata sunt in Adnotatt. p. 22 sqq., sed successu dubio admodum, nec possum, quin suspicionem novam, mihi, dum haec scribebam, ortam, in medium proferam. Maxime offendit vocabulum βροτῶν, quidquid ad id defendendum alucinatus sum. Cujus quum apud scholiastam nullum vestigium appareat, sed is verba τῆς φρενὸς habeat, quibus in hoc poetae versu nihil respondet, possis quidem autumare, eum id, quod Hermanno et mihi in mentem venit, prae oculis habuisse. Sed ut concedam, hanc conjecturam minime certam esse, et verum vidisse Stanlejum, tamen vel sic consentaneum non est, scholiasten illud βροτῶν in codice suo habuisse, quia fieri vix potuit, ut hoc pacto illam suam explicandi rationem amplecteretur, quum necessario μοῖρα et βροτῶν construere deberet. Quae quum ita sint, idem simul etiam negligentiae crimine liberabitur, si ei vocabulum lectum fuisse statueris, quod nihil nisi amplificaret praecedentis verbi notionem, ut verbis οὐ προορᾷ simul expressum esse cogitari possit. Vix aptius inveneris et propius quod ad literarum tractus accedat, quam πρόσω, praesertim si reputaveris, litera ν̄, una lineola significari solita, quam saepe vel addita sit vel omissa, cujus rei vel in hac fabula sat multa exempla

tus ipsis a se, dum in vivis fuerit, praebiti rationem habeant, simul indignationem movere studens, et pudorem contumeliosa ratione exhibenda, qua Orestes quasi hinnulus ex mediis retibus leviter et cum irrisione elapsus sit. Denique compellat Furias, ut se audiant et mente utantur. — Mutit Chorus. — Clytaemnestra carpit Furias, quod mutiant, quum Orestes procul aufugerit, ab Apolline scilicet amico, cui supplex factus fuerit, strenue adjutus[36]). — Chorus rursus mutit. — Clytaemnestra queritur, Furias profundo somno captas esse neque calamitatem suam conqueri, Orestem vero ipsius interfectorem aufugisse. — Chorus Furiarum clan-

---

exstant. Jam vero parum credibile est, locutionem, quam ita lucrati sumus, ab ipso Aeschylo profectam esse. Dubitationem movet, quod ex antecedente versu ad *μοῖρα* cogitatione supplendum esset *φρενὸς*, id quod eo durius videtur, quo insolentior est locutio *μοῖρα φρενὸς* pro sola voce *φρὴν* adhibita. Huc accedit, quod meliores libri non *μοῖρ' ἀπρόσκοπος* porrigunt, sed *μοῖρα πρόσκοπος* vel *πρόσκοπτος*, quae lectio omni sensu cassa esset. Scribamus ergo pro *μοῖρα*: *μαῦρα* facillima mutatione, ut integer versus hic evadat: *ἐν ἡμέρᾳ δὲ μαῦρα πρόσκοπος πρόσω*, et sententiam continebit ad praecedentem aptissimam hancce: interdiu vero obscure perspicit. Vox *μαῦρα*, quam adverbii loco esse volo, neminem fugiet quam apte vocabulo *λαμπρύνεται* opponatur; scripsi vero *μαῦρα*, non *μαυρὰ* Arcadium p. 69, 22, Hesychium, Suidam secutus, quum apud solum Photium *μαυρὸς* legatur, et codd. Aeschyleorum vestigia. Subjectum totius enunciationis est *φρήν*, ut antecedentis, ad quam pertinet. — Cum sententia, in universum certe, similiter atque locus, quem in Adnot. p. 24 ex Hymn. Orphicc. attulimus (neque enim hic de facultate futura, nedum post mortem, praevidendi sermo est), conferri etiam potest Pindari Thren. fr. II.

36) Cf. Vs. 118: (quem nescio an in Adnot. p. 26, quod ad verba *οὐκ ἐμοῖς* attinet, subtilius quam aptius interpretando frustra tueri studuerim. Quibus in *οὐ κενοῖς* mutatis et ratio ea, quam Clytaemnestram Vs. 118 (sic scr. lin. 4 pro 119) afferre velle diximus, fiet magis idonea, et simul egregie Furiae oblique perstringentur) »Amicis enim non vanis supplices sunt (supplicatum est).«

gorem edit. — Illa increpat, quod clament, dormiant, non cito surgant ad persequendum Orestem, a quibus nihil unquam perpretatum fuerit praeterquam malum. — Chorus denuo clangorem edit. — Qua re postquam Clytaemnestra fere ad desperationem adacta est, subito auditur Furiarum duplex acuta mussitatio et subinde cohortatio semel ad attendendum atque pluries ad capiendum voce jam articulata et explanabili licet a dormientibus etiamtum somniantibusque prolata. Quo facto Clytaemnestra quasi novo et animo et spe assumta, postquam Furiis objecit, quod per somnium feram persequerentur latrarentque, ad modum canis curam laboris non omittentis, crescente sensim dictorum vi easdem compellat, ut surgant et Orestem exagitent, donec audita earum excitatione se invicem e somno succutientium, priusquám e templo Apollinis erumpant, per gradus Charonios redit ad inferos [37]). (A Vs. 94 u. ad Vs. 138.) —

37) Operae fuerit, de singulis quibusdam partibus hujus scenae, quam de industria paullo explicatius enarravi, accuratius quaerere. Igitur priorem Clytaemnestrae orationem continuam consentaneum est elatiore voce pronunciatam esse, imprimis initium, Vs. 103, finem; item alteram, eamque etiam magis, certe inde a Vs. 128. Qui interjecti sunt sermones quattuor e binis versibus constantes per *μυγμὸν* illum atque *ὠγμὸν* Furiarum interpellati submissiore voce pronunciati videntur, maximam certe partem, nam de nonnullis ambigi possit, quamquam inde, quod nonnumquam secunda persona utitur Clytaemnestra, non sequitur, eam non secum loqui quasi exspectationis plenam. Haec vero maxime scenae pars ita comparata est, ut in ea Furiae oculis exhibitae esse non potuerint nisi magno ponderis dispendio. Etiam tres versus trimetros iambicos, qui postremo loco leguntur, post scenam recitatos esse censeo, inter quos, non ante, ut plurimi voluerunt, Clytaemnestra se subduxisse cogitanda est, quippe quam non prius discessisse credibile sit, quam Furias revera expergefactas sentiret. Sed mittamus haecce jam a Genello sensu veri nativo percepta, paucis in rationem sonorum illo-

Jam igitur Furiae ex adyto prorumpunt, per proscenium in orchestram decurrunt, ibique carmen canunt deinceps singulae per strophas at--

rum non articulatorum inquisituri, qui a Furiis per somnium eduntur. Nonnulli, praeeunte Stanlejo, eas nihil nisi ronchum cientium et stertentium esse putant, alii suspirantium et ingemiscentium vel ejulantium, alii, ὠγμόν, cum admiratione exclamantium. Vide praeter interpretum adnotationes nimis exiles Stephani Thesaurum ex edit. Londin., ubi, T. I, p. CCCCXXXV et imprimis T. IV, p. 4662 sq. de sono μῦ et de verbo μύζειν, T. I, p. 349 adnot. de sono ὤ et de verbo ὤζειν, plurima congesta sunt, quibus nunc ipsum nihil habeo adjicere nisi Bekkeri Anecd. II, 807 et 808, ubi vocabulum μυγμὸς explicatur. Sed μυγμὸς si hoc loco de suspirio est vel gemitu, quid fiet de verbis: κοὐ κατοικτίζεις πάθος, quae a Clytaemnestra Vs. 119 post ipsum illud suspirium denuo auditum ponuntur? Num ita capienda sunt: quamvis ingemiscas, tamen non deploras calamitatem? Chorus enim cur in somnio gemere fingatur, per se quidem nil mirum ex iis, quae ipse dicit Vs. 150 sqq., non item qua ratione de quorundam sententia subinde cum admiratione exclamare fingatur. Sed, si utroque sono gemitum significari sumas, quam rationem habet, quod poeta hos sonos variavit? An ideo fecisse putandus est, quia scilicet, ut ajunt, variatio delectat? Idem valet, si illos nihil nisi ronchum stertentium esse statuas. Nihili est Stanleji explicatio in curis secundis prolata his verbis: »Μυγμὸν seu mussitationem sequitur ὠγμὸς, oscitatio, qui gestus est expergefactorum.« Aut ego fallor aut institutionem hujus poetae in clarissima luce ponit locus quidam Euripidis, quem non possum non mirari nondum in comparationem vocatum. Est is Iphig. in Tauris Vs. 282 sqq. Matth., ubi de Oreste vesania correpto haec praedicantur: ἠλλάσσετο φθογγάς τε μόσχων καὶ κυνῶν ὑλάγματα, ἃ φάσ' Ἐριννῦς ἱέναι μιμήματα. Vix opus est Musgravium notare, Ἐριννῦς de iis, qui Furiis agitantur, intelligentem: τὰ συμβαίνοντα γὰρ τοῖς πάσχουσι τοῖς προεστῶσι θεοῖς τοῦ πάθους ἀνατιθέασιν οἱ ποιηταί, ut in re simili egregie monet scholiastes ad Orest. Vs. 245—247 Matth., quod idem valet de persuasione populari. Quid igitur, si contendero, e sonis illis non articulatis μῦ spectare ad mugitum boum, ὤ ad ululatum canum, a Furiis per somnium editum? Ad canum latratum jam Genellus l. c. p. 219 et Muellerus ad Eumen. p. 186 et 80 voce λάβε pluries repetita alludi putabant, quod licet minus certum videatur, quam illud, quatenus haec vox articulata est, hoc tamen concedo, potuisse versum, in quo est, ita proferri, ut similitudo cum cane crebro

que antistrophas ternas [38]). Quo primum dolorem exprimunt, quem acceperint ex eo, quod

---

ganniente exoriretur. Qua in re cave tamen, ne ei quid tribuas, quod vocabulo λάβε in omnibus codicibus prior syllaba acuta datur, quum grammatici Atticorum esse statuant, id finire sono acuto, vide quos citavit Pinzgerus adnot. crit. ad Lycurgi orat. in Leocrat. C. XXX. Etiam ex Vs. 126 sq. non nimium concludendum est; ubi non opus verba: κλαγγαίνεις δ' ἅπερ κύων κ. τ. λ., arctius jungere hoc sensu: cies clangorem talem, qualem canis —, immo praestat mea sententia, comma, quod incipit cum ἅπερ, ad integram sententiam praecedentem, non ad solam vocem κλαγγαίνεις, referre. Sed haec sententiam nostram ante prolatam nihil infringunt, cui sperare audeo sic disputatae etiam Hermannum suum calculum adjecturum esse, vel post ea, quae in cens. cit. p. 207 scripta reperiuntur.

38) Ad processum Chori quod attinet, notandum saepe notatum illud, quod tradit grammaticus is, qui vitam Aeschyli scripsit, hunc σποράδην introduxisse Furiarum Chorum. Quod vocabulum graecum Boettigerus l. c. p. 98 vertit germanice: in zerstreuten Haufen; Hermannus in dissert. I. de Choro Eumenidum (Opusc. Vol. I, p. 134) censet, grammaticum nihil aliud voluisse, quam Chorum »non ordinibus instructum, sed singulas nullo certo ordine« prodisse; Lachmannus in libro de choricis systematis p. 136, adnot. ***, dum negat eas, quae singulae deinceps prodierint, recte dici σποράδην prodisse, nam illam progrediendi rationem esse τὴν καθ' ἕνα πάροδον, verba Pollucis sunt, conjicit, Furias σποράδην introisse dici posse, si non simul, sed quinquies deinceps ternae prodierint; pariter Muellerus ad Eumen. p. 86 putat, illo vocabulo nihil significari nisi Chorum non κατὰ ζυγὰ et κατὰ στοίχους processisse, quod negat Hermannus in censura p. 48 sqq., in sua sententia perstans; Bambergerus denique in dissert. de carmm. Aeschyleis a partibus Chori cantatis p. 45 sq., citata de Choro σποράδην introducto Hermanni illa disputatione, ponit, »ordines s. στοίχους non simul, sed alium post alium introisse. — Quae autem Furiae quinae, una ceteras ducente, introirent, probabile esse non uno στοίχῳ, sed catervatim, nullo ordine certo, quo magis exprimeretur perturbatio, incessisse, ordinem suum explicuisse demum inter canendum.« Quaerendum etiam, ad quod carmen illud grammatici testimonium referendum sit, utrum ad hoc, an ad id, quod a Vs. 245 incipit, an ad utrumque simul. Primum illud jam olim negabat, quoniam Furiae ecclyclemate facto jam antea conspicuae fuissent, alterum statuens, Boettigerus; idemque nuper sentiebat Muellerus, credo maxi-

Orestes ex ipsarum custodia somno captarum se subduxerit (stroph. 1); deinde in Apollinis furacitatem invehuntur, qui juvenis veteribus numinibus proculcatis supplicem suum, hominem impium et parricidam, furtim eripuerit praeter jus fasque (antistr. 1); tum rursus de

---

me eadem de caussa, et recte quidem, modo ea idonea esset; postremum amplectebantur Hermannus olim quidem, nunc enim quum Furias cum hoc carmine κατὰ στοίχους processisse existimet, ex eo, quod in cens. p. 49 legere est, secundum carmen non posse antistrophicum esse, quippe cum quo Furiae σποράδην, i. e. singulae nullo certo ordine, prodierint, an eandem illam sententiam teneat, incertum est —, Genellus l. c. p. 226, Lachmannus, Bambergerus, qui quidem ideo notandus est, quod nihilominus ecclyclema factum esse statuit p. 41. Jam quod ad caussam illam attinet, quam pro sua sententia attulit Boettigerus, supra disputatum est, scenae rationem aliam fuisse et talem quidem, quae non prohiberet, quominus demum post Vs. 137 in conspectum prodirent Furiae. Porro etiam ex eo, quod Furiis σποράδην introductis evenisse grammaticus narrat, licet fabuloso, effici videtur, hic certe ut illud tum factum esse crediderit, quum illae primum prodirent, quia hanc procedendi rationem solam per se vix ita movisse spectatores putare poterat jam ad horridum earum adspectum auctumque numerum adsuetos. Sed ut hanc rationem leviorem esse fatear, vel per se consentaneum est putare, Furias, qua sunt condicione, dolore atque ira et indignatione commotas non ordinibus instructas prodisse, sed sparsim, prout quaeque e somno expergefacta erat, prorupisse. Jam vero ego quidem putaverim, chorum inter canendum ordines explicuisse, quia antistrophica censeo cum certis personarum stationibus conjuncta fuisse, aliqua certe ratione, neque enim negaverim, nescio saltem, hujusmodi canticorum hac in caussa non eandem prorsus rationem fuisse, atque eorum carminum, quae στάσιμα appellantur. Sed eam stationis rationem, de qua Muellerus ad Eumen. p. 84 cogitavit, liberiorem esse censeo, ut singulas, quas ejus caussas affert, idoneas esse nego. Porro statuo cum Bambergero atque Hermanno, qui de hac re dixit illius censorem agens in Diurn. scholast. Zimmermanni, a. 1835, sect. II, p. 275, chorum κατὰ στοίχους instructum fuisse inter canendum. Quod enim Lachmannus eundem κατὰ ζυγὰ prodisse autumavit, nec ipse diffessus est, singula ζυγὰ non facile dignosci posse in ipso carmine, nec ego quidquam scio, unde haec sententia speciem ducere pos-

dolore suo conqueruntur (str. 2), rursus juniorum deorum injustissimam dominationem exagitantes, dum umbilicum terrae[39]) Oreste recepto sanguinem stillantem piaculum sustinere commemorant (antistr. 2), Apollini exprobrant, quod domesticam suam sibi ipse sedem contaminaverit juniorum deorum, injustorum illorum, imperio obsequens, veterum Parcarum instituta evertens (str. 3); denique significant, hanc Apollinis se ipsas offendentis agendi rationem frustra esse, quoniam parricida vel sic poenam debitam soluturus sit (antistr. 3). (A Vs. 138 u. ad Vs. 170.) —

Sed jam Apollo a purgatione Orestis rediens scenam ingreditur[40]) et Furias e territorio sacrarum aedium[41]) excedere jubet additis minis atque

---

sit, nisi quis forsan huc trahere velit, quod Vs. 135 sqq. tres significari videantur, quae primae e somno excitatae fuerint. Sed illo concesso minime sequitur, ut *κατὰ στοίχους* prodierint, non dicam ita, ut vulgo fiebat, sed ne ea quidem ratione, qua Bambergero visum est. Ego quidem non dubito, quin, priusquam prima canere inciperet, omnes jam adfuerint. In orchestram decurrebant singulae, binae, ternae, prout e somno excitatae erant — nam verbo *σποράδην* exprimi, singulas tantum prodiisse neque ego mihi persuadere possum — ibique, quum primum aliquatenus ex prima perturbatione se collegissent, ordines explicabant et carmen canebant, quod et ipsum ita comparatum est, ut agitationem animi sensim residentem prodat.

39) Qui scilicet sanctissimus erat atque augustissimus, unde apud Sophocl. Oed. R. Vs. 897 audit *ἄθικτος*.

40) Fieri quidem possit, is ut jam antea, v. c. statim post discessum simulacri Clytaemnestrae, reversus fuerit, sed parum probabile est, nec profecto sequitur e verbis, qualia sunt Vs. 144 sqq.: *Ἰὼ, παῖ Διός, ἐπίκλοπος πέλῃ κ. τ. λ.*, vel Vs. 162 sq.: *Ἐφεστίῳ δέ, μάντι, σοὶ* (vel, si non credas, hanc voculam cum vi positam esse, melius *ἐ. δὲ μάντι σοι*, de qua re vide quos citavit Pflugkius ad Eurip. Heracl. Vs. 78 et Elmsleji adnot. ad Bacch. Vs. 1118) — *ἔχρανας*, ut e contrario ex eo, quod Furia Vs. 165 de Apolline dicens tertia persona *ἐκλύσεται* utitur, minime collegerim, deum non praesto fuisse.

41) Cf. Vs. 170: *Ἔξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος χωρεῖτε.*

Ex his versibus conclusum est a Muellero ad Eumen. p. 83, Furias inter canendum fuisse non in orchestra, ut mos ferebat, sed in proscenio, quo scilicet ut interiorem templi partem repraesentatam fuisse putaret etiam hoc ipso loco adduci poterat, neque id non apte, si is quidem ita capiendus esset, ut adhuc factum est; sed quum non solum illa conclusio ferri non posse videretur, verum etiam alia in sequentibus inesse, quae verbis illis repugnarent, in Adnot. p. 39 correctione opus esse statuimus. Vereor, ut recte. Quid enim, si verbum *δῶμα* hoc loco non templum (*ναόν*), sed universum delubrum (*τέμενος*) Apollinis significare contendam? Quam conjecturam ne quis non taxatam temere abjiciat vel id facere possit, quod poeta sequente versu, ubi Furiae penetralia relinquere jubentur, sermonem ita variavit, ut vocabulo *ἀπαλλάσσεσθε*, non verbo a praepositione *ἐξ* composito, uteretur, ut ob haec quidem posteriora verba non opus sit Furias in interiore aedium parte versantes cogitare. Sed videamus de illo, quem voci *δῶμα* tribuimus, usu paullo accuratius. Apud Euripidem Hippol. Vs. 53 et 1383 Matth. olim legebatur, illic: *ἔξω τῶνδε βήσομαι δόμων*, hic: *ἔστ' ἐν δόμοισι τοισίδ' Ἄρτεμις θεά*, illud in sola Aldi editione reperitur, sed a scholiasta agnoscitur, hoc in omnibus codicibus comparet, excepto uno. Hodie uno consensu scribitur, praeeunte Musgravio, quoniam scena extra domum fuerit, in priore loco: *τόπων*, in altero: *τόποισι*. Utraque lectio quum pari fere auctoritate nitatur, hoc exemplum non morabimur. Nec iis in rem nostram abutemur, quae a Klausenio ad Agam. Vs. 1207 (1256 Well.) adnotata sunt, quia hic locus procul dubio corruptus est. Sed apud Euripidem Ion. Vs. 1274 Matth. Ion Creusam in ara extra templum sita supplicem sedentem sic compellat: *οὔτε βωμὸς οὔτ' Ἀπόλλωνος δόμος σώσει σε.* Ergo hoc loco *δόμος* non templum, sed universum locum deo sacrum significat. Ibidem Vs. 1197 sq. de columbis traditur: *Λοξίου γὰρ ἐν δόμοις ἄτρεστα ναίουσι.* Etiam hic *δόμους* esse *τὸ τέμενος*, et ratio evincit et locus Diodori Siculi, qui est Lib. XVI, Cap. 27, docet. Porro Androm. Vs. 161 sq.: *κοὐδέν σ' ὀνήσει δῶμα Νηρῇδος τόδε, οὐ βωμὸς οὐδὲ ναός* — vox *δῶμα* aperte est de universo delubro, quod *Θετίδειον* appellabatur, *ναὸς* de sacello in illo sito, ubi supplex consederat ad *βωμὸν* Andromache. Quid quod apud Sophoclem Oed. R. Vs. 29 urbs Thebarum audit *δῶμα Καδμεῖον*, apud Euripidem Electr. Vs. 1290 arx Athenarum *οἶκος Κεκροπίας*? In qua quidem lectione non solum Matthiae offendit, sed, teste Campero, etiam Valckenaer, uterque *ὄχθον* conjicientes scribendum esse, at injuria; etiam apud Aristoph. Nub. Vs. 598 et Euripid. Suppl. Vs. 9 ac Pel. fr. III, 2, ex edit. Barnesii, locutiones: *Ἐφέ-*

conviciis. Res in altercationem vertit. Furiae[42]) Apollini objiciunt, quod ipse unus omnis rei cul-

---

σου οἶκον et δώματ' Ἀργείας χθονὸς et δῶμα γαίας κλειστόν, simili circumscriptioni inservire putaverim. Non huc traxerim Alcest. Vs. 591, ubi verba ἐν δόμοις praeter necessitatem tentata sunt a Piersono; sed jam Homerus praeivit locutionem tritissimam: δόμος vel δῶμα Ἄϊδος, Ἀΐδαο, in qua, ut in hisce Euripideis: ἱερὸς Κολωνός, δώμαθ' (sic scr.) ἱππίου θεοῦ, Phoen. Vs. 1707; νερτέρων ἐκ δωμάτων, Alcest. Vs. 1083; Ἄτλαντος δόμον, Herc. Fur. Vs. 402, et aliis, quae hujuscemodi sunt, pluribus nonnisi de territorio vel habitatione cogitandum est.

42) Hoc loco de quaestione quadam adnotandum videtur statim in limine, quantum quidem fieri poterit, absolvenda. Genellus enim l. c. p. 231 sq. et p. 234 quum in editione Stanleji in locis, qui incipiunt a Vss. 393 et 555, ternis primis versibus continuis notam *XO.* praefixam videret, singulis vero versibus deinceps sequentibus notam *ETM.*, hac re indicatum putabat, illos a coryphaeo, hos a singulis choreutis pronunciatos fuisse, unde versuum inter coryphaeum et duas alias personas ceterarum duces distribuendorum periculum suscepit, licet ipse confessus, ex argumento verborum nullum mutatarum personarum indicium desumi posse. Etiam Bambergerus l. c. p. 64 inde, »quod libri manuscrr. in binis Eumenidum diverbiis ad partes chori notandas non χόρ., uti caeteris locis, sed Εὐμ. dictis ejus praefigunt,« colligit: »non chorum, sed quae proprie solae sint, tres Furias loqui. Vs. 412 (396 Well.) sqq. plures choreutas deinceps locutos esse, confirmari etiam verbis Minervae Vs. 414 (398 Well.) compellatione non ad chorum totum vel coryphaeum, sed ad quemque locuturum usae: Μάθοιμ' ἄν, εἰ λέγοι τις ἐμφανῆ λόγον — quamquam τις etiam de eadem persona, cujus antecedens oratio fuerit, intelligi posse non neget.« At enim vero observatio illa, unde haec conjectura originem cepit, ne eatenus quidem vera est, quod in editione Stanleji, quam Genellus ad partes vocavit, non in binis sed in quattuor diverbiis, nimirum praeterea etiam in eo, quod a Vs. 189 incipit, et ante Vs. 715, inscriptio *ETM.* reperitur, et in secundo diverbio a Genello commemorato non solum singuli versus, sed etiam tres continui, qui praecedunt, eandem habent praefixam. Atque, ne Stanlejo nimium tribuere videamur, eodem modo res se habet in veteribus editionibus Aldi, Turnebi, Victorii. Contra Robortellus ad Chori partes designandas semper notam *XO.* adhibuit. De codicibus manuscriptis nihil conpertum habeo. Quae quum ita sint, facile intelligitur, quam infirmum sit argumentum quod

pam sustineat, qui Orestem et vaticinio jusserit matrem interficere et ad templum ineundum

---

pro placito Genelli atque Bambergeri e diversa ratione, qua chori partes in libri designatae sunt, repeti possit. Nec vero liquet, quatenus in binis istis diverbiis personarum commotio atque agitatio major conspicua sit, quam in aliis, v. c. in iis, quae a Vss. 189 et 715 incipiunt. Quare utroque hoc respectu et accuratius rem suam egisse et magis sibi constitisse censendus est Droysenius, qui non solum illa, sed etiam haec inter singulas personas diviserit. Idem etiam id conatus est, ut non ternas Furias loquentes faceret, sed plures, nec profecto Aeschylum illud, quod quidam statuunt, discrimen inter tres Furias proprias et duodecim alias, illarum ministras, fecisse credibile est. Est autem, pariter atque Genellus, neque hic vir doctus ulla alia ratione ad diverbia inter singulas personas distribuenda perductus, quam externa illa atque infirma admodum. Qua rejecta, quis non potissimum in illo diverbio, quod incipit a Vs. 681, commotionis, si quod aliud, pleno, plures choreutas invicem recitasse crediderit? Verum enim vero equidem dum persuasum habeo, omnia, quae super hac re adhuc prolata sunt a viris doctis, nihil probare, nolim quidem praefracte negare, fieri posse, eadem ut locum habuerit, quamquam animus meus banc in sententiam propendet, ut in diverbiis omnibus solum coryphaeum dixisse existimem, sed unum nondum observatum a quoquam, nisi ab uno Boettigero l. c. p. 76, adnot., judicio virorum intelligentium subjiciam. Scena, quae incipit a Vs. 555, ubi judicium exercetur, a viris doctis supra nominatis uno consensu adnumerata est iis, ubi plures Chori personae dixissent. Ille tamen postquam cum de universa hac fabula, tum de hac ipsa scena, tanquam in re nulli dubitationi obnoxia, haec posuit: »Dort konnte als Coryphaeus des Chors auch nur eine einzige Furie das Vorwort führen und auch auf dem Areopagus nur den Ankläger machen,« in comparationem vocat Eurip. Orest. Vs. 930 sqq. Matth.: *ὡς δ᾽ εἰς Ἄρειον ὄχθον ἧκον ἐς δίκην τ᾽ ἔστην, ἐγὼ μὲν θἄτερον λαβὼν βάθρον, τὸ δ᾽ ἄλλο πρέσβειρ᾽ ἥπερ ἦν Ἐριννύων κ. τ. λ.* Et profecto haec narratio, sive ex antiqua memoria hausta est, sive non est, valde probabile reddit, etiam apud Aeschylum unam tantum Furiam, quam maximam appellant poetae latini: Virgilius Aeneid. III, 252, VI, 605; Valerius Flaccus Argon. I, 817; Statius Thebaid. VII, 477, coryphaeum puta, in judicio verba fecisse. Quod si vero hunc in hoc diverbio solum recitasse probabile est, — de primo versu inferius suo loco pauca addam —

vocaverit[43]). Quibus ab Apolline concessis, ita tamen, ut se Orestem non tam matrem interficere, quam patris caedem ulcisci jussisse diceret, Furiae objiciunt, quod ipsis, Orestis quippe deductricibus, quibus mandatum sit, ut matris interfectores ex aedibus expellant, conviciatur. Il-

idem etiam de ceteris valere, quippe quarum ratio in universum quidem fere eadem sit, non quidem sequitur necessario, at tamen cum veritatis specie eo majore, quo minus idoneae sunt caussae, e quibus contrarium consequatur, concludi potest. Diversum ab hoc genere est, quod Hermannus in cens. p. 61 orationem continuam e verss. iamb. trim. constantem, quae incipit a Vs. 289, inter tres Chori personas distribuendam censet, id quod non negaverim speciosum esse, praesertim si recte post Vs. 294 interrogationis signum ponas; idem vero mea sententia aequo jure de oratione, quae est a Vs. 235 usque ad Vs. 245, statuere licet, ut jam Droysenius sensit, cui quidem non adstipulor quinque Furias dixisse sumenti. Certa tamen ego quidem neque haec dixerim.

43) Cf. Vs. 195, ubi Chorus: *Κἄπειθ' ὑπέστης αἵματος δέκτωρ νέον.* Ad quae verba sic respondet Apollo Vs. 196: *Καὶ προστραπέσθαι τούσδ' ἐπέστελλον δόμους.* Uterque versus nescio an sanus non sit. In oculos incurrit, eos non ita sibi respondere aut ad formam enunciationis, aut ad sententiam, ut exspectares. Et hoc quidem facile, opinor, concedetur, multo majore cum virtute orationis scribi altero in versu: *Καὶ πρὸς τραπέσθαι κ. τ. λ.*, et praeterea cett., ita ut verba *καὶ πρὸς* respondeant verbis *κἄπειτα*, eodem modo, quo se habent in antegressis versibus vocabula *ἐχρήσας* et *ἔχρησα*, apte ad morem eorum, qui libere et cum cavillatione aliquid concedunt. Difficilius fuerit convenire de altero hocce. Quippe prior versus vix aliter intelligi possit, quam ita: et deinde sustinuisti tanquam sanguinis receptor recentis. Jam vero liquet, hanc verbi *ὑπέστης* significationem haudquaquam esse eam, quae satis quadret in verbum *ἐπέστελλον*, sed flagitares aliam, quae quidem per se subest illi vocabulo, notionem, at non potest eidem tribui hoc loco, nisi statuas, sententiam versus 195 non esse absolutam; ad quam tamen conjecturam priusquam inclinem, quaesiverim, sitne in hac facili correctione scribendum *νεών* pro *νέον*, hoc sensu: et deinde obtulisti (illi) templum (scilicet tanquam refugium)? Ita in priore versu simul etiam lucramur vocabulum, quod verbis *τούσδε δόμους* in altero respondeat ad amussim.

lud Apollo simpliciter eo excusat, quod non sit ipsarum ad suas aedes accedere; ad hoc refellendum quum quaerere vult, quanam de caussa mariti caedes ab uxore facta non puniatur a Furiis, illae sermonem excipientes negant hanc caedem esse consanguineam. Quo facto deus periratus atque indignabundus invehitur in tale dictum, quo fides per Junonem jugalem et Jovem in matrimonio jungendo data et Venus conjugii omni honore priventur, torum enim viro et mulieri a fato constitutum majorem esse, si jurisjurandi jure muniatur [44]); notatque injustitiam atque inconstantiam Furiarum, qua alteri parti poenas remittant, alteram persequentes; et significat, Minervam haec judicanda curaturam esse. Furiae tamen perstant in proposito, negantes se Orestem missuras; Apollo ipsas illudit; donec hae ad Orestem persequendum decedunt, ille, postquam professus est, se supplici opitulaturum esse et servatorem futurum, in templum regreditur [45]). (V. ad Vs. 225.) —

---

44) Ita accipiendus est locus, qui est Vs. 208 et 209, nondum recte intellectus. Ambigitur, utrum ὅρκου τε scribendum sit cum Turnebo et Victorio, an ὅρκου 'στι cum editore Glasguensi. Illud et olim et nuper amplexus est Hermannus; sed, ut de sententia omnino taceam, pro hoc vel librorum veterum stat auctoritas, cod. enim Medic. e collat. Weigel. habet ὅρκούς τι, cod. Reg. L., teste Faehsio, et ed. Ald. non, ut vulgo tradunt, ὅρκους τε, sed ὅ. τι, cod. Robort. ὅρκοις τι, quare non video, quo jure Hermannus in cens. p. 43 dixerit, neque alteram illam scripturam fundamento carere, nisi ambiguam cod. Guelph. lectionem ὅρκου τι computari voluerit. Jungenda sunt verba ὅρκου τῇ δικῇ et omnis interpunctio tollenda.

45) Postremis verbis non secum loquitur Apollo postquam abierunt Furiae, sed abeuntes inclamat. Cui sententiae haud obstat Vs. 545, modo ea amplectaris, quae in Adnott. p. 197 sq. disputavimus; nec tamen haec eo, ut prius illud probetur, infringuntur.

Jam igitur scena vacua fit[46]), idque non punctum temporis durare fingitur, ut superius post Vs. 33, sed tamdiu, donec Orestes, a Furiis per terram totam atque mare exagitatus[47]),

46) Scenae a Choro in media fabula derelictae apud tragicos Graecos praeter hoc duo exstant exempla, unum apud Sophoclem Ajace post Vs. 814, ubi tamen caussa in disceptatione versatur, fueritne simul scena mutata et in alium locum translata: alterum apud Euripidem Helena post Vs. 385, ubi nullum dubium est, quin scena maneat eodem in loco. Simul haec exempla eo differunt ab illo, quod in fabula Aeschylea reperitur, quod temporis spatium inter praecedentem et sequentem scenam non majus solito est cogitandum.

47) De locis, quae vel obiturus sit vel obierit Orestes, nonnisi universe dictum est Vs. 75 sqq. ab Apolline, Vs. 231 ab ipso Oreste, Vs. 240 sq. a Furiis, nam etiam hic locus, ubi illae proprie magis de se loquuntur, ut e primo in comparationem vocato apparebit, computandus erit. Singula, de quibus cogitaverit poeta, et num omnino de singulis quibusdam cogitaverit, definire velle ineptum foret. Fabulas huc pertinentes collegerunt Bachetus de Meziriac adnot. ad Ovid. epist. T. II, inde a p. 264, et Muellerus ad Eumen. p. 149 sq. Hoc tamen putaverim, Aeschylum, licet locutionibus majus quid sonantibus usum, quales sunt: *δι' ἠπείρου μακρᾶς ὑπέρ τε πόντον καὶ περιῤῥύτας πόλεις*, vel: *ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν*, vel: *χθονὸς πᾶς τόπος ὑπέρ τε πόντον*, errores illos Graeciae fines excessisse non voluisse, intra quos vel Euripides consistit Iphig. in Tauris Vs. 1421 Matth. — Item, quod ad temporis spatium attinet, quod his erroribus absumptum fuerit, vehementer dubito, num ipse poeta caverit, ut tam diuturnum appareret iis qui audiebant, quam Muellero l. c. p. 150 visum est. Qui quem locum citavit ad hanc sententiam comprobandam, eum in dubium vocandum esse jam Hermannus l. c. p. 55 sq. monuit. Revera huc spectat vocabulum *πάλαι* Vs. 429, cujus tamen usum, qui noverit, concedet, nihil illiusmodi probare. Vss. 274 et 275 non tam temporis diuturnitas, quam multitudo hominum, quos adierit Orestes, signatur. Contra quam celeris et fuga fuerit et persequutio, ipse poeta effert eo loco ex superius citatis, quo Furias de hac re dicentes inducit. Nec sane illud e re erat poetae. — Porro Muellerus putat l. c., Orestem apud Aeschylum pluries fingi purgatum, quod, si verum sit, tantum inter hos errores factum esse cogitari potest. Examinemus locos, quos testimonio attulit vir egregius. In primo, qui est Vs. 429, Orestes di-

Athenas advenit incolumis, quippe a Mercurio deductus et servatus. Simul scena non mutatur solum, sed tota in alium locum longe dissitum transfertur, nec jam Delphis est, sed Athenis,

---

cit, se expiatum esse πρὸς ἄλλοις οἴκοισι, plurali numero; at haec res non prohibet, in poeta quidem, quominus de una domo, eaque Apollinis Delphici, cogitemus. Secundus locus, a Muellero citatus, est Vs. 229 sq., variis ille explicationibus et a prioribus interpretibus et a nobis ipsis tentatus, vid. Adnott. p. 53 et p. 91, e quibus tamen sine cunctatione eam praefero, quam altero loco proposui. Poterat vero, ut videtur, hic locus tum tantummodo in censum vocari a Muellero, si eum ita intelligebat, ut nos in Adnott. loco priore, non, si eo modo, ut ipse, vertens: »da er viel zumal in fremdem Haus verkehrt hat.« Denique tertius, quem Muellerus citavit, locus, Vs. 274 sq., propter verba ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ, quae Orestem jam expurgatum produnt, etiam minus liquet, quo jure huc advocari potuerit. Apollinem unum fingi Orestis sceleris expiantem imprimis apparere ajas e Choeph. Vs. 1030 sqq., maxime e Vs. 1034, atque ex Eumen. Vs. 272 sq., ubi Orestes, si pluries purgatus fuerat, id non poterat silentio transmittere, sed unius tantum lustrationis, ab Apolline factae, mentionem injicit. Porro Apollo Vs. 548 ita loquitur, ac si de nemine alio cogitandum sit. Nec alius aut dei aut hominis neque Choeph. Vs. 1055 sq. neque alibi mentio fit. Omnino: num non sufficiebat expiatio a deo facta? Quod in pluribus locis fama de Oreste purgato erat, alia res est. — An vero in eo argutandum indeque solutio quaestionis petenda, quod Orestes, ubi disertis verbis se dicit ab Apolline purgatum, hoc mactatis porcis factum fuisse narrat, in eo vero loco, quo illud universe »apud alias aedes« evenisse tradit, praeterea etiam »fluentes latices« ad expiationem adhibitos fuisse commemorat; ita quidem, ut Apollo illam lustrandi rationem solam adhibuerit, haec vero ab aliis addita fuerit: porro, ut illa vel sola absoluta resipuerit Orestes et loquendi sine damno copiam recuperaverit atque omnino innoxius redditus fuerit, — unde et illud explicationem habiturum esse dicas, quod Apollo in ea expiandi ratione sola adhibenda acquievisse fingitur, et rursus, non jam mirum esse, quod Vs. 272 unus Apollo memoratur, — nam Vs. 548, cujus eo, quod ab Apolline pronunciatur, aliquanto diversa ratio esse videri possit, non moramur, — quamvis a pluribus expurgatus fuerit Orestes; — altera vero insuper expurgandi ratio, ut prorsus purus evaderet, effecerit? Non ausim equidem hanc opinionem, quam alibi non

non ante templum Apollinis, sed ante aedem Minervae Poliadis, eoque loco manet per reliquam fabulam integram 48).

---

reperio testatam, sed e locis hujus fabulae huc pertinentibus mutuatus sum, tueri prae illa, quum praesertim de pluribus locis, qui ad rem disceptandam faciunt, inter viros doctos haud constet; nolui tamen eandem detinere non commemoratam.

48) Sed haec paullo explicatius tractanda sunt et singillatim demonstranda. Esse enim scenam ab initio alterius hujus fabulae partis Athenis vel in intimo vel in vestibulo templi Minervae Poliadis communis fere omnium doctorum persuasio est; sed manere eam eodem in loco usque ad finem tragoediae, nuper exstitit, qui acriter negaret, vir summus, Godofredus Hermannus. »Den Areopag,« ait in cens. p. 172, ostensurus, scenam ante Vs. 536, qui primus est episodii, quod judicium exercitum sistit, in Areopagum arci Athenarum vicinum tralatam fuisse, »hatte die Sage als den Ort geheiligt, auf welchem das Gericht über den Orest gehalten worden war; der Areopag ist es, um dessen Heiligkeit sich, als um den Mittelpunkt, der ganze Inhalt des Stückes dreht; dem Areopag will der Dichter durch seine Tragödie sein altes Recht schützen und Schmälerung von ihm abwenden; der Areopag ist der Ort, der mit dem gleichnamigen Gericht so eins ist, dass das Gericht nicht mehr das Gericht des Areopags seyn kann, wenn es nicht auf seiner ihm geheiligten Stelle gehalten wird: und diesen Areopag soll man in der Ferne auf einer Periaktos abgebildet sehen, das Gericht selbst aber soll aller Sage zum Trotz auf der Akropolis gehalten werden.« — Quae quis negaverit speciose dicta? Nihilominus tamen, scenam non denuo in alium locum translatam fingi, certum est; poterantque id vel ipsa poetae verba accuratius ponderata docere Hermannum. Mitto locum, qui est Vs. 79 sqq., ibi enim, utrum vox *ἐκεῖ* de loco, ubi positum erat vetus Minervae simulacrum, significet, an eadem ad sola verba *Παλλάδος πόλιν* referenda sit, ut universam urbem Athenarum intelligere liceat, ambigi potest. Sed omnem dubitationem adimit Vs. 234, ubi Orestes, postquam in antecedente posuit, se jam advenisse ad domum et simulacrum Minervae, perspicue satis testatur: *αὐτοῦ φυλάσσων ἀναμένω τέλος δίκης.* Porro verbum *ἥξω* versu 466 valet: redibo. Quae quum ita sint, alias rationes, quibus talem scenae mutationem non factam fuisse probabile reddatur, sive universales sive ex indiciis hac ipsa fabula contentis repetitas, vel prorsus vel saltem ad tempus silentio transmittere licebit. Lepida est sententia a Klausenio censorem

Muelleri agente proposita l. c. № 41, p. 330. Quippe is, quum Muellero in eo assentiatur, quod scenam non mutatam fuisse sumit, nec tamen, quomodo Areopagus alterutra versatili machina pictus esse potuerit, quoniam scena interiorem aedis partem exhibuerit, intelligat, id quod nec nobis ipsis liquere fatemur, et ideo, — ut ipsum loquentem faciam — »weil die Rathsgenossen des Blutgerichts sich ohne Zweifel nur auf dem Areopag, nicht etwa im Pallastempel versammeln können,« ad hanc hariolationem plane singularem defertur: »Sitzen die Areopagiten,« inquit, »in der Orchestra, so wird diese nebst den dahinter aufsteigenden Sitzreihen dadurch von selbst zum Areshügel, während die Bühne die Burg mit dem Pallastempel darstellt und auf diesen Areopag weist Athena Vs. 685 hin. Der wirkliche Zwischenraum zwischen Burg und Areshügel war gering genug, dass die Phantasie beide in den weiten Raum des Theatergebäudes zusammenfassen konnte.« Hanc igitur, quam hariolationem dixi, pace viri doctissimi, ne verbo quidem interposito moror, his praemissis transiturus ad placitum Schlegelii. Is enim quum, ut videtur, ab una parte eadem consideratione teneretur, qua Hermannus, ab altera tamen probe sentiret, scenam non potuisse mutatam esse, in praelectt. saepius citatis p. 149 eam scribebat statim ab initio alterius fabulae partis in Areopago esse fingi atque templum Minervae in hoc situm repraesentare in recessu suo. Conjectura per se quidem non sane spernenda et quae in hac sententiarum serie cuivis uni vel sponte se offerat. Sed notitiam illam templi Minervii in Areopago siti unde hauserit Schlegelius sane nescio. Aram quidem Minervae Mavortiae illo in colle fuisse novimus e Pausan. L. 1, C. 28, §. 5, eamque ab Oreste post absolutionem dedicatam, quae res vel sola prohibere videtur, quominus haec sententia admittatur. Sed objiciat aliquis, Aeschylum, quantum quidem ex hac ipsa fabula concludere liceat, hanc famam vel ignorasse, vel noluisse saltem agnoscere. Ergo nihil reliquum est, nisi ut videamus, num per indicia ad scenae et locum et rationem investigandam facientia, quae in ipsa fabula insunt, sumere liceat, scenam in altera fabulae parte in Areopago fuisse. Memoratur igitur Vss. 655 et 657 a Minerva Areopagus verbis: *πάγον Ἄρειον τόνδε* et *πόλιν ν. τήνδε*, Vss. 79 sqq. et 639 ab Apolline Minervae *παλαιὸν βρέτας* et domus, Vs. 233 ab Oreste ejusdem *δῶμα καὶ βρέτας*, Vs. 248 a Furiis itidem *βρέτας θεᾶς ἀμβρότου*, Vs. 387 et Vs. 417 sq. ab ipsa Minerva *βρέτας τοὐμόν* et *βρέτας τόδε ἑστίας ἀμῆς πέλας*, quae eadem quum Vs. 451 Orestem dicit *προσελθεῖν δόμοις*, non potest dubium esse, quin suam ipsius domum intelligat. Haec igitur omnia oculis subjecta fuerunt atque in scena re-

praesentata. Credamus jam, aram a Pausania l. c. βωμὸς appellatam ἑστίαν vocari ab Aeschylo. Porro ille etsi simulacri non facit mentionem, non tamen ideo omnino non probabile est, fuisse tale quoddam juxta atque aram, et id quidem, quum ad Orestis tempora referri posset, satis antiquum, παλαιὸν βρέτας. Denique, quod ad vocabula δῶμα et δόμοι attinet, certe non prorsus necessarium est, ut de propria aede cogitetur, sed licebit τέμενος intelligere, universum locum deae sacrum, ubi ara exstructa erat, quamvis neque de hoc ullo verbo moneatur a Pausania. Hac igitur ratione haec quidem indicia cum aliqua saltem veri specie, quamquam haud sane magna, ad Areopagum referri possent. Sed praeter illa indicia exstant etiam alia, paullo quidem occultiora, at aeque tamen certa atque gravia. Huc traxerim primum id, quod Minerva Vs. 816 sqq. Furiis honores spondet »sedem habituris πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως.« Etenim quum fanum Furiarum non in arce juxta ipsum Erechtheum situm esset, sed inter arcem et Areopagum, non liquet, cur istis verbis utentem fecerit Minervam poeta, nisi ideo, quod ea, dum haec loquebatur, ante eandem illam aedem Erechthei versabatur. Testimonio esse quodammodo possunt cum alii loci, in quibus de Furiis post judicium exercitum juxta Areopagum sedem capientibus sermo est, tum is, qui apud Euripidem legitur, Elect. Vs. 1272 Matth., ubi, postquam judicium in Areopago exercendum signatum est, additur: δειναὶ μὲν οὖν θεαὶ — πάγον παρ' αὐτὸν χάσμα δύσονται χθονός. An, quam in illis versibus Aeschyleis haud dubie insit significatio pompae Eumenidibus quotannis ductae ab Atheniensibus, ideo commemorantur δόμοι Ἐρεχθέως, quod haec juxta Erechtheum instruebatur atque incipiebat? Neque haec conjectura, opinor, adeo spernenda. Quamquam, ut plausibilis sit, priorem illam nullam vim habere non arguit, atque, si sola probanda sit, quia primus pompae initium in hac ipsa fabula repraesentatur, eodem ducit, quo illa. Praeterea mea sententia huc facit locus, qui est Vs. 878 sqq., ubi Furiae profitentur, se non spreturas esse πόλιν, τὰν καὶ Ζεὺς ὁ παγκρατὴς Ἄρης τε — νέμει. Cur enim hos potissimum deos commemorant? Non, opinor, alia de caussa, quam quia ipsis ob oculos erant eorum sive templa vel fana, sive arae statuaeve; id quod de Marte quidem quatenus vere dictum sit quivis vel non monitus senserit. Sed quid fiet de Jove? Appellatur ὁ παγκρατής, cujus appositi ea est ratio, ut in universum summo deo, quocunque is singulari cognomine vocabatur, tribui potuerit. Sic Juppiter παγκρατὴς audit apud Aeschylum: Sept. c. Theb. Vs. 237 et Suppl. Vs. 796; apud Sophoclem: Philoct. Vs. 680 et Phaedr. fr.

IV, 4. Brck. (607 Ddf.); apud Aristoph.: Thesmoph. Vs. 368. Num igitur hujus dei aedem notissimam, Olympieum inquam, in alterutra versatili machina penicillo expressam fuisse censebimus? Vereor equidem, idque non solum ideo, quod hoc templum demum tempore Pisistrati exstrui coeptum est, ut in hac suspicione acquiescere liceat. De Areopago, de quo Minerva antea pluribus verbis dixerat, alia res est. Hesychius haec habet: *Παγκρατὴς Ζεύς· Ἀθηναῖοι.* Quae, si genuina sunt, — nec facile fuerit, contrarium probare — eo ducunt, ut Jovem statuamus hoc cognomine Athenis cultum fuisse. De hoc quidem aliunde nihil compertum habemus; sed quum e Pausan. L. I, C. 26, §. 6 liqueat, fuisse in arce ante introitum Erechthei aram Jovis cognomine *Ὑπάτου*, probabilis conjectura videtur, eundem etiam *Παγκρατῆ* appellatum fuisse vocabulo idem fere valente esseque Jovem ab utroque scriptore commemoratum unum eundemque intelligendum. Hujus igitur arae, non penicillo expressae, sed vere in orchestra positae, forsan etiam nomine inscriptae, significationem e loco superius allato repetendam esse censeo, sive haec postrema conjectura veritatem tangit, sive non tangit. Ex his vero, quae modo disputavimus, si omnino vim habent, etiam id consequitur, scenam non fuisse ante Vs. 536 ab arce translatam in Areopagum, nisi quis forsan eam judicio finito, post Vs. 747, ab hoc in illam relatam esse contendere velit. Sed, utut de fide duorum horum locorum judicabitur, certissimum argumentum scenae ab initio alterius fabulae partis in arce constitutae et quod vel unum totam rem conficiat, si quidem non mera verba computanda sunt, continetur iis verbis, quibus Apollo locum, quo scena primum a Delphis translata fingi putanda est, significat: *μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν, ἵζου παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας.* Quippe Athenis duo erant vetusta Minervae signa lignea fama nobilitata, alterum Minervae Poliadis, oleaginum illud, de coelo delapsum, teste Apollodoro ab Erichthonio, teste Plutarcho ab Autochthonibus dedicatum, alterum Palladium, quod vocabatur, illud in arce (*τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον*), hoc in australi urbis parte; vide, de illo: Meursii Cecrop. C. XX (in Gronov. Thesaur. Gr. Antiq. T. IV, p. 936 sqq.) et notata a Muellero ad Eumen. p. 155, adnot. 9 atque p. 106, adnot. 7, de hoc: disputata ab eodem l. c. p. 155. Alia vero deae vetusta simulacra e ligno confecta in explicando hoc loco omnino nequeunt in censum vocari, quippe cujus ea ratio sit, ut nonnisi de notissimo quodam, et quod cum quadam excellentia hoc nomine insigniri potuerit, cogitare liceat. Atque haec ipsa caussa est, cur, quum ceterum per se inter duo illa signa dari optio

videri possit, tamen ne momentum quidem temporis dubitem, universalibus illis poetae verbis prius illud altero longe celebrius sanctiusque indicatum putare, de quo Pausanias I, 26, 7: τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσιν ἢ συνῆλθεν (sc. ἡ πόλις) ἀπὸ τῶν δήμων, ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει, — id quod jam Muellerus l. c. p. 156 egregie perspexit. Jam ego quidem nescio veterem vel mythorum vel rerum scriptorem, qui Orestem, priusquam is judicio se stiterit, Minervae Poliadi supplicem factum fuisse, memoriae prodiderit. Magis fuit vulgata narratio, eundem se ad Pandionem regem cognatum vel Demophontem contulisse, — testimonia huc pertinentia nuperrime congessit Fritzschius in commentt. de Lenaeis Atticis mantissa p. 41 sqq., — Euripides Iphigen. in Tauris Vs. 916 sqq. Matth. ξένους commemorat; — sed illud tamen in fabulis fuisse, docet locus Euripidis, qui est Electr. Vs. 1251 Matth., ad hanc rem maxime appositus, ubi verba Παλλάδος σεμνὸν βρέτας non possunt de caussa praedicta nisi de simulacro ligneo Minervae Poliadis intelligi. Ergo quum constet, scenam in principio alterius fabulae partis Athenis esse in arce, itemque, eandem manere eodem in loco usque ad finem, sequitur, etiam judicium non in ipso Areopago, sed in arce excercitum fingi. Quaeritur jam, quid Aeschylum moverit, ut ita statueret. Vereor, ut satisfacturus sit, si quis responderit, noluisse poetam bis scenam mutare, — quamquam hoc sane multum incommodi importasset, nec, opinor, vel per se, nisi si nulla ratione evitari potuisset, factum fuisset, — sed objicias, cur, id quod supra accuratius disquirere dignati sumus, scenam non potius statim in Areopagum transtulerit? Hujus igitur rei caussam primam in eo quaeras, quod fabulas, e quibus Orestes priusquam judicium iniret Minervae Poliadi supplicasse ferebatur, sequi malebat, quam deserere. At enim liquet, quam parvi haec sola ratio aestimanda sit in eo, qui notissimam de Oreste in Areopago judicato famam non veritus sit repudiare. Conjicio igitur, praeter illam caussam etiam hanc, eamque gravissimam, fuisse, quod solemnis Furiarum pompa, quam a fine fabulae primum institui videmus, ab arce duci solebat. Hoc, quamquam aliunde non constat, tamen speciose colligi posse e loco, qui est Vs. 816 sqq., jam supra indicavimus, eoque esse probabilius, quod ipsae Minervae ministrae ad pompam illam pertinuissent, Muellerus monuit ad Eumen. p. 108. Ergo si poeta et Orestis a Furiis exagitati fugam ad simulacrum Minervae, et judicium de eo exercitum, et Furiarum in numerum deorum indigetum receptarum pompam, primariam illam cultus ipsis praebiti partem,

non narrando significandove tangere, sed ipsa repraesentare in scena volebat, ita, ut unamquamque rem in justum suum locum transferret, scena ter mutanda erat, primum post Vs. 225, ubi revera fit mutatio, deinde ante Vs. 536, denique post judicium finitum, antequam pompa duci inciperet, et hoc quidem postremum eo magis, quod Athenienses, qui quotannis pompam in arce initium capere viderent, magnopere offensuros fuisse probabile erat, si eandem in hac fabula in Areopago instructam ab eoque inde loco ductam spectassent. Hoc igitur Aeschylus ut vitaret, quod e scena perpetuo mutata oriturum erat, incommodum, vix illud ac ne vix quidem ferendum, aut aliam faceret faculam oportuit, aut, id quod ipsi placuisse videmus, judicium non in Areopago exercitum fingeret. Age vero contemplemur paullo cusiosius, quomodo versatus sit poeta. Orestem, vulgata fama fuit, judicatum fuisse in Areopago a diis, sive duodecim, ut vulgo ferebatur, sive duobus, ut Hellanicus refert apud schol. ad Eurip. Orest. Vs. 1643 Matth. Apud Aeschylum non dii judicant, sed homines, dea Minerva praetorem agente. Praeterea hic curiae Areopagiticae originem deducit a judicio Orestis, quod nemo alius facit; Euripides, qui illam famam secutus est, a caussa Orestis in Areopago judicata solummodo legem illam, e qua ii, qui paribus suffragiis judicati essent, absolverentur, obtinuisse narrat. Haec igitur quum vel sola probent, Aeschylum in iis, quae ad judicium spectabant, aliqua novasse, videndum est, quid inde ad hanc, quam tetigimus, quaestionem solvendam effici possit. Quaero igitur, cur tandem poeta curiam Areopagiticam a judicio Orestis originem cepisse finxerit. Quae res jam Meursio, script. de Aroopago C. IX, in Gronov. Thes. Vol. V, p. 2103, haud exiguas molestias exhibuit. Poterat sane Aeschylus cum specie veritatis ita statuere, quatenus homines, non deos, Orestem judicantes faciebat, Areopagum igitur non curiam e diis, sed ex hominibus constantem intelligebat. Jam vero, ut ratio, cur homines substituerit in locum deorum, non est obscura, ita, siquidem non hanc solam caussam fuisse verisimile est, cur poeta illam fictionem amplexus fuerit, liquet, eum vix hanc habere opinionem potuisse, se eo, quod Areopagum per hanc occasionem institutum faceret, consilium suum in auctoritate atque juribus hujus curiae vindicandis positum exsecuturum esse magis, quam si eandem pridem conditam munere suo in caussa tam honorifica fungentem exhiberet, quamquam non sane inficias iverim, poetam illa re semel ficta egregie usum esse in rem suam, — sed elucet, non potuisse eum, si curiam Areopagiticam jam antea constitutam fuisse statuebat, hanc alio in loco judicium

exercentem facere, quam in eo, quem revera tenebat; dum contra haud ita mirum est, si eos, quos primum universe de sanguine fuso judicantes facit in arce, quum postea eosdem curiam etiam in posterum duraturam et quidem in Areopago sedem habituram effecturos esse expressis verbis significet, eodem loco haberi vult, quo Areopagitas. Atque haec quidem qui cuncta probe perpenderit, non jam adeo haerebit in dubitationibus Hermanni atque Klausenii. Ceterum vide, quae inferius disputabimus, ubi ad orationem Minervae, quae incipit cum Vs. 651, enarrandam ventum fuerit. —

His ita disputatis superest ut inquiratur, scena utrum in intimo an in vestibulo aedis Minervae Poliadis sit. Plurimi enim docti viri, qui ad hanc rem attenderunt, a Stanlejo inde usque ad Klausenium, atque inter eos palmarii duo, Hermannus et Muellerus, orchestram quidem templi Minervii vestibulum sub dio positum, — quae res omnino nequit in controversiam cadere — at proscenium tamen interiorem partem repraesentare existimaverunt. Qui contra statuerit scio neminem, nisi Schlegelium atque Genellum, — Boettigerus enim in iis, quae in libello de persona Furiarum p. 99 scripsit, illam sententiam sequitur, quam eandem num tenuerit ea ponens, quae in prolusione deum ex machina cett. illustrante p. XI leguntur, dubito quidem, nescio tamen — et, ne quem praeteream, Droysenium. Sed priusquam hanc rem dijudicemus, paucis tangenda est suspicio Muellero subnata ad Eumen. p. 107, dubitanti an scena non propriam aedem, sed solum locum deae sacrum, ergo sub dio jacentem, repraesentaverit. Hanc igitur conjecturam fateor mihi maxime improbabilem videri, quum Erechtheum vetustissimum fuerit et in fabulis vel ad ea tempora referretur, quae Orestis aetatem longe praecesserunt, ut taceam, quum in priore fabulae parte antiquum templum Delphicum in scena repraesentatum fuisset, faciliorem evasisse scenae mutationem, si etiam in altera templum vetustum in scena — parietem dico — exprimebatur. Jam vero si proscenium intimum templi exhibebat, quid fiet de Minerva sive curru vecta sive alio vehiculo usa, nam hanc rem controversam hoc quidem loco mittere praestat, at tamen ex aëre et quidem in proscenio in conspectum veniente ante Vs. 374? An hypaethron fuisse Erechtheum putabimus, de quo ne fando quidem audivimus? An existet sciolus quis, qui fieri posse contendat, ut eo tempore, quo haec docta sit fabula, illa aedes tecto caruerit, quippe incendio absumpta antea necdum prorsus restituta? Porro, illo sumpto, qua ratione Areopagus, quem, quum oculis subjectum fuisse certum sit, post ea, quae superius disputavimus, non

possumus, quin in alterutra versatili machina depictum fuisse statuamus, repraesentari potuit? Id quod jam Klausenius sensit, haec scribens l. c.: »dass der Areopag auf einer der Periakten gemahlt war — ist mir — darum nicht wahrscheinlich, weil die Bühne ja das Innere des Tempels darstellt, also die Periakten nur die Wände bezeichnen können (?).« Alia caussa universalis et ipsa e scena, ubi judicium exercetur, repetita, cur proscenium, non solam orchestram, ubi Chorus versabatur, sub dio fuisse putaverim, in eo posita est, quod omnia judicia capitalia sub dio exerceri solebant. Denique, — ut non quaeram, quatenus omnino fieri potuerit, ut intimum Minervii in proscenio oculis exhiberetur, — hoc computandum est, etiam in priore fabulae parte proscenium repraesentare vestibulum, non intimum, templi Delphici. Hae quidem sunt universales rationes in unam summam conspirantes. Videndum jam, num de hac quoque re ex ipsis poetae verbis atque locutionibus singulis certi quid effici possit, et, quod effectum fuerit, quomodo cum summa ante disputatorum conciliandum sit. E locutionibus *πρόσειμι δῶμα καὶ βρέτας*, Vs. 233, et *προσῆλθε δόμοις*, Vs. 452, per se quidem in neutram partem profici potest; sed dicat aliquis, vel ex eo, quod Orestes in illo loco ad simulacrum Minervae advenisse, in aliis vel idem amplexu tenere, Vs. 80 et 248, atque custodire, Vs. 417 sq., vel eidem adsidere, Vs. 387 et 424, dicitur, consequi, ut hic saltem in templo versari cogitandus sit, quum illud signum ligneum quin re in intimo templo positum fuerit dubitari nequeat. Eodem ducunt verba, quae sunt Vs. 418 sq.: *ἧσαι ἑστίας ἀμῆς πέλας, σεμνὸς προσίκτωρ.* Hic enim ne vocabulum *ἑστία* domum significare credatur, ut Stanlejus interpretatus est, — quamquam se ipsum corrigens in commentario verbum aram substituendo, »quoniam Orestes erat intra aedem Minervae,« — et jam scholiastes cepisse videtur secundum haec ipsius verba: *ὃν τρόπον κἀκεῖνος προσεκάθητο τῷ ναῷ τοῦ Διός,* prohibet vel sola consideratio, morem fuisse supplicum, in foco considere. Atqui focus in media aede solebat collocatus esse. Ergo etiam Orestem intra aedem Minervae versantem fingi consentaneum esse dicas. Verba *σῶν δόμων ἐφέστιον*, quae leguntur Vs. 639, noluerim in computationem vocare. Jam vero Orestes, ut liquet e loco, qui incipit a Vs. 243, quidquid contradicunt Genellus l. c. p. 228 et Hermannus in cens. p. 48, a Furiis in orchestra versantibus primum non conspicitur, quod permirum videri possit, siquidem in proscenio proxime ante oculos earum sedebat. Sic tamen statuendum erit, si sumitur, proscenium interiorem Minervii partem repraesentasse. Cum Vs. 248, utut de scriptura

statuetur, Chori in conspectum venit Orestes. Ergo num eo, quod in intimo aedis erat post scenam jacente, Furias aliquantisper latebat, donec per valvas apertas, ad has forsan cum sede sua encyclemate (?) admotus, oculis deprehenderetur? Nam hic quae intus erant eccyclemate (?) facto foras protrusa cogitare prorsus vanum foret. Sed etiam illa sententia ferri nequit; id quod pluribus, quam his duabus, caussis allatis demonstrare supersedeo. Primum igitur sanequam incommodum fuisset, si ex illo inde loco, in quo permanet, donec cum Vs. 724 surgat, omnes suos sermones habuisset, quum praesertim notum sit, eos, qui agebant, in primo proscenio consistere solitos fuisse. Deinde hoc computandum erit, utrum Minerva, quum ante Vs. 375 per aërem vecta advenit, in aëre maneat suspensa, an in terram descendat. Illud enim si fuit, vix potuit locum intra templum situm, ubi versabatur Orestes, oculis comprehendere, quod tamen factum fuisse luce clarius est. In illam rem qui inquisiverunt, Boettigerus, l. postremum c., et Genellus, l. c. p. 230, in diversas partes abierunt, illo posterius hocce, hoc prius illud statuente. Et ego quidem cum Genello sentio. Hae igitur caussae si probatae fuerint, oportet, ut Orestes simul cum signo atque ara Minervae in proscenio, sed eo de caussis illis universalibus non intimum, sed vestibulum, templi repraesentante, contra quam pro eo, quod re erat, exspectares, collocatus fuisse cogitandus sit. Atque hoc idem, non aliter, ac si vel per se intelligeretur, statuerunt Schlegelius atque Genellus l. c. p. 227, hic quidem postquam ea, quae viam aperirent huic sententiae, jam antea, p. 69, tetigerat, nec tamen, ut videtur, de hoc, quo ab eo, quod vere erat, discedit, cogitaverat. Si vero hac ratione simulacrum Minervae et aram, in quo positum erat, ex intimo aedis post scenam jacentis, ubi re erant, in vestibulum, proscenio repraesentatum, translatum repperimus, non jam mirum videbitur, quod supra p. XX et adnot. 11 focum Delphicum, in quo sempiternus ignis erat, quamvis is re haud dubie intra templum Apollinis fuerit, tamen in scena ante id collocatum fuisse suspicabamur. Caussae cur scenicis poetis in hisce aliisque rebus ita atque similiter agere licuerit, in promptu sunt. — At enim restat jam, ut scrupulum tollamus, quem nobis ipsi superius movimus. Ergone revera locum habet, quod permirum videri posse diximus, Orestem, quum in proscenio in ara sederet simulacrum Minervae amplectens, non statim conspici a Furiis in orchestra versantibus? Quaeritur, ille quomodo in hac positura atque hoc in loco vel momentum temporis latere potuerit. Vix opus est monere, hisce in rebus ne quid contra id, quod verisimile est, pecca-

re videantur, plurimum cautioni eorum, qui agunt, ipsorum relinquendum esse. At postulabis tamen, ut nimium quantum et quod omnem probabilitatem excedat non exspectetur ab iis. Poterant autem caussae, cur lateret Orestes, partim in ipsius positura positae esse, partim in eo, quod sede, quam tenebat, a conspectu abstrahebatur. Diximus de positura eorum, qui supplicant, jam supra p. XXVII, adnot. 21. Pluribus, quam Millinus a nobis citatus, de pedum positura supplicibus propria egit Birgerus Thorlacius script. de vase picto Italo-Graeco Orestem ad Delphicum tripodem supplicem exhibente, mense Januario a. MDCCCXXVI emissa, qua solemnibus academicis universitatis regiae Havniensis prolusit, p. 15. Et ea quidem utrum hic, ubi Minervae supplicat Orestes, singulare quid habuerit et supplicibus proprium, an naturalis fuerit, dubium est, quum poeta de hac re taceat, illud tamen nec in arte semper fuisse observatum, jam Thorlacius monuit. De sessione saepius expressis verbis monitum est, cfr. Vs. 387, 418, 424, 80. Porro Orestes in postremo hoc loco jubetur vetustum signum ligneum ulnis amplecti, qui supplicum ritus sat notus est ex monumentis artis, vide e. g. duo illa, quae publicavit Raoul-Rochette l. c. tab. LX et LXVI. Denique idem Vs. 248 sq., ubi Furiis primum in oculos incurrit, conspicitur *περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου.* Ex hoc igitur loco liquet, Orestem eo ipso tempore, quo latebat Furias, simulacrum Minervae arctissimo amplexu tenuisse, in qua positura patet hominem vel per se minus conspicuum esse, quam si solus per se sedeat, sed potius cum eo, quod amplectitur, in unum coalescere videri. Jam de sede videamus. Sedebat Orestes e verbis poetae simulacrum custodiens vel eidem assidens prope focum sive aram Minervae. Haec ara, quae ab Aeschylo *ἑστία* appellatur, apud Thucydidem L. I, C. 126 audit *βωμός*, et sicuti ex verbis illius modo citatis intelligitur, fuisse in ea collocatum signum illud vetustum, ita idem ex iis, quae ab hoc referuntur, cum iis, quae eadem de re leguntur apud Plutarchum Solon. C. 12, schol. ad Aristoph. Equitt. Vs. 343, Herodotum L. V, C. 71, comparatis conjicere est. Nec tamen Orestes, teste Aeschylo, sedebat in ipsa ara, sed prope eam, hoc est in gradibus ejus, et quidem de caussis sat gravibus, quas taceo, quia cuivis uni facile apparebunt, nec in posteriore ejus parte, certe non omnino, nec vero in anteriore, sed magis ad latus, ita, ut pro statione Chori vel per aram, juxta quam sedebat inclinato corpore, illius oculis potuerit subductus esse. Eodem igitur in loco collocatum erat simulacrum Minervae, de quo Muellerus in compendio archaeologiae artis, §.

Quod ad scenae repraesentionem attinet, vix licet dubitare, quin accurata fuerit. Nihilominus tamen non est probabile, mutationem nimis difficilem fuisse factu. Regio tum vicina tum remota, quatenus quidem oculis exhibebatur, notis machinationibus adhibitis facile mutari potuit. Ceterum etiam hic est in scena templum, ante scenam vestibulum templi, ut in priore fabulae

---

868, adnot. 4, haec habet scripta: »Das alte Holzbild der A. Polias zeigen die §. 96. № 18. genannten Denkmäler als eine ruhig stehende Figur im Peplos, die Lanze als Skeptron in der R. haltend. Ob den Schild emporhaltend, wie es nach Winck. M. I. 120. scheint, ist nach der Gemme, M. Odesc. 16., zweifelhaft.« Sed quod ad postrema haec verba cum dubitatione prolata attinet, Euripides, cujus auctoritas omnibus istis artis monumentis longe gravior est, luculenter docet, Minervae Poliadis signum ligneum clypeum in altum sustulisse. Is enim in loco Electrae, quo jam supra usi sumus, positis his verbis: *Παλλάδος σεμνὸν βρέτας πρόσπτυξον*, quae nonnisi de illo simulacro intelligenda sunt, sic pergit: *εἴρξει γάρ νιν ἐπτοημένας δεινοῖς δράκουσιν, ὥστε μὴ ψαύειν σέθεν, γοργῶφ᾽ ὑπερτείνουσά σου κάρᾳ κύκλον*, — quae postrema verba profecto non poterat scribere, nisi illud vere clypeum in sublime levatum habebat. Hic vero idem locus Euripidis planum reddit, quatenus Orestes, praesertim *περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς* α., etiam per signum Minervae oculis Furiarum subtrahi potuerit, quippe cujus caput saltem, h. e. ea corporis pars, quae, si oculis patet, plurimum confert ad agnoscendum, per clypeum Gorgonis ore insignitum obtegeretur. Denique ergo haec velim computentur. Furiae, utpote peregre advenientes, a sinistra spectatorum orchestram intrant. Orestes a sinistra signi Minervae, quae clypeum in altum sublatum tenebat, ergo in eo arae latere, quod spectatoribus ad dextram erat, sedem habebat. Igitur supplex, siquidem haec ara non ad dextram januae magnae, sed ad sinistram, posita erat in proscenio, a Furiis non statim post introitum in orchestram, nec tum, quum in media orchestra versabantur, sed demum postquam in locum remotiorem pervenerant indagantes, deprehendi oculis poterat. Sed haec hactenus. Alias quaestionis solvendae rationes, quae, postquam viam monstravimus, facile cuivis uni in mentem venient, ipsi, qui volent, circumspiciant: illa probata, ne cautio quidem ea, quam in limine disquisitionis petivimus ab iis, qui Furias agebant, opus erit.

parte. De illo paullo accuratius dicendum. Vetustissima Minervae Poliadis aedes Olymp. 75, 1, capta a Persis arce Athenarum, incendio deleta erat; instauratio post Periclem coepta post multos demum annos, quam haec acta fuerat fabula, absoluta est[49]. Ergo quum prius templum, quod non hac sola de caussa ab Aeschylo repraesentatum fuisse credibile est, in universum quidem sat multis poetae aequalibus notum esset, singula tamen quaeque nimis anxie curare non opus erat. Jam Delphicum templum antiquum ordinis Dorici fuisse sumpsimus; Minervae Poliadis ad quod genus structurae pertinuerit nescimus, prius quidem, posterius enim opus Ionicum fuisse, quamquam non vulgare, certum est. Fac igitur illud Doricum fuisse, id quod certe non est non probabile, et sponte apparebit, quam facile loco Delphici poni potuerit, praesertim si in hoc exhibendo illius, utpote quod solum notum erat, jam ratio quaedam habita fuerat.

In proscenio, quod vestibuli partem templo proximam repraesentabat, eamque orientem versus jacentem, a qua parte aditus aedis erat, ara Minervae gradibus innixa cum vetusto signo ligneo posita erat. Etiam in priore fabulae parte conjecimus focum Apollinis, in quo sempiternus ignis erat, in vestibulo templi collocatum fuisse. Atqui Athenis in Minervae Poliadis aeque atque Delphis in Apollinis sempiternus ignis adservabatur. Ergo: fuitne hic in hac fabulae parte retentus, et quidem eodem in foco,

---

49) De historia et ratione aedis, quinam consulendi sint docet Muellerus in compendio archaeol. artis §. 109, adnot. 4. Adde quae scripsit Rossius in Diurnis Schornii »Kunstblatt« inscriptis, a. 1836, № 60.

ut nihil aliud novare opus fuerit, quam signum Minervae addere?

In orchestra, etiam hic loci sacri circum templum jacentis partem magis distantem repraesentante, thymeles loco pariter atque antea ara, sed ea Jovis Summi, erat.

De urbe et regione adjacente oculis exhibita taceo. Areopagus, quem penicillo expressum fuisse certum est e regione arcis, pone templum Minervium, sed ad latus ejus, a dextra spectatorum conspicuus erat. Unde quum sequatur, quod vel per se probabile est, aedis deae non tantam latitudinem fuisse, quanta scenae erat, tamen quidnam in hac juxta illam ipsam repraesentatum fuerit, non quaeram accuratius.

Restat, ut videamus, num investigari possit, ad quodnam diei tempus in altera fabulae parte actio referatur. In prima scena nullum indicium inest. In altera inesse videri posset, si verum esset, quod olim statuebatur a Meursio ad fidem Luciani 50), Areopagitas tantum noctu judicium exercuisse. Non dubia res est de exitu fabulae, ubi pompa duci incipit; quae quia cum sacris conjuncta fuit, sacra vero Furiarum noctu fiebant, quod utrumque ex hac ipsa fabula desumi potest 51), apparet, actionem in priore fabulae parte, ut superius vidimus, cum primo mane incipientem in altera concludi ad vesperam. Eodem ducit facium usus passim comme-

50) Hermot. §§. 64. et de Domo §. 18.

51) Aliunde nihil compertum habemus, pompa solemnis Furiarum utrum noctu an interdiu ducta fuerit ab Atheniensibus; de Sicyoniis sane Pausanias L. II, C. 11, §. 4.: *κατὰ δὲ ἔτος ἕκαστον ἑορτὴν ἡμέρᾳ μιᾷ σφισιν ἄγουσι,* sed quaeritur, num accurate locutus fuerit.

moratus [52]), etiamsi eae non deductoribus, sed ipsis Furiis adtributae fuerint. —

Ingreditur scenam Orestes, solus, — Mercurius enim, qui eum rogatu Apollinis deduxisse fingitur [53]), ante ipsum introitum in locum tutum, quippe in quo ipsius auxilio non jam opus esset, decessisse putandus est, — et in gradibus arae considit juxta simulacrum Minervae, quod ulnis amplectitur [54]). Tum precatur deam ut ipsum, qui Apollinis jussu adsit, propitie recipiat, quippe non supplicem piacularem, nec impuras manus habentem, sed languidum jam, adgressum antea ad alias aedes [55]), seque ibi caussae discrimen opperiri declarat.

Subinde Furiae adveniunt in orchestram [56]),

---

52) Imprimis Vs. 957 sqq. et Vs. 976 sq.

53) Hac re concessa, quae negari nequit, minime ab iis discedo, quae superius p. XXX, adnot. 25 posui. Quod ibi dixi de artis monumentis quum errorem parere possit, moneo, Mercurium in iis artis operibus, quae Orestem ad umbilicum Delphicum vel apud Minervam supplicem exhibent, non comparere.

54) De habitu ornatuve Orestis ipsius in altera fabulae parte nullo verbo dictum est. Ramum oleae si tenebat altera manu, ut antea, quum Apollini supplicaret, deponebat in ara deae, quo de vide Elmsleji adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 125. Cogitabat aliquid sciti artifex, cui debetur monumentum a Millino Mon. inéd. II, 49. publicatum, quo Orestes exhibetur Minervae supplicans, quum illi vaginam sine ense tribueret.

55) Haec simplicissima fuerit interpretatio verborum: *οὐ προστρόπαιον — ἄλλεισιν οἴκοις*, de quibus bis disputavimus in Adnott., p. 52 sq. et p. 91 sq., quo demum loco veram universae hujus orationis structuram perspeximus. Eam ipsam voluimus superius p. LII, adnot., non eam, quam post illam protulimus verbo *ἀμβλὺν* paullo aliter accepto. Monendum etiam, neque in his verbis diuturnitatis errorum et repetitae expiationis significationem ullam quaeri posse, nisi de hisce rebus e reliquis locis constet. De verbis *πορεύμασιν βροτῶν*, si tanti est, vide Bernhard. Syntax. p. 174. Vs. 233 verbum *πρόσειμι*, a *προσεῖναι* illud deducendum valet: adveni ad, usu memorabili, ut alibi *πάρειμι*.

56) In ea permanent neque in proscenium irrumpunt, quam-

dissipatae, insectantes atque investigantes [57]). Una, coryphaeum dico, videtur sibi vestigia Orestis in sanguinis guttis per solum sparsis deprehendere atque aliam quam monet, ut ea perse-

quam ibi Orestes, quem insectantur, sedem habet. Quippe hoc mos postulabat ab iis, quae Chori partes agerent. Interim Genellus l. c. p. 228, adnot. 56 in hoc sibi videtur singulare quoddam poetae consilium agnovisse. »Es ist,« inquit, »doch wol nicht anders, als eine dichterische Ehrerbietung gegen die vaterländische Schuzgöttin zu deuten, dass nachdem früher die Erinnyen sogar in das Innerste des Delphischen Tempels eingedrungen waren, das Bild (sic) des Gottes umlagernd, sie hier doch nicht zu folgen wagen, sondern den Verfolgten nur von weitem umzingeln.« Quam sententiam minus probabilem esse ajo. Sed si illa poetae institutio peculiari indiget explicatione atque excusatione, ne cum eo, quod probabile erat, pugnasse videatur, potius statuas, fingi Furias, Gorgonis ore, quod Minervae simulacrum, probabiliter in primo proscenio positum, in clypeo gestabat, territas, non ausas ulterius progredi. Haec conjectura ut originem ita speciem ducit e verbis Euripideis jam superius citatis.

57) Chori hanc epiparodum, pariter atque parodum, σποράδην factam esse dubitari nequit. Negabat tamen Fritzschius in cens. p. 25, et re, non verbis quidem, Lachmannus, qui jam prius statuebat, Furias κατὰ ζυγὰ prodisse, atque Muellerus, quum in explicatt. ad Eumen. p. 86 de processu Furiarum scriberet: »Dass sie in zwei langgedehnten Reihen hereinkamen, und sich theils nach der rechten, theils nach der linken Seite wandten.« Talem enim progrediendi rationem non arbitror a quoquam σποράδην factam dici potuisse, a quo verbo tantopere abhorret quaevis ordinis servandi notio, ut, quum ceteroquin haud inficias iverim, Pollucis verba, quibus L. IV, §. 108 refert, parodum nonnunquam etiam καθ' ἕνα factam esse, eandem rem tangere, contra statuens quam Lachmannus, non possim tamen mihi persuadere, Furias ita singulas processisse, ut certo quodam intervallo servando vel in hac progrediendi ratione ordinem quendam servarent, sed teneam potius quod jam superius adnot. 38 sub finem, quamquam minus dilucide, significavi, Furias non semper singulas tantum ita, ut certa quaedam vel majora temporis intervalla intercederent, verum etiam binas, ternas, et omnino plures, eodem temporis momento, nullo tamen certo ordine, sed secretas, in orchestram introisse, quae ratio in universum quidem eodem redit, ac si Furias singulas processisse dicas. At enim illae

quatur: Furias enim, veluti canis sauciatum hinnulum, ad sanguinis stillas indagare. Inde, fatigatione commemorata, qua affectae essent, quum ad profugum conficiendum totam terram peragrassent et mare trajecissent sine alis vo-

---

sententiae nullum fundum habent nisi dualem λεύσσετον, in quo quum genuina poetae manus agnosci nequeat, vel hoc nomine rejiciendae sunt. Ceterum Hermannus putat, Furias, quum prima dicere inceperit, nondum omnes in orchestram advenisse, sed, quoniam inde a Vs. 245 septem tantum commata dignoscantur, dimidiam partem cecinisse, dum alterum dimidium inter cantandum nihil canens se intro praecipitaverit, vid. cens. p. 51. Contra, si Bambergerum audis, »propter longam, quae antecedit, coryphaei orationem chorum jam totum congregatum esse dubitari nequit;« vid. l. c. p. 66. Non negaverim, habere Hermanni conjecturam, quo commendetur, modo id ipsum extra dubitationis aleam positum esset, quo maxime nititur, non plures, quam septem, personas aliquid dicere. De eo quidem sentio cum viro summo, inde a verbis ὅρα, ὅρα μάλ' αὖ septem commata esse, quamquam, an potius octo sint, dubitare licet, prout de lectione versuum 257 et 258 statuitur. Sed quaeritur, num iambici trimetri versum 245 praecedentes ab una tantum persona, scilicet coryphaeo, pronunciati fuerint et porro, num primum e septem illis commatis eidem, an alii tribuendum sit. De altero hocce jam scholiastam testatum fuisse censent Hermannus et recentiores docti quum versui 245 adscriberet: τὸ αὐτὸ πρόσωπόν ἐστι, quae verba hoc valere putant: esse hanc eandem personam, cujus antecedens versus fuerit, de cujus tamen veritate interpretationis jam Wellauerus dubitabat, verba mutila esse proclamans, et ego quoque dubito, non quod hanc viri docti suspicionem firmam esse putem, sed quia nescio an scholiastes potius voluerit, nihil nisi verbum ὅρα bis ab eadem persona pronunciatum fuisse, quod ut crederet atque adnotaret fecisse videtur quod adjecta vocabula μάλ' αὖ interpretabatur: denuo dico. Ergo si comma, quod est ab ὅρα usque ad ἀτίτας, non eidem personae tribuimus, cujus praecedentes trimetri iambici sunt, vel octo vel novem Furias habemus aliquid dicentes. Sed ut ad prius illud transeamus, possis etiam in decem primis iambicis trimetris tria vel quattuor commata distinguere velle, prout versus 243 et 244 aut uni personae tribuuntur aut inter duas dividuntur: secundum comma a Vs. 239 incipere dicas. Jam enim quaeram ab Hermanno, quo tandem modo, quum tamen rationis quid subesse censeat, cur hic Furiae non omnes aliquid

lantes insectando aequa celeritate atque navis, significatur, Orestem jam in loco vicino, quem digito monstrat ea quae loquitur, delitescere, cujus rei subinde indicium ex odore sanguinis humani, quem sibi percipere videtur Furia, re-

---

dicant, explicandum sit, quod inferius trimetros iambicos, qui incipiunt a Vs. 289, a tribus pronunciatos fuisse putat. Conjiciat aliquis, fieri posse ut, si superius duodecim personae, postea etiam tres reliquae aliquid dixerint. Aut igitur sic statuendum erit aut concedendum, etiam ideo, quod superius plures tacent, non opus esse sumere, tum nondum omnes adfuisse, vel errare Hermannum posteriores iambicos trimetros continuos inter plures personas dividendos esse contendentem. Ego in his nihil decernam. Ipse Hermannus olim quidem inde, quod septem commata essent, verisimile ducebat, post primam personam quater de binis, bis de ternis unam aliquid dicere. Eas tamen conjecturas omnino repudiandas esse censeo, quae eo nituntur, ut Furias utcunque tres tantum dixisse statuatur. Neque enim video, qua specie hic, ubi Furiae σποράδην prodierunt, ternario numero vel tantillum tribui possit, siquidem falsa est atque inepta Blomfieldi sententia, chorum tantum e tribus Furiis constitisse putantis, nec verum, quod alii temere amplexi sunt, Aeschylum discrimen fecisse inter tres Furias proprias et ceteras harum ministras atque pedissequas, nec denique e duali λεύσσετον quidquam pro hac re effici debet. Quae si quid probabilitatis haberet, nec difficile fuerit, iambicis trimetris, qui melica praecedunt, simul computatis, id quod etiam a scholiasta, qui versus dimensus est, factum est, hoc secundum canticum potius quam inter septem et duodecim, inter novem personas dividere. Nec vero illi nostro judicio obstat, quod anapaestos, qui infra sunt inde a Vs. 397, censemus tribus personis tribuere licere; nam ibi, ubi id agit Chorus, ut locum mutet et ordines explicet carmen ligatorium cantaturus, si vera est Hermanni suspicio, sequentes strophas atque antistrophas ab hemichoris cantatas esse augurati, facile quivis de coryphaeo et de duobus hemichororum ducibus cogitaverit, sin minus, quod tamen non probabile dixerim, de tribus στοίχων protostatis. Et haec quidem significata potius quam disputata satis habeo de his rebus hoc loco in medium protulisse. — Porro, ut ad stationem Chori orchestram ingressi transeam, patet, etiam in hac quaestione solvenda cavendum esse, ne temere ternarii numeri utcunque ratio habeatur. Atqui illam haudquaquam certam fuisse aut legi-

petitum affertur[58]). Ergo monetur, ut perpetuo oculi circumferantur, ne matris parricida furtiva fuga se subtrahat impunitus. Quo facto hic oculis deprehenditur manibus amplexu circumplicatis tenens simulacrum Minervae. E quo quum appareat, eum praesidio deae impetrando

---

timam, quum vel ex eo concludi possit, quod carmen, de quo agitur, non per strophas atque antistrophas decurrit, tum inde luculenter apparet, quod choreutae demum Vs. 397 *χόρον ἅψαι* jubentur, et omnino vel pro statu rerum consentaneum est. Furiae enim ut *σποράδην* in orchestram ingressae erant, ita etiam in orchestra sparsae manent singula quaeque loca perlustrantes et Oreste oculis deprehenso sensim eam stationem capiunt, qua locum, ubi is sedet, cingentes quodammodo viam atque fugam intercludere posse videantur.

58) Mirum videri possit, quod Furiae de sanguinis guttis in solo comparentibus loquuntur, seque sanguinis odorem percipere praedicant, non illius, quo se polluerat Orestes matrem interficiens cujusque ipsi ab ipso initio fabulae revera maculas adhaerere vidimus nondum purgato, sed ejus, quem ipse profuderit nescio a quo sauciatus, quum tamen hoc quominus factum fuisse putemus vel sola cogitatio de patrocinio erronis a Mercurio suscepto prohibeat, ergo vel hac de caussa sanguinis nec stillae possint in solo conspicuae fuisse nec odor ab homine purgato atque incolumi, quem vel aliis de caussis revera cum vulneribus productum fuisse sumere ineptum foret, provenisse. Ergo nugantur Furiae, ineptiunt, delirant, — hoc negari nequit. Verum enim vero num acquiescemus in solatio scholiastae, quamquam rei ipsius haud omnino veram speciem capientis: *φαντασία οὖν ἀμήχανος· ἀλλὰ καὶ συγκέχυται τῇ παραδοξολογίᾳ?* Non opinor. Quippe tribuitur hoc loco Furiis ipsis quod alias iis, qui earum vim experti sunt, ut mente capti videri sibi et persentiscere videantur quod revera non est. Hoc vero fingere licebat poetae ea, quae populari persuasione probata erant atque sancita, amplectenti, de quo jam semel vidimus superius p. XLII, adn. 37. Ergo res per se ipsa nihil miri habet quodve vitio verti possit. Sed quum id, quod poeta Furias tales produxerat, vel per se procul dubio multum contulerit ad stuporem dandum et horrorem incutiendum, tum id, quod rem simul sic instituerat, ut cogitationes illae falsae admirabili quodam modo ad eundem eventum ducerent oporteret, ac si veritatem continuissent, quod ipsius Aeschyli necessarium quidem, at singulare tamen et perquam ingeniosum inventum est, animos spe-

voti reum fieri velle[59]), Furiae negant, hoc licere ei, qui matris sanguinem fecerit, quum liquor in solum effusus recolligi nequeat, sed pereat: verum oportere, ut suum ipsius sanguinem vivus vicissim det ipsis exsugendum; seque vivo corpore exsiccatum et extenuatum ad inferos abducturas esse, ubi calamitates ob matrem interfectam accipiendo poenas soluturus sit; quemvis enim vel in deum vel in hospitem vel in parentes impie agentem poenam facinori parem manere ab Orco, qui magnus sit hominum judex et omnia in animo insculpta habens inspiciat.

Orestes, has Furiarum minas parum curans, quamvis, quippe malis edoctus, multimode

---

ctatorum non poterat non gravissimis affectibus perfundere anxiave implere exspectatione.

59) Cfr. Vs. 248 sqq.: *ἀλκὰν ἔχων — ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν.* In hoc loco negotium faciunt postrema verba jam in Adnott. p. 57 sq. tractata. Quorum praeter vulgatam interpretationem ibidem citatam haud omnino indigna est, quae commemoretur, quamquam minime probanda, ea, quae a Spanhemio prolata est adnot. ad Aristoph. Nub. Vs. 1328, sic vertente: »judicio manuum se sistere vult,« et haec addente: »Illud enim ibi *χερῶν* non manuum facinus notat, sed actionem ob illud commissam et juxta quam manus — praecidebantur. Orestes proinde — *κινδυνεύει περὶ χειρῶν*, de manibus periclitatur.« Ego quum explicationem in Adnott. prolatam amplecterer, cogitabam simile quid hoc loco praedicari a Furiis de Oreste, atque Creusa apud Euripidem Ion. Vs. 1284 Matth. se refugiendo ad aram Apollinis spectasse profitetur: *ἱερὸν τὸ σῶμα τῷ θεῷ δίδωμ' ἔχειν*, in quam rem cfr. disputata a Muellero ad Eumen. p. 142 sq., §. 57. Sed probe sciebam, neque significationem, quae vocabulo *ὑπόδικος* tribuenda erat, apud classicos scriptores non esse inusitatam et totam locutionem, sic ut a nobis accepta est, insolentiorem, ita tamen, ut nec illa ferri nequeat, nec haec aut ad sententiam, ut ostendi, careat analogia, aut per grammaticas rationes non possit stare. Non necessarium esse, ut statuatur, scholiastam *χρεῶν* legisse, jam Abreschius, ut nunc video, Hesychio citato contenderat. Nihilominus tamen hodie de hoc dubito. Vide enim scholiastes ne verba *ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ* hoc voluerit significare: pro iis, quae

procurando cavere sciat, ne contaminationi sit[60]), et loqui ubi fas sit atque tacere similiter, in hac tamen caussa loqui jussus, — jam enim a sanguine et piaculo purus est, utpote ab Apolline expurgatus, et cum multis hominibus congressum habuit innoxium, — invocat Minervam, Atticae terrae reginam, ut sibi auxilio veniat, quo pacto seque ipsum et patriam terram et populum Argivum fidos et sempiternos socios nactura sit[61]): veniat vero, ubicunque terrarum moretur, ut ipsum angustiis praesentibus liberare possit.

Furiae negant fore ut ab Apolline Minervave servetur, ut non pereat neglectus, laetitiae expers, exsanguis victima numinum malignorum umbrae similis[62]); mirantur indignabundae,

---

nobis debet, ergo ad vocem *χρεῶν* explicandam scripserit, vocabulum *ὑπόδικος* non proxime cum *χρεῶν* sed cum *θεᾶς ἀμβρότου* construens et *πρόσφυξ* sonare arbitrans. Neque tamen cum Hermanno locum sic ceperim: reus fieri vult debiti vel culpae, — quamquam non inficior, iis, quae in Adnott. de Furiis Orestam se judicio sistere velle nescientibus dixi, speciose obverti posse verba Apollinis superius p. 215 prolata, quae tamen subobscure tantum rem signarent, — sed ita, ut superius enarrando expressi.

60) Hoc valet mea sententia locutio: *ἐπίσταμαι πόλλους καθαρμούς*, Vs. 267. — Juxta moneo, in sequentibus vocabulum *ἔκλυτον* non valere: ablutum, ut vulgo accipitur praeeunte jam scholiasta, qui id verbo *ἐκκεκαθαρμένον* expressit, sed ad literam vertendum esse: elutum; est autem voci *ποταίνιον* oppositum. Apte Hesychius explicat: *ἐξίτηλον*.

61) Id ipsum ut fieret Orestem a se missum esse, inferius Vs. 639 sqq. significat Apollo; foedus pollicetur et vovet jurejurando dato priusquam discedit Vs. 732 sqq. ipse Orestes. Modum, quo haec res consideranda sit, aperit jam scholiastae adnotatio ad hunc ipsum locum: *ὡς τότε συμμαχούντων Ἀργείων Ἀθηναίοις*, accuratius disputat Muellerus ad Eumen. p. 121.

62) Cfr. Vs. 292 et quae de eo diximus in Adnott. p. 66 sqq., quibus si quis non satisfactum putet voci *δαιμόνων* explicando retinendae, is haud inepte scripserit:

eum ipsis non obloqui, sed sermones ipsarum respuere, quamquam ipsis nutritum atque consecratum; et significant, eum vivo corpore ipsas pasturum esse jamque cantilenam, qua ipsum quasi vincturae sint, auditurum. (A Vs. 226 u. ad Vs. 296)

Ergo se provocant ad chorum jungendum[63], quod fit inde a Vs. 297 usque ad Vs. 311 inter anapaestos, quibus quasi prooemium cantus continetur, ut videtur, a tribus Chori personis recitatos; hinc, ordinibus collocatis, carmen ligatorium[64]) incipiunt.

δαιμονῶν, quod verbum universe vecordem sive insanientem significat; de re ipsa ne dubites facient verba inferius Vss. 317 et 319, 326 et 328 posita.

63) Cfr. Vs. 397: χόρον ἅψωμεν. E qua locutione qui concluserunt, χόρον κύκλιον fuisse et Furias manibus utrimque junctis saltasse, ut plures ex prioribus interpretibus, Boettigerus in libello de persona Furiarum p. 53 adnot., Fritzschius in cens. p. 28, nimium sumpserunt; certe neque e verbis per se ipsis neque e rerum nexu tale quid sequitur. Neque concesserim Lobeckio, cujus vide adnot. ad Sophocl. Aj. Vs. 700, simpliciter saltantes designari. Porro non comparandae sunt locutiones πλέκειν ὕμνον vel ζεῦξαι μέλος, quae reperiuntur apud Pindarum Olymp. VI, 117 et Nem. I, 7; sed veram verborum vim percepit jam Muellerus ad Eumen. p. 83, §. 13. Significant enim Furiae nihil, nisi hoc: se, quum adhuc σποράδην dispositae fuerint, jam ordines rite junctos collocare velle. Proxime ad formam orationis accedit illud: χόρον ἀρτυνέουσα, Hymn. Homer. XXVII (X), 15.

64) De splendidissimo hoc carmine, totius operis lumine, ut solet poeta »uno praesertim loco, in quem omnia contulisse videtur, omnem ingenii vim exserere« — verba sunt Westrikii, e l. c. p. 224 deprompta —, nuperrime optima quaeque generaliter disputata, quamquam inter se ipsos passim dissentientes, protulerunt Muellerus l. c. inde a p. 90 et Hermannus l. c. inde a p. 154. Est primum stasimum, quapropter tamen non videtur non dubium esse Hermanno an, maximam certe partem, ab hemichoris cantatum fuerit. »Betrachtet man,« ait, »den Inhalt des ganzen Gedichts, die Rhythmen, die Wiederholung derselben Verse am Ende des ersten Strophenpaares, das auch im zweiten Strophenpaare wiederkehrende Ueberspringen in die

Argumentum cantici ab ipsis Furiis significatur his verbis: visum esse, cantum tristem

---

päonischen Rhythmen: so hat man sehr starke Gründe zu vermuthen, dass die drei ersten Strophenpaare von den Halbchören, und zwar in den beiden ersten Strophenpaaren, was vor den Päonen vorausgeht, nur von einigen Stimmen, die Päonen aber bis zu Ende der Strophe von dem gesammten Halbchor gesungen wurden, bis endlich der ganze Chor das letzte Strophenpaar sang. Allerdings ist das blosse Vermuthung; indessen hat Rezensent die Einwürfe, die man theils davon dass das Gedicht ein Stasimon ist, theils von dem Einfallen mehrerer Stimmen in die schon begonnene Rede Vs. 335 hernehmen könnte, nicht unberücksichtigt gelassen und glaubt darauf antworten zu können.« Vocatur hymnus ligatorius Orestis (Vs. 296) vel animi (Vs. 319 et 328), mentem alienans et corpus quasi exsiccans. »Orestes,« Muellerus inquit, »soll wie mit unzerreisslichen Banden gefesselt werden, welches Streben gewiss auch durch die Art der Tanzbewegungen des Chors veranschaulicht wurde. Deswegen heisst der Hymnus ein zauberartig fesselnder Gesang, *ὕμνος δέσμιος*. Er steht also in einer gewissen Verwandtschaft mit den *καταδέσεις* des Alterthums, welche mit dem Zwecke Andre dem Verderben zu weihen, an den unterirdischen Hermes, die Erdgöttin und ähnliche Dämonen gerichtet wurden. Diesen Charakter unterstützt auch der Refrain des ersten Strophenpaars; eine solche Wiederholung der Stelle, welche den eigentlichen Zweck der ganzen Handlung ausdrückt, war grade bei Zauberliedern und Schicksalsverheissungen gewöhnlich —. Ohne Zweifel waren die Bewegungen des Chors dabei gegen die Bühne gerichtet, und hatten etwas besonders Umzingelndes und Einengendes —.« Idem, tanquam cantus tristis (Vs. 398) et a Furiis cantatus (Vs. 318 et 327, cfr. Agam. Vs. 964) appellatur *ἀφόρμικτος* (Vs. 319 et 328). Quo verbo Muellerus indicari putat, carmen tibiis adspirantibus cantatum fuisse, dubitante tamen Hermanno, neque consentiente scholiasta, qui haec adnotavit: *οὐ γὰρ σὺν ὀργάνοις μουσικοῖς γίνεται οὗτος ὁ ὕμνος*. Res sane in medio relinquenda est. Vulgo ejusmodi vocabulis nihil nisi tristitiae et luctus notio subest: sic verbum *ἀκίθαρις* usurpatum est Suppl. Vs. 665, *ἄλυρος* saepissime, vid. Valckenaer. ad Phoeniss. Vs. 1034 et Wyttenbach. ad Plutarch. de audiend. poet. p. 16, C, *ἄναυλος* Eur. Phoen. Vs. 890 et Herc. fur. Vs. 858 Matth., si vera est Tyrwhitti emendatio. Contrarium dicitur *φήμα φιλοφόρμιγξ* Suppl. Vs. 678. — De superiore Hermanni placito cfr. adnot. 69.

edere et de munere, quod ipsis sorte obtigerit, dicere, nempe quomodo ea, quae ad homines pertineant, administrent 65); se vero, ajunt, rectas judices esse: puras manus proferentibus 66) nullam ab ipsis iram adrepere, sed hos illaesos vitam permeare, sin quis scelestorum sanguineas manus occultet, se mortuis testes veras 67) ad-

---

65) Ita locus, qui est Vs. 300 et 301, accipiendus videtur; ut post vocem *λάχη* virgula collocanda sit. Namque si, ut fieri solet, verba *λάχη τὰ κατ᾽ ἀνθρώπους* conjunguntur, sequitur, ut Furiis etiam sors fuerit non ad homines, qua appellatione vivi et mortui comprehenduntur, sed ad deos pertinens, id quod verum non est. Ceterum cum hoc loco conferatur is, qui inferius legitur Vs. 890.

66) Cfr. Vs. 303: *Τοὺς μὲν καθαρὰς χεῖρας προνέμοντας*, sic enim scribendum videtur cum cod. Farn., qui quamvis postremam vocem e correctione ortam exhibere videatur, at haec tamen ita comparata est, ut facilior nulla inveniri queat, et illa sensum satis aptum fundere potest, quippe eundem fere, quem in Adnott. p. 69 maxime ad rem convenire diximus, modo quod sententia paullo aliter elata est et locutio imaginem sistit, quae verbis *χεῖρας φονίας ἐπικρύπτει* aptius, quam si *ἔχοντας* legatur, respondeat. Hanc vero universam hujus loci scripturam, ad quam probandam hodie me quasi vi compulsum sentio, quod non jam in Adnott. amplexus sum, potissimum insolentior verbi *προνέμειν* usus, non is tamen omnino analogia carens, in caussa fuit.

67) Cfr. Vs. 308: *μάρτυρες ὀρθαὶ τοῖσι θανοῦσι παραγιγνόμεναι.* Sed nescio an primum vocabulum in mendo cubet. Habet id omnino nullam rationem, nisi sententiam praecedentium verborum hanc esse statuas: si quis occulte facinus perpetravit, id quod nullo pacto ferri potest, — et tamen ne sic quidem satis aptum videtur, quatenus eaedem, quibus hic nihil nisi testandi munus tribuitur, subinde ipsae poenas exigendi negotium habere perhibentur, quod vix idonee ad eos, qui testes agunt, referri potest. Suspicor igitur, poetam dedisse: *μάστορες*, verbum et ex eodem genere officii publici repetitum atque sequens *πράκτορες*, et Furiis saepius ob insectandi et indagandi negotium cum canibus comparatis vel hoc ipso nomine insignitis inprimis conveniens, et quod unum optime ad antecedens *ἐπικρύπτει* se applicet. Forma *μαστὴρ* etiam reliquis tragicis poetis usurpata fuit, vide Ellendt. Lex. Sophocl. Vol. II, p. 59 sq.; praeterea adi quos citavit C.

esse illique cum vi efficaci vindices caedis apparere.

Duae igitur sunt carminis ipsius, quod jam sequitur, partes generales: una, qua Furiae carmen malum incantant; altera, qua potissimum de ratione, quomodo munus suum administrent, canunt.

Et initium quidem carminis incantandi faciunt Nocte matre invocanda: audiat ipsas, quas mortuis et viventibus Poenas pepererit; Apollinem enim juvenem ipsas honore privare eo quod Orestem auferat, qui proprium et legitimum maternae caedis piaculum sit. — Post quae verba epiphthegma ponunt, significantes, quo fine Oresti ipsis devoto hoc carmen canant. (Str. 1.) — Hanc enim sibi sortem esse a Parca adsignatam, ut illis mortalibus, quibus consanguineorum caede concurrerint temerarii, adsint, donec terram subierint parricidae [68]), hosque etiam post poe-

---

Fr. Hermannus in compendio doctrinae antiqq. Gr. §. 133, 2. *Μάστορες ὀρθαὶ* sunt investigatrices erectae.

68) Alia est eaque vulgata Vs. 321 sqq. interpretatio eorum, qui Vs. 321 pro scriptura librorum *αὐτουργίαις* legunt: *αὐτουργίαι*, — illam, genuina lectione servata, indicavimus in Adnott. p. 70. Quae quum non verear ne cui in singulis durior videatur — namque ad significatum, quem verbo *ὁμαρτεῖν* tribuimus, saltem aeque facilis est, neque in eo nimis haerendum erit, quod e nostra interpretandi ratione verborum *ὄφρ' ἂν — ἐλεύθερος* subjectum non *ὁ θνατὸς κ. τ. λ.*, sed *ὁ μάταιος* est, cfr. modo Vs. 166 et 167 —, tum, si ipsis verbis *θνατῶν τοῖσιν κ. τ. λ.* opposita est locutio *ἀθανάτων δ' ἀπέχειν χέρας*, Vs. 330, — ut vulgo statuunt, et recte quidem, nisi ejiciatur particula *δέ*, — neque haec postrema verba significare possunt: manus abstinere a diis, sed, sive servata sive mutata, sonare debent: non socium esse diis, cfr. Adnott. p. 71 et mox adnot. 70, ut universus locus juste ei, qui oppositus est, respondeat, efficit. Porro cum sententia verborum *τοῖς ὁμαρτεῖν* cfr. Homericum illud: *πρεσβυτέροισιν Ἐριννύες αἰὲν ἕπονται*, Il. XV, 204. Sequuntur quippe Furiae eum, qui injuriam acce-

nae valde obnoxios esse. — Jam repetitur idem illud epiphthegma [69]). (Antistr. I.)

Inde ad alteram carminis partem transeunt. Hoc sibi, ajunt, nascentibus munus assignatum esse. Ab immortalibus vero (diis) procul abesse necesse esse [70]), neque quem convi-

---

perit, ὡς κυνηγέτην κύνες, ut cum Euripide loquar, in hac caussa μητρὸς ἔγκοτοι κύνες appellatae ab Aeschylo, ut jam superius vidimus; adsunt occisis tanquam μάστορες, teste loco modo correcto, jam in Adnott. p. 70 adhibito, qui nunc etiam melius ad hanc rem quadrat, vocantur μητρὸς σύνδικοι inferius Vs. 731. Pro vulgata explicandi ratione afferri potest, quod Furiae se ipsas superius Vs. 197 Orestis προπομποὺς vocant; cfr. etiam locos, qui sunt Vs. 201 et Vs. 399 sqq. et mox Vss. 336 sqq. et 346 sqq., quamquam hi neque a nostra illa abludunt.

69) Mirum est, grammaticum, qui de metris scripsit, ea, quae inde ab initio anapaestorum usque ad finem hujus antistrophae leguntur, a sequentibus separare, ita quidem, ut et anapaestos et eam carminis partem, qua proxime excipiuntur, pro secretis canticis habeat, illos χορόν, hanc μονοστροφικὴν περίοδον (sic) appellans. Proinde a verbis: Γιγνομέναισι λάχη novum chorum incipere arbitratur. Huic placito quid veri subesse censeam ex iis, quae superius p. LXXIII et LXXVI posui, liquet. Stropha atque antistropha prima ea carminis pars continetur, quam proprie solam recte hymnum ligatorium appellaveris. Cum hac re optime congruit, quod, quum de iis, quae stropham secundam praecedunt sic statuam, ut anapaestos a singulis Chori personis pronunciatos existimem, stropham vero atque antistropham primam ab hemichoris cantatam putem, integrum Chorum cum ipsis verbis: Γιγνομέναισι λάχη τάδ' ἐφ' ἁμὶν ἐκράνθη, quibus Furiae argumentum praecedentis antistrophae nervose absolvunt ad aliud transiturae, credo canere incipere, in hoc uno dissidens ab Hermanno, cujus sententiam superius adnot. 64 exscriptam ne integram meam faciam, prohibeor tum aliis caussis, tum ea dubitatione, quam ipse vir summus altero loco proposuit, et eo, quod loci, a quo demum cantum integri Chori incipere arbitratur, aliam rationem esse censeo, quam ipse in censura p. 74.

70) Cfr. Vs. 330, ubi faciliori etiam mutatione, quam χροὸς est, scripseris: χρέος (sc. ἐστί). — In praecedente versu particulam δὲ delendam esse, praeterquam quod is antecedenti sententiae, videtur oppositus esse, etiam ideo minus probabile est, quod tum vocabulum λάχη alio

vam communem esse; candidis vero vestibus solennibus se expertes esse [71]; se enim domorum in se recepisse eversionem, ubi caedes domestica perpetrata fuerit, — hujusmodi parricidas se persequi et, quamvis validos, perdere [71]; — (str. 2) properantes vero sibi suis precibus hunc effectum, ut dii hanc curam ratam facerent neve ipsis adversarentur — Jovem enim de sanguine stillante odio digna hac parricidarum natione judicium exercere noluisse [72]; — sane enim vero

---

sensu accipiendum esset, quam in reliquis hujus cantici locis omnibus. Quod addas velim disputatis in Adnott. p. 73.

71) Loci citra spem emendationis depravati; quamquam ad sententiam non multum diversi videntur fuisse.

72) Haec est mea loci impeditissimi interpretatio, de cujus priori parte jam dixi in Adnott. p. 72 sq. Dabo tamen etiam eam, quae magis minusve vulgo recepta nuperrime etiam Hermanno arrisit, et quidem totam secundum hujus decreta (v. cens. p. 70 sqq. et p. 68), non sane quod eam veram esse existimem, quam vel a probabilitate abhorrere censeam. En haec fere est: Festinantes vel paciscentes vero, ut quendam hac cura liberent diisque immunitatem praestent eo quod ipsae precibus invocentur neve quaestionem subeant — Jovem enim ipsas suo consortio indignas ratum esse — nam se igitur cett. Sed est operae pretium, placita Hermanni atque rationes singulas recensere. Primum igitur, ut sententiam ejus de verbo *σπευδόμεναι* et de structura universi loci attingam, postquam monuit, medium *σπεύδεσθαι* dubitationi obnoxium esse et hoc loco aptissime legi posse *σπευδόμεναι*, sicuti Agam. Vs. 167 in cod. mscr. Guelph. pro *σπευδόμενα* correctum esset *σπευδόμενα*, haec disserere pergit: »Was aber das Participium anlangt, so ist dieses gesetzt, weil damit das folgende *καταφέρω* verbunden werden sollte, was jedoch, nach Einschiebung der Parenthese, nun durch ein Anakoluth mittelst der Partikeln *γὰρ οὖν* geschieht. Daher ist auch vermuthlich der Singular *σπευδομένα* zu setzen, was auch zu *ἐμαῖσι* gut passt.« Deinde contortam illam verba *ἐμαῖσι λιταῖς* explicandi rationem, — quam sane quidem et per se stare posse et in hac, quae vulgo probatur, sententiae conformatione probabiliorem esse, quam alteram, e qua preces a Furiis ipsis factae intelligendae sunt, lu-

se valde salientes desuper graviter cadens inferre

---

benter concedo, ut fere jam a Schwenckio prolata est sic vertente: quum homines me invocandi potestatem habeant — ita studet excusare: »Denn es versteht sich von selbst, dass wenn die Erinnyen sagen, dadurch dass wir und nicht ihr angerufen werdet, befreien wir euch von dem Strafamte, sie auch meinen, dass sie diese Bitten erfüllen, und durch die Erfüllung derselben die andern Götter von diesem Geschäfte befreien.« Tum, inepta Stephani emendatione probata, verba ἐς ἄγκρισιν ἐλθεῖν de Furiis statuit dicta: »die sich als die διώκουσας darstellen und weil ihre Sache allemal sattsam begründet ist, nicht nöthig haben sich zur ἀνάκρισις zu stellen.« Porro verba αἱματοσταγὲς ἀξιόμισον ἔθνος τόδε non de parricidis, ut jam scholiastes, sed de Furiis intelligit, quo — id quod vix crederes — et verba ipsa et sententiarum nexum ducere ait. Haec igitur placita omnia, — nam quod ex hoc ipsius decreto Vs. 341 conjectura facili quidem, sed incertissima et vix vera, δειματοσταγὲς scribit, ut locus antithetico, quem scilicet vocabulo sine idoneo auctore inculcato, utut sagaciter, at audacissime tamen et minime certo, sic refingit: παλλευκων πέπλων δ᾽ ἀγέραστος κ. τ. λ., aequetur, verbo monuisse satis habeo, ut rem secundariam — si me audias, aeque quaesita atque improbabilia ne verbo quidem interposito moror cuivis uni relinquens taxanda, excepto eo, quod primo loco posuimus. Verum enim vero ne hoc quidem, quamquam, ut jam in Adnott. p. 73 significavimus, prae reliquis laude dignum judicamus, ideo ratum habemus, universum quidem. Medium σπεύδομαι Datismum esse contendenti Elmslejo ad Eurip. Med. Vs. 179 jam refragatus est Blomfieldus adnot. ad Aesch. Agam. Vs. 147, vertendum docens: depropero mihi, et illo quidem loco bene fundatum videri ipse Hermannus concedit. Idem vero etiam apud Homerum Il. XV, 402 reperiri usurpatum et eadem quidem vi, qua activum intransitive adhibitum ibidem IV, 225, ut nimirum significet: festinare, jam Passovius in Lex. s. v. monuit. Atqui utraque vis vocabulo in hoc Eumenidum loco subesse potest, ut is a nobis accipitur, maxime prior illa. Contra an singulari numero σπευδομένα scribendum sit, quam rem, jam Burgessio placitam, et ipsam jam in Adnott. l. c. novo indicio dijudicato tetigimus, non magis dubium reddetur etiamsi anacoluthon illud non statuendum sit. Quippe equidem nescio an structura verborum sic instituenda sit, ut verba μάλα γὰρ οὖν — ἄταν ad enunciationem, quae incipit a verbis: ἐπὶ τόν, ὤ, διόμεναι, referenda sint et verba σπευδόμεναι — ἀπηξιώσατο ad antecedentem, impri-

pedis pondus, quae res, quum crura eorum,

---

mis ad vocabulum εἱλόμαν apposita cogitanda; ut hoc respectu eadem maneat participii σπευδ. condicio atque tum, quum ex Hermanni sententia arctius cum singulari καταφέρω conjungitur. Sed opus est, et hanc construendi rationem, qua probata iterum a primo illo Hermanni placito discedimus, et totam nostram de universi loci ratione ac sententia conjecturam accuratius exponere atque firmius stabilire. Et indicatur quidem ejusmodi sententia a scholiasta, cujus explicationem secuti in Adnott. l. c. tres primos hujus antistrophae versus emendare conati sumus, flagitatur autem et haec et simul ea verborum, quibus continetur, structura, quam modo significavimus, ab eo loco, quem ibidem citavimus. Ibi enim quum Furiae dicant: consentaneum esse, ut omnes homines ipsarum munus revereantur atque metuant, quum ipsarum legem a Parcis illam constitutam *a diis ratam factam esse* audiant, — nullus tamen in toto hoc carmine locus inest, quo hoc posterius tradatur, nisi hic ipse, quem nunc tractamus, et ita quidem et ipse emendatus atque explicatus, et cum praecedentibus junctus, ut nos volumus. Hac enim demum structura verborum efficitur, ut sententia sit: Furias quum negotium illud, quod memorant Vs. 334 sqq., in se reciperent, curasse simul ut ratum fieret a diis atque inviolatum maneret; quam ipsam sententiam postulamus. Porro verba Ζεὺς γὰρ — ἀπηξιώσατο, — quae sane quidem corrupta videntur, sed utcunque procul dubio ita emendanda sunt, ut de parricidis intelligi possint — disceptari potest sintne ad verba: δωμάτων γὰρ εἱλόμαν — ἔλῃ referenda, an ad ea, quae proxime praegrediuntur. Hoc alterum si praeferas, ante Vs. 343 cogitatione adjiciendum est: ut par vel consentaneum erat, vel simile quid. Et haec quidem ratio propter verborum collocationem facilior atque aptior videri possit. Attamen nescio an prius illud verius sit, quippe quod majorem a sententia commendationem habeat, quae tum oritur, hacce nimirum: *se* illud munus recepisse, quoniam *Juppiter* noluerit judicium exercere. Etenim omnino nostram verba construendi rationem fateor quidem ipse ordinem sententiarum implicitum reddere, sed nego, eam ob hoc statui non licere, immo ajo, tale dicendi genus Furiis maxime commotis imprimis convenire. Verba ἐπὶ τὸν, ὤ, διόμεναι seqq., quibus rationem, qua domuum eversionem perficiant, accuratius describunt et quasi depingunt, quae res Vss. 346 sqq. absolvitur, ab iis, quae se vix contineant et quibus quasi molesta sit temporis mora, jam mediae sententiae inseruntur. Haec hactenus. Ceterum

qui diu fugentur, incerta evadant, aegre tolerabilem perniciem adferat 73). (Antistr. 2). Hominum autem existimationem etiamsi fastu caelum attingat, tabe ad terram depressam absumi, si ipsae atris vestibus indutae (vel: malum excitantes) ingruant atque necem struentes (vel: ultionem petentes) insiliant. (Str. 3). Inter peccandum vero eum qui peccet hoc nescire (de potentia ipsarum et de ultione ipsis a se ipso exigenda non cogitare). Talem esse caliginem (calamitatem), quae homini propter piaculum advolet; et obscuras quasdam tenebras domum ipsius involvere luctuoso clamore contra eam quasi advocatas (antistr. 3); has enim manere 74).

---

in medio relinquo, utrum verbis *τινὰ θεῶν* solus Juppiter an omnes dii signentur, quamquam prius et ob sequens: *Ζεὺς γὰρ* verisimilius videtur nec propter sententiam loci ipsius optime ferri non potest.

73) Haec horum versuum interpretatio facta est secundum Hermanni emendationem Vs. 349 scribentis *σφαλερὰ γὰρ τ.*, quae vera esse potest (certe id verissimum duco, quod vir summus paeones restituendos arbitratur), quamquam nescio an verbo *τανύδρομοι* ipsae Furiae denotentur, quae apud Sophoclem Aj. Vs. 837 *τανύποδες* audiunt, et proinde *σφαλερὰ κῶλα* sint crura labefactantia, *τανύδρομοι* vero extenso gressu ac rapido cursu incedentes.

74) Verba *Πίπτων δ' — μένει γὰρ* adhuc obscurissima fuerunt, et per se ipsa, et ad rationem, qua cum praecedentibus et sequentibus cohaererent. Nos jam in Adnott. p. 75 et 78 tum conati sumus, singula nonnulla verba explicare, tum, sententiae quo se nexu exciperent in stropha atque antistropha tertia et in stropha quarta, breviter significavimus. Hodie tamen passim aliter statuimus. Et versus quidem 335 veram sententiam primi nobis videmur iis, quae superius in verborum perpetuitate posuimus, adsecuti esse. Is quomodo a scholiasta lectus fuisse videretur, monuimus in Adnott. p. 74. Sed illa libri, quo hic utebatur, scriptura, si vere fuit, vix est a poeta profecta. Ceterum ut hoc loco is qui sceleste agit mentis lue praepeditus peccare dicitur, ita superius Vs. 322 temerarius vocatur. — Porro Vs. 356 *κνέφας* non est: *σκότος φρενῶν*, ut scholiastes vult, quem plurimi secuti sunt, sed calamitas,

Se porro solertes ad rationes ineundas et perficiendi potestate instructas malefactorumque memores, graves et aegre mitigandas hominibus, in locis inferis situ ac tenebris obsitis administrare munus suum honore carens, diis invisum et e quo viventes pariter atque mortui vix se expedire possint. (Str. 4). — Hoc ergo munus, ratiocinantur, consentaneum esse ut quivis homo revereatur ac metuat, quum ipsarum audiat legem, a Parcis illam constitutam, a diis ratam factam esse, — in extremo gloriabundae et superbae notantes: sibi vero antiquum munus esse nec se capitis imminutionem pati quamquam sub terra et tenebris a sole vix collustratis stationem habentes. (Antistr. 4). (A Vs. 296 usque ad Vs. 375). —

---

nec versus 356 ad Vs. 355 referendus est, quod neque antea probabile ducebam, sed ad ea, quae praecedunt. — De iis verbis, quae jam sequuntur, notes velim, vocabula ἀνδρὶ et δώματος sibi invicem opposita esse. Et illo quidem is ipse significatur, qui caedem admisit, hoc familia ejus. Jam igitur verba μένει γὰρ hanc rationem habent: manet enim, sc. calamitas, nec eum solum ferit, qui facinus perpetravit. De sententia cfr. infra Vs. 891 sqq., Agam. Vs. 1161 sqq. Valcken. ad Hippol. Vs. 833, Voelcker. in libro de Japetidis p. 46 sqq. et adn. 43. Scilicet Vs. 334 sqq. Furiae dixerant, se domuum eversionem in se recepisse, si quis caedem domesticam perpetravisset. Inde describunt, qua ratione et quo eventu parricidam puniant, inde a Vs. 337 usque ad Vs. 340 et rursus inde a Vs. 346 usque ad Vs. 355. Ad hanc descriptionem pertinent vocabulum τόδε Vs. 355, qui versus quasi in parenthesi dictus accipiendus est, et vocabula τοῖον κνέφας Vs. 355, quo versu summa ante dictorum efficitur et transitus ab ipso viro scelesto ad familiam ejus paratur. Nam verbis καὶ δνοφέραν — μένει γὰρ Furiae, memores, se superius de tota domo, non de solis parricidis, dicere incepisse, etiam posteris parricidae clamorem occisi a se exauditum perniciem afferre significant. Ergo ad δνοφ. ἀχλ. ex antecedentibus non repetendum est: τοίαν. Denique verbis εὐμήχανοι δὲ κ. τ. λ. non eorum, quae proxime praegrediuntur, caussa affer-

Carmine cum sedata animi perturbatione finito Minerva [75]) a Scamandro, ubi terram, quam ipsi post Trojam eversam pro rata parte e praeda selectam totam cum ipsa quasi radice in aeternum a ducibus Graecorum in gratiam Atheniensium dono datam esse affirmat, praeoccupans [76]), invocationem Orestis audiverat, curru vecta, quo validis equis juncto sinum aegidis strepere faciens celerrime et nulla interposita requie iter confecerat [77]), per aërem advenit.

---

tur, sed illa sermonem verbis: πίπτων δ' — μένει γὰρ interceptum universe continuant.

75) De habitu deae taceo, in iis acquiescens, quae a Muellero ad Eumen. p. 112 allata sunt (ubi tamen lin. 5. pro 35 scribendum est 38, qui idem error in compend. archaeol. artis §. 368, adnot. 5 irrepsit).

76) De ratione atque consilio hujus fictionis post scholiastam monuerunt Stanlejus adnot. ad Vs. 401 et Muellerus l. c. p. 125. Ceterum haud abs re fuerit monuisse, inde quod poeta Minervam dicentem facit: se territorium Sigeum praeoccupasse, hoc enim valet verbum καταφθατεῖσθαι secundum Hesychium, qui, procul dubio hunc ipsum locum respiciens, explicat: κατακτωμένη, κυρίως δὲ τὸ ἐκ προκαταλήψεως, non sequi, ut illud statim post Trojam eversam et praedam distributam a dea occupatum fuisse voluerit — quod si voluerit, tempus, quo haec agi finguntur, id est, quod bellum finitum subinde secutum est, — si, quod pro indole universi loci non improbabile videtur, verbo καταφθατουμένη hanc cogitationem subjectam statuas: Minervam, quum primum sensisset, Lesbios terram ipsi donatam propriam facere velle, id quod pluribus demum post bellum Trojanum finitum annis praeterlapsis factum fuisse cogitare licet, huic sui juris violationi praeoccupando occurrisse. Anachronismus certe ferendus.

77) Cfr. Vs. 381 sqq., de quo loco conclamato fusius disputavimus in Adnott. p. 78 sqq. (ubi, p. 80, lin. 13, operarum errore pro: juncto exaratum est: junctam). Curru vehi Minervam, jam scholiastes adnotat ad Vs. 375: ἐπὶ ὀχήματος ἔρχεται, scilicet secundum versum 383 a quibusdam recentioribus interpretibus perperam in suspicionem vocatum; in quo, ut hoc expressis verbis moneam, verborum ratio eadem est atque in loco Ciceroniano, qui legitur epist. ad Attic. L. VI, C. 1: rheda equis juncta. Non opus esse, cum Hermanno

Quae quum hospitem ipsius simulacro adsidentem et feminas specie mira et prorsus incognita

---

verbum ἐπιζευγνύναι de re superne affixa significare censere propter praepositionem ἐπί, liquet e Theocrit. Id. XXII, Vs. 3 et Aeschyl. Choeph. Vs. 1040 sq., quamquam de hujus loci scriptura non omnino constat. De usu verbi proprio quam Abreschius ad Choephor. l. c. conjecturam proposuit: »ἐπιζευγνύναι credo proprie Graecos usurpasse de equis, qui praeter alios jam junctos currui adjungebantur, ut de nihilo non sit ἐπί« — eam non memini me ullius scriptoris auctoritate comprobatam reperire. — Sed quum cetera omnia, quae de hoc loco disputavimus in Adnott. l. c., adhuc teneamus, de sententia verborum ῥοιβδοῦσα κόλπον αἰγίδος, de qua antea fere ad Heathii arbitrium statuebamus, interim nobis subnata est alia, eaque, ut sperare audemus, unice vera cogitatio. — Quam priusquam in medium proferamus, non possumus, quin, quoniam placitum eorum, qui Minervam aegide utcunque pro velo usam fingi putant, rei non convenire censemus, ea, quae jam olim a Boettigero et nuperrime a Muellero allata sunt et, si aut vera essent aut apta, ostendere possent, Graecis ipsis, certe sequiore aevo, de illo secus visum fuisse, saltem verbo tangamus. Ille igitur in prolus. supra cit. p. IV sq., adnot. **) »Caeterum,« inquit, »ita placuit haec Minervae bigis in aëre vectae et aegidis opera velificante« (deest aliquid) »priscae aetatis artificibus, ut gemmis affabre insculperent. Exstat antiquum ectypon gemmae e vitro conflatum in collectione nobilissima Townlejana Londini v. Tassies Catalogue n. 1755.« Quae verba quatenus veritatem contineant, non habeo dicere, quia nunc liber citatus non ad manus est; olim tamen, quum eum manibus tererem, memini me tale ectypon frustra quaesivisse. Vereor autem maximopere, ne quis error interpretationis subsit; mihi enim e toto monumentorum priscae artis ambitu nullum nec ejusmodi nec simile cognitum est. Quid quod ipse adeo Muellerus in re haud multum absimili lapsus est? Quippe is in compend. archaeol. artis §. 370, adn. 7 numum a Phaselitis cusum, ab Eckhelio in Syll. T. IV, tab. II publicatum his verbis commentatur: »A. als Schiffsgöttin die Aegis zum Seegel ausspannend«; at in hoc scilicet numo expressa est secundum descriptionem Eckhelii, quae p. 41 legitur: »Prora navis cui insistit Pallas d. fulmen vibrans, sinistra aegidem praetendens« cett.; ergo vel id, quod dea altera manu fulmen vibrat aliam aegidis altera praetentae explicationem suadet, cfr. modo Hom. Il. XVII, 593 sqq. Sed hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Longius

conspicit, impavida pariter atque mitis et clemens quaerit utramque partem, quinam sint.

Sermonem suscipiunt Furiae, primum genus et nomen, tum munus suum pronunciantes: se Nocte esse genitas, apud inferos Diras vocari, homicidas ex aedibus expellere [78]). Quaerenti

---

petitum est, — etiamsi vere sit dictum, id quod minime constat, — quod hic idem summus archaeologus in novissimo volumine operis Germanice inscripti: »Allgemeine Encyclopaedie der Wissenschaften und Künste«, s. v. Pallas-Athene, p. 86, adn. 37 scribit: Ciris, carminis latini injuria Virgilio adscripti, Vs. 21 sq. similiter de peplo Minervae supra currum in modum veli panso cogitandum esse videri, atque hoc Eumenidum loco aegis deae currui pro velo sit. — Jam ad nostram sententiam pergamus. Puto scilicet, deam aegide usam fingi eodem illo fine, quo aurigae τὴν ἐπὶ νώτων μάστιγα ῥοίζου μητέρα θαρσαλέην (Anthol. Palat. VI, 246) adhibebant; igitur junctis equis aegidis opera strepitum effecisse — idque ipsam sinum aegidis humero circumjectae manibus tollentem atque quassantem, non autem ventum aegidis sinu excipientem, nam illuc potius ducit locutio: strepere faciens, — ut illos impelleret ad cursum. Cfr. etiam Sophocl. Electr. Vs. 737 sq. οὑξ Ἀθηνῶν δεινὸς ἡνιοστρόφος — ὀξὺν δι' ὤτων κέλαδον ἐνσείσας θοαῖς πώλοις, διώκει. Hoc vero sensu verba ῥ. κ. ἀ. aptissime modo antegressis explicandis subjecta sunt, nam in vocabulo διώκουσα celeritatis notio inest, vid. Abresch. l. c. T. I. p. 80 sq. Illis igitur verbis ratio affertur, qui peregerit Minerva, ut tanta celeritate, quanta hoc loco fingitur, iter confecerit, cui rei probandae etiam voces ἄτρυτον et ἀκμαίοις inserviunt. Et revera stupenda fingitur celeritas; quippe invocatio Orestis, qua exaudita se Sigeum reliquisse dea dicit, ea est, quae legitur inde a Vs. 277; apparet igitur, non de nihilo esse, quod poeta Minervam haec loquentem fecit. — Ceterum jam supra p. LXI monuimus, nobis cum Genello videri Minervam mansisse currui insistentem in aëre suspenso; contra eandem, quam Boettigerus, sententiam breviter refert Muellerus l. c. p. 25.

78) Cfr. Vs. 399. Quod Furiae hic simpliciter homicidas appellant, proprie minus accurate dictum est, vid. supra Vs. 201 sq., 261, 322 sqq., 335 sq. et infra 574 sqq. Verba ἐκ δόμων plurimi interpretes ita capiunt, quasi valerent: e patria, eamque explicationem per se ferri posse, vel ex eo patet, quod Oresti ipsi versus finem

Minervae, ubi finis sit fugae, respondent: in Orco. Quae quum porro interrogat, num etiam Orestem quasi venatores feram ad talem fugam excitent, — ajunt, eum enim matris parricidam esse voluisse. Significat Minerva, possitne fieri, ut non sponte sua fecerit Orestes, sed dira necessitate coactus ab alio quo. De quo quum dubitent Furiae, nihil tam atrox esse censentes, ut ad matrem interficiendam instigare possit, illa aequum esse ait, ut etiam altera pars audiatur 79). Quo facto Furiae opponunt, Orestem, si ipsi haec condicio offeratur, ut jurejurando dato se purget, non accepturum esse, quippe qui jusjurandum praestare non possit. Ad quae verba Minerva respondet, illas purgationem auribus potius accipere, quam efficere velle 80).

Choephororum accidit, cfr. etiam infra Vs. 622 sqq. Nihilominus tamen nec ad gemellum illum, qui legitur supra Vs. 201, nec ad hunc locum apta est, docente sententiarum nexu, maxime priore loco, sed etiam altero hocce, nam Vs. 400 et 402 nomen φυγή exilium sonare non potest, quae notio verbo quidem φεύγειν Vs. 622 subest. Sententia est: Furias parricidis nec moram nec requiem permittere, sed eos ex aedibus, in quas se receperint receptaculum et latibulum quaesituri, expulsos assidua fuga agitare.

79) Cfr. Vs. 406. Dictum, ad quod hoc loco adluditur notante jam scholiasta, vid. Adnott. p. 85, vulgo Phocylideum habetur, Cicero tamen epist. ad Attic. VII, 18: »etsi illud ψευδησιόδειον (ita enim putatur) observo, μηδὲ δίκην« cett. Reddiderunt id ipsum praeter Comicum jam in adnott. citatum Euripides Androm. Vs. 939 sq. et Heracl. 179 sq. (Matth.) atque Auctor Demodoci p. 383, D, monente Pflugkio adnot. ad Androm. Vs, 958 sq. Adde etiam Aristoph. Vesp. Vs. 919 et sq. jam a Berglero ad priorem illum ejusdem fabulae locum in comparationem vocatos.

80) Cfr. Vs. 407: κλύειν δικαίως μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλεις, quae verba jam a Stanlejo atque Abreschio, quamvis infelicissime, tentata et procul dubio vitiosa miror ad hunc usque diem propagata esse. Stanlejus

Cujus rationem dicti quum Furiae non intelligant, deam, ut ipsas, quippe sapiens, edocere velit, rogant. Subjicit igitur Minerva, jurejurando praestito ea, quae injusta sint, non vincere. Quibus verbis auditis convictas se sententes Furiae absistunt deferre Oresti jusjurandum, deam ipsam jubentes inquirendi negotium suscipere, justum autem exercere judicium.

Ergo Minerva ad Orestem convertitur, quaerens, quid ad haec vicissim dicere velit; nominata vero patria, genere, calamitate, in quam inciderit, illam Furiarum reprehensionem a se repellat, siquidem, jure suo confisus, supplex sit eadem condicione utens, qua olim Ixion.

Orestes, quum e postremis deae verbis — nempe iis, quibus ipse cum Ixione comparatur a Jove expiationem petente 81) — colligat, hanc putare, ipsum adhuc impurum esse atque eo

---

sic latina fecerat: malis haberi justa quam juste agere, et eodem modo vel simillime locum ceperunt insequentes interpretes. Verum enim vero, ut taceam de interpretatione malis, quod latine dicitur justa haberi et juste agere, Aeschylus haud dubie graece expressisset, illud: *κλύειν δικαία* vel *δίκαιος*, hoc: *πρᾶξαι δίκαια.* In cod. Guelph. et ed. Ald. reperitur *δικαίους*, item in cod. Med. e collat. Weig., in quo quidem suprascripta est litera *ω*, »sed has Medicei correctiones nullius omnino intellexi pretii esse, ut quae fere id scribendi genus repraesentent, quod vulgatae nomine hodie pervulgatum est«, ut verba Roberti Engeri, in script. de Aeschyliis antistrophicorum responsionibus p. 80 prolata, mea faciam. Haec quidem lectio nec ipsa aptum sensum fundit, sed orietur optimus ille, quem supra interpretando expressimus, si una litera mutata scripseris: *δικαιοῦν*. — Quae hujus loci emendatio atque explicatio si vera est, novo argumento apparet, eam rationem, qua praecedentem versum accepimus, unice probabilem esse.

81) Cfr. quae Welckerus disputavit in libro germanice inscripto: »die Aeschylische Trilogie« cett., p. 547 sqq. et Muelleri adnot. ad Eumen. p. 137 sq.

fine ut expurgetur supplicare [82]), priusquam illi provocationi satisfaciat, hoc non ita esse professus, professionem hoc documento comprobat, ut, quum eum, qui caedem commiserit, mos jubeat, lingua non uti, usque dum manus ipsius ab aliquo, qui caedis piaculo liberet, sanguine recens lactentis porci conspersae fuerint, pronunciet, se dudum eo quod alibi et porcis et aqua viva adhibitis purgatus sit illa necessitate liberum esse [83]). Hac sollicitudine remota se dicit Argivum esse, patre Agamemnone genitum;

82) Ergo Minerva nescit, Orestem jam purgatum esse, non dicam licet dea sit, sed licet ille id ipsum simul cum priore invocatione Vs. 226 sqq. professus esset, cumque dii omnino invocationem vel e longinquo factam audiant, cfr. Vs. 287, tum Minerva se Orestis invocationem eminus exaudivisse ipsa profiteatur Vs. 375. Quo loco quum tantum posterior invocatio, quae fit Vs. 277 sqq., intelligenda videatur, quaeritur, quid sit, quod poeta non idem de priore statui voluerit. Hanc igitur quaestionem ad tempus satis habeo movisse.

83) De hoc loco disputavimus in Adnott. p. 89 sqq., cfr. imprimis p. 93, atque superius adnot. 30, p. XXXV, et adnot, 47, p. LI ac LII. De silentio parricidis imposito iis, quos jam citavimus, addi potest Valckenaer ad Eurip. Hippol. Vs. 946. Per quam occasionem moneo, me, quum ea, quae superius adnot. 30, p. XXXIII sqq. posita sunt, scriberem, probe reputasse, Orestem jam ante lustrationem loquentem induci Vs. 85 sqq.; in qua re qui offenderint, ii aequum est ut poetae etiam illud probro vertant, quod Orestem in Choephoris inde a Vs. 967 sermocinantem fecit, ut aliam scrupuli removendi rationem taceam. — Morem expiationem extra aedes faciendi nec semper nec ubivis observatum fuisse, liquet v. c. ex Apollon. Argonaut. IV, 710, qui universus locus ad hunc maxime appositus est. — Id quod e sententia, quam superius adnot. 47, p. LII protulimus, plura purgaminum genera ab uno eodemque purgatore adhibita finguntur, etiam in expiatione Orestis Troezene facta obtinuisse traditur, et in caussa, de qua Apollonius l. c. narrat, ipsa illa duo purgamina commemorantur, quae hoc loco. Qua re ariolatio superius versus finem adnotationis 47 proposita, etiam improbabilior fit.

hunc, quum ab excidio Trojae domum venerit, turpiter perisse, ut qui a sua ipsius uxore peremtus fuerit inter lavandum variegata veste tanquam reti obvolutus, quae vestis caedem testata fuerit; se porro reversum ex exilio interfecisse matrem, necem patris ulturum; hujusque illi facinoris culpam Apollinem sustinere [84]), qui ipsum dolores stimuli instar cor pungentes manere significaverit, nisi tale quid facturus sit adversus eos, qui in culpa sint. — Ita postquam ad singulas deinceps Minervae quaestiones respondit Orestes, ultimo loco deam rogat, ea ut, justene egerit ipse, an minus, disceptet: quidquid enim illi de facinore ipsius visum fuerit, se in judicio acquieturum esse [85]).

Quo facto Minerva postquam monuit judicium de tanto facinore exercendum hominibus difficultatem afferre opinione majorem, se vero praesertim in hac caedis actione judicem esse

---

84) Cfr. Vs. 443: *Καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος*, ubi vulgo jungunt *κοινῇ ἐπαίτιος*. Sed quomodo cum hac interpretandi ratione conciliabitur locus, qui est Choeph. Vs. 1025 sqq.: *Καὶ φίλτρα τόλμης τῆσδε πλειστηρίζομαι τὸν πυθόμαντιν Λοξίαν, χρήσαντ' ἐμοί, πράξαντι μὲν ταῦτ', ἐκτὸς αἰτίας κακῆς εἶναι?* Porro infra Vs. 549 sq. Apollinem solum in culpa esse significari dicas verbis: *αἰτίαν δ' ἔχω τῆς τοῦδε μητρὸς τοῦ φόνου.* Huc accedit, quod haec enunciatio, qua Orestes mandato Minervae ipsi Vs. 416 dato obtemperat, ad Vss. 404 et 405 spectat, id quod jam scholiastes viderat: *τοῦτο δὲ πρὸς τό, Ἄλλης ἀνάγκης οὔτινος τρέων κότον.* Qua de caussa vix fieri potest, ut Orestes hoc loco simul de se locutus fuerit. Jam igitur scholiastes vocem *κοινῇ* cum *τῶνδε* construens explicabat: *πάντων.* Sed haec interpretatio inepta est, quia vocabulo *τῶνδε* sola caedis notio continetur. Ergo procul dubio corrupta est vox *κοινῇ*. Scripserat poeta: *κείνῃ*, sc. *τῇ τεκούσῃ*.

85) Ctr. Vs. 446 sq.: *Σύ — κρῖνον· δίκην πράξας γὰρ ἐν σοὶ πανταχῇ τάδ' αἰνέσω.* Hac enim interpunctione eget hic locus adhuc non intellectus. Pendet quippe *δίκην* ab *αἰνέσω*, — *τάδε*, quae vox, aeque atque antea Vs. 443

non posse, consilium capit [86]) curiam judicum jurejurando obligatorum, quae in perpetuum duratura sit, instituendi; partes jubet ipsis testimonia et argumenta, quae juris pignora sint, in auxilium vocare; se vero ait civium suorum optimos delecturam esse atque, ut caussa vere dirimatur, cauturam, ii ne jurejurando violato injusti quid proferant. (A Vs. 375 usq. ad Vs. 468).

Post quae verba curru discedit eam viam ingrediens, quae ad urbem ducere credebatur. Subsistunt Orestes et Furiae [87]).

τῶνδε et Vs. 446 τι τῶνδε, ad ἔκτεινα referenda est, a πράξας, cum quo verbo arctissime jungendum est vocabulum πανταχῇ, ut apud Sophoclem Antig. Vs. 634 (630), docente Hermanno, cum δρῶντες.

86) Cfr. Vs. 459 sqq. De ratione, qua verba ὁρκίων αἱρουμένους accepimus, cfr., si tanti est, Ellendt. Lex. Sophocl. T. II, p. 161 sq. — Ad significationem, quam voci ὁρκώματα tribuimus, proxime accedit Pindaricus usus vocabuli ὅρκιον, Olymp. X (XI), 6. Vocabulum ἀρωγὰ aptissimum videtur cum καλεῖσθ' jungere; cfr. modo Soph. Aj. Vs. 835, Lycophr. Alexandr. Vs. 360 et 1054. — De postremis verbis satis dictum in Adnott. p. 101 sq. Quod εἵρξω scripsi, non εἴρξω, ut nunc jubent, vid. Lobeck. adnot. ad Soph. Ajac. Vs. 753 atque Ellendt. l. c. T. I, s. v., prudens feci, quamquam fieri potest, ut altera forma praeferenda sit. Ceterum de consilio hocce deae gravissimo in media fere fabula proposito probabiliter disputavit Adolphus Schoellius in libro, cui titulum fecit generalem: »Beiträge zur Geschichte der griechischen Poesie«, et quidem in voluminis prioris tomo priore, nunc ipsum emisso, qui inscriptus est: »Beiträge zur Kenntniss der tragischen Poesie der Griechen«, p. 26 et 28.

87) Cfr. schol. ad Vs. 468. Haec res, mea sententia, vel sola prohibet, quominus scenam mutatam et in Areopagum translatam statuamus. Quod si aliis de caussis tam certum esset, quam non est, consentaneum foret credere, Minervam supplicem suum secum abduxisse Furiasque aut ante aut post sequens carmen cantatum ad breve tempus, intra quod scenae mutatio facta fuerit, orchestram reliquisse, quasi se in Areopagum collaturas. Sed etiam huic sententiae vel id obstat, quod de Areopago tanquam de loco judicii in antecedentibus ne

Secundum stasimon sponte in duas discedit partes, quarum in priore Furiae mala describunt, quae oritura sint, si ipsae caussam sint perditurae; in altera praecepta generalia tum moralia tum politica subjiciunt et de poena maleficorum monent.

Nunc subversiones effectum iri novis legibus, si noxa parricidae judicio victura sit; facinus hujus facturum, ut omnes homines jam audaces et temerarii fiant; multa vero gravia parricidia a liberis perpetrata parentibus posthac tolerandas fore [88]). (Str. 1). Neque enim se, quanquam animum ad homines advertentes, succensuras esse propter flagitia; — se omne genus necis immissuras esse —; fore autem, ut alius aliunde, dum (ad solatium atque auxilium impetrandum) mala narret, quae a vicinis passus sit, (vicissim) initium et incrementum laborum comperiat nec certa remedia; eum vero, qui ipse miser sit, frustra consolari. (Antistr. 2). Ne vero quis calamitate afflictus justitiam et ipsarum imperium imploret; (hoc enim nihil profuturum esse). Ergo eventurum esse, ut parentes clamorem lugubrem edant, quoniam cadat domus justitiae, (si impunitus evadat

---

verbo quidem significatum est, etiamsi concedam non opus esse propter vocabulum *τοῦδε*, Vs. 470, Orestem inter cantandum praesentem cogitare.

88) Cfr. Vs. 473 sqq. *Πολλὰ δ' ἔτυμα παιδότρωτα πάθεα προσμένει τοκεῦσιν, μετά τ' αὖθις ἐν χρόνῳ.* Quae postrema verba quum jam in Adnott. p. 109 potius quam versum antitheticum in suspicionem vocanda videri significaverim, moneo hoc loco, haud improbabile esse, post vocabulum *τοκεῦσιν* aliquod verbum, quod proprie dicitur, intercidisse, quocum voces *μεταῦθις ἐν χρόνῳ* (nam illa ed. Aldinae lectio a **Wellauero** recepta aperte corrupta est) constructae fuerint; quum praesertim, si hae cum ipso verbo *προσμένει* jungendae sint, potius futurum *προσμενεῖ* exspectare possis. Ergo forsan inserendum est: *παθεῖν*.

parricida) [89]. (Str. 2). — Esse ubi oporteat, ut id, quod metuere faciat, mentem afficiat; animo impotenti conducere sedatum modestum fieri angustiis; neque enim, si omnino non animum tranquillum et serenum aluerit, sive civitatem sive privatum similiter, justitiam culturos esse [90]. (Antistr. 2). Eam vitam laudandam esse, quae pariter ab effrenatione quam a servitute distet; omni, quod medium sit, divinum numen auctoritatem tribuere, aliorum vero aliam curam gerere. Congruenter dictum esse: impietatem contumeliam parere, sed e sano (probo) animo felicitatem provenire. (Str. 3). Omnino se auctores esse arae justitiae reverendae nec prae lucri cupidine pedibus proculcandae; nam alioquin poenas dandas esse. Manere discrimen; quapropter cuivis uni suadendum esse ut parentes revereatur et jus hospitii colat. (Antistr. 3). Si quis autem ultro, non coactus, justus sit, valde felicem fore, funditus

---

89) Redeunt Furiae, ad aliud argumentum transiturae, ad id, quod ab initio in stropha prima praedixerant, sententiam nervose absolventes eadem re verbis paullum immutatis denuo inculcata.

90) Locum passim paullo aliter accepimus, quam in Adnott. p. 109 sqq. Vocabulum *ὁμοίως* ad antecedentia trahendum est, cfr. Agam. Vs. 67, Choeph. Vs. 333, Eumen. Vs. 268. Verba *ἐν φάει* quomodo hoc loco capienda sint, demonstrat oppositum: *μένει*. Ergo nec scholiastae interpretatio illo loco a nobis proposita satis accurata est, nec exempla, quae ad usum vocabuli illustrandum congessimus, omnino quadrant, nisi quae a contrario desumpta sunt, de quibus conferatur etiam Dissenii adnot. ad Pind. p. 643 sq. ed. Goth. Poteram vero aptius quam locos ex Aeschylo et Sophocle petitos, qui dubitationem habent, — de posteriore, a nobis memoriter citato, vid. Ellendt. Lex. Sophocl. T. II, s. v. *φάος*, — adhibere Euripideum, qui est Suppl. Vs. 564, nec Ellendtio praetermissum. Propius ad id, quod volumus, accedit locutio Pindarica *Ἀσυχίας τὸ φαιδρὸν φάος*, fragm. incert. 125.

certe haud unquam periturum esse; illum vero, qui ei, quod fas sit, temerarie obluctans peccet, omnia illa, quae praeter jus undique commiscuerit et comportaverit violenter [91]), per vim tempore in mare demissurum (perditurum) esse, quando carbasum abstulerit labor fractae antennae (cogente necessitate). (Str. 4). Implorantem vero deos e medio vortice aegre superando non audiri; sed irridere eos viro temerario, necopinum videntes miseriis nulla ratione avertendis circumdatum confici nec emergere; hunc autem in perpetuum, pristina felicitate in scopulo justitiae illisa, subito pereuntem nec defleri et ignorari. (Antistr. 4). (A Vs. 468 usq. ad Vs. 536) [92]). —

Dum hoc carmen canitur, Minerva judices seligit, ad jusjurandum adigit, instruit [93]). Jam illos ipsa adducit, comitante praecone. Simul utensilia, quibus ad judicium exercendum opus erat, inferuntur. Dea et praeco consistunt, Areopagitae considunt in proscenio [94]). Quo

---

91) Cfr. Vs. 524, cujus in fine hodie conjicimus intercidisse voculam *ΒΙΑΙ* (*βίᾳ*), quippe a sequenti *ΒΙΑΙΩΣ* absorptam, qua admissa sententia multo vividior et fortior evadit, ei, quae tum, quum Adnott. p. 117 scribebamus, arridebat lacunae explendae rationi facile renuntiantes. Cur vox *βίᾳ* in ipso fine versus posita fuerit, neminem credo non esse sensurum.

92) De poëtica hujus carminis ratione plausibilia quaedam disseruit Droysenius l. c. p. 223 sq.

93) Cfr. Adnott. p. 130 et 150 inf. sq.

94) Scholiastes ad Vs. 536 haec adnotavit: *Κληρώσασα Ἀθηνᾶ τοὺς ἀρίστους, ἄγει δικάσοντας. Καθισάντων δὲ αὐτῶν ἐν μέσῳ στᾶσα, κελεύει διὰ τῆς σάλπιγγος καὶ τοῦ κήρυκος σιωπὴν γενέσθαι, ὡς μὴ ἀρκοῦντος μόνου τοῦ κήρυκος. Ὅρα δὲ πῶς τὰ νέων ἔθη ἀναχρονίζει. Ἃ γὰρ νῦν γίνεται, ταῦτα τὴν Ἀθηνᾶν εἰσήγαγε λέγουσαν. Ἐχρῶντο γὰρ τῇ σάλπιγγι ἀνείργειν τὸ πλῆθος θέλοντες.* Quae nescio an, ex parte sal-

facto Minerva praeconem jubet munere fungi et

---

tem, e perantiquo fonte hausta sint. Minervam non ipsam judices adducere, Genellus sumebat, sed injuria. Nec minus improbabile videtur, quod nuperrime Muellerus fusiore disputatione probare conatus est, ad Eumen. p. 107, Areopagitas in orchestra sub ipsis spectaculis in sellis sedem cepisse. Cui sententiae reprobandae vel ea sufficere arbitror, quae Hermannus in censura p. 168 sqq. et p. 154 contra disputavit. Quin is Muellero aperte plus, quam debebat, largitus est, quum versum 651 ad universum populum directum esse concesserit; de quo jam in Adnott. p. 211 monitum est. Consedisse autem judices in gradibus templi putat Genellus, l. c. p. 233, quoniam scilicet nihil fuerit in proscenio, quod sedem praebuerit, et ejusmodi sedile simplicitati, quam universa tragoedia spiret, plane conveniat. Alterum magis probandum est, prius levissime dictum; cur enim sumere non licuerit, sellas adportatas fuisse? Scholiastam tamen aliud quid voluisse, in propatulo est. Si fas sit ariolari, conjicere possis, sedilia, quae ante domum Atridarum per duas praecedentes fabulas conspicua fuisse ex Agamemnonis Vs. 505 apparet, etiam retenta fuisse in proscenio, quum pro illa templum Delphicum et subinde aedes Minervae Poliadis substitueretur. Sed mittamus potius hanc rem, quae vix unquam ad liquidum perduci potuerit. — De habitu nec praeconis nec Areopagitarum ullo verbo dixit Muellerus, nimirum quod eos non esse proprios actores crederet. Areopagitae quomodo vestiti fuerint, curiosius quam certius, licet non temere omnino, describit Genellus l. c. Ii ut baculum gesserint, fieri potest, quamquam non memini me hoc, quod judicum apud Athenienses insigne fuisse satis notum est, vide sis quos citavit C. Fr. Hermannus in compendio doctr. antiq. gr. §. 134, adn. 16, Areopagitis tributum reperire; sed nec ideo improbabile est, quia seniores sunt. Praeconum jam apud Homerum insigne est σκῆπτρον, cfr. Il. XVIII, 505; XXIII, 567; Od. II, 238. Apud Aeschylum praeco, qui in fabula, cui ab Agamemnone nomen inditum est, producitur, gerit ramum oleaginum, ut liquet e Vs. 480, prisco more, nam ex illo demum olivae vel ramo vel baculo vittis obvoluto originem traxisse putatur caduceus, vittis in serpentes mutatis, vid. Boettiger. Amalth. T. I, p. 104. Praecones quomodo in artis operibus repraesentari soleant, nonnullis exemplis propositis docet Raoul-Rochette libro saepius citato, p. 277, adnot. 6. Praeco scenicus quaeritur quomodo ad habitum differat a nuncio scenico, de quo tradit Pollux L. IV, §. 138, et num omnino differat. Porro is, qui hoc loco producitur, curiae

populum arcere, ut, quum integra sit curia 95), silentium fiat et sua instituta consiliumque edisci possint. Inde audito sono tubae Tyrrhenicae 96)

Areopagiticae praeco, num eodem, quo ille solebat, habitu fuerit, rursus dubitari potest. De tuba Tyrrhenica, quam gestabat, vide quae disputavit Muellerus in libro de Etruscis, T. II, p. 206 sqq.; cfr. etiam Lobeck. adnot. ad Ajac. Vs. 17.

95) Cfr. Vs. 540. *Βουλευτήριον*, curiam, intellige senatum, non aedem vel locum, quo convenit, ut etiam infra Vs. 654 et 675. De usu verbi *πληροῦσθαι* cfr., si tanti est, Eurip. Androm. Vs. 1074, Iphig. in Tauris Vs. 296; vid. etiam Orest. Vs. 872. Matth.

96) Universus locus, qui legitur inde a Vs. 536 usque ad Vs. 544, unde haec expressa, maxime intricatus est augeturque difficultas eo, quod secundus versus lacuna laborat. Muellerus adnot. ad Eumen., loco superius citato, haec posuit: »Wie bei den Gerichten der Homerischen Geronten: so wird auch bei dieser ersten Ausübung des Blutbanns in Athen eine Volksversammlung (die *λαοὶ* oder *λεῴ*) als gegenwärtig gedacht, welcher die Göttin während der Rathssitzung durch die Stimme des Herolds und Trompetentöne Schweigen gebeut (536). Gewiss liess Aeschylos dabei wirkliche Trompetenstösse durch das Theater erschallen, und man hörte, wie sonst, den Ruf des Herolds: *Ἀκούετε λεῴ*. Die Volksversammlung aber konnte unmöglich durch Menschenhaufen, welche sich auf der Bühne oder in der Orchestra sehen liessen, dargestellt werden, sondern die im Theater versammelten Athener selbst sind das gegenwärtige und angeredete Volk.« At primum, ut populi turba adesse fingatur, num de usu aevi Homerici cogitandum sit, non tam incertum est quam improbabile, si verisimile sit, quod Augustus Matthiae dissertatione priore de judiciis Atheniensium, Miscellan. philolog. Vol. I, p. 167, sumit, fuisse ipsa judicia Areopagi, palam habita et corona audientium cincta.« — Deinde Hermannus loco itidem jam cit. objicit: »Gedacht wird allerdings eine Volksversammlung, aber wirklich dazuseyn braucht sie nicht: eben so wenig, als in der Iphigenia in Tauris Leute im Wege stehen müssen, weil Iphigenia Vs. 1226 sagt: »*ἐκποδὼν δ' αὐδῶ πολίταις τοῦδ' ἔχειν μιάσματος*.« Immo, hoc Eumenidum loco de populo tantum praedicatur aliquid, illo autem, quem in comparationem vocavit Hermannus, cives adeo compellantur: *εἴτις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς, ἢ γάμον στείχει συνάψων, ἢ τόκοις βαρύνεται, φεύγετ', ἐξίστασθε, μή τῳ προς-*

πέσῃ μύσος τόδε. Quid enim, si quis contendat, ob verba: *κήρυσσε καὶ στρατὸν κατεργάθου* et *διάτορος σάλπιγξ ὑπέρτονον γῆρυμα φαινέτω στρατῷ* ne id quidem necessarium esse ut populus in scena adesse fingatur, sed pati ea vel hanc interpretationem, ut praeco prohibere jubeatur, quominus appropinquet populi multitudo? Atque eodem prorsus modo, quo apud Euripidem, res se habet in carmine deductorum, de quo Adnott. p. 211. Porro quis unquam affirmaverit, ideo, quod infra Vs. 968 sqq. Furiae dicunt: *Χαίρετε — πάντες οἱ κατὰ πτόλιν δαίμονές τε καὶ βροτοὶ Παλλάδος πόλιν νέμοντες*, sequi, ut deorum simulacra, Athenienses ipsi omnes adfuerint? Cum eo loco, de quo jam agitur, jam Schlegelius, qui et ipse spectatores his locis quasi una agentes fingi volebat, in praelectionibus supra citatis, p. 86, comparaverat illum, qui est Vs. 31 sq.: *κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινές, ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται.* Sed haec verba eo tantum pacto ad spectatores directa putari possent, ut primam eorum partem sic capere liceret: si inter vos, qui e Graecis adestis, sunt, qui oraculum consulere velint; quamquam vel sic parum aptum foret, populi multitudinem tum, quum Pythia in eo est, ut vaticinatura templum ingrediatur, alio fine, quam ad responsa petenda, ante introitum oraculi congregatam cogitare. Potest autem prior locus sane cum posteriore comparari, quamvis utriusque ratio non plane eadem sit; sed valet ille potius ad improbandam conclusionem, quam ex hoc cum Schlegelio fecit Muellerus. — Pergit Hermannus l. c.: »In den Eumeniden ist das nun noch weniger der Fall, weil, was von dem Volke gesagt wird, da dieses Volk die Athener sind, die Zuschauer natürlich auf sich selbst beziehen müssen. Es sind diess aber bloss zwei Verse, durch die gar keine thätige Theilnahme der Volksversammlung an der Handlung, sondern bloss das Anhören geboten wird; Vs. 635: *κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ στρατὸν κατεργάθου*, und Vs. 651: *κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν Ἀττικὸς λεώς.*« Verum enim vero hoc ipsum, ut scilicet populi multitudo auscultare jubeatur, num Aeschylus voluerit, in controversiam vocandum est. Dico autem priorem locum; nam alterum, quem mireris huc tractum, jam non morabor. Illo autem loco, si modo vera sint, quae in Adnott. p. 118 sq. disputavimus, populi turba, si adesse fingitur, non ad audiendum evocatur, sed arcetur a judicio, ut silentium fiat et instituta consiliumque totum Minervae perdiscantur. Jam vero aliquis dicat, probabile esse, fingi multitudinem praesentem, si sententia Augusti Matthiae supra citata unice vera sit. Nititur ea loco Antiphontis de choreuta p. 770, e quo sane elucet, accidisse, ut multitudo Areopago judicium

exercente circumsteterit, minime tamen, ut hoc semper locum habuerit. At contrariam sententiam protulit Meursius Areopago C. VII (Gronov. Thesaur. T. V, p. 2091) testimonio usus loco Demosthenis, qui est orat. in Aristogit. p. 776, etiam a Stanlejo ad hunc Eumenidum locum adscripto: τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ καθεζομένη περισχοινίσηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ᾽ ἑαυτῆς εἶναι καὶ ἅπαντας ἐκποδὼν ὑποχωρεῖν. Sed hoc »in loco«, ait Matthiae l. c. adnot. 47, »περισχοινισμὸς ille valet tantum ad multitudinem a subselliis judicum arcendam, non omnino amovendam; et narratur eo loco eadem res de senatu quingentorum et de archontibus.« Haud sane inepte; quamquam equidem dubito, num recte, idque eo magis, quo diutius postrema Demosthenis verba perpendo quoque firmius persuasum habeo, locum Aeschyli ei sententiae, quam Meursius tuitus est, patrocinari; et quidni utrumque juxta usu venire potuerit pro ipsarum caussarum diversitate vel ob alias rationes, quas hodie nescimus? Cfr. etiam locum Pollucis (VIII, 90) infra adn. 119 emendatum. Ergo, si non semper palam habebantur judicia Areopagi, nec per se necessarium est, ut hoc ab Aeschylo fingi statuamus; nec proinde id, quod praeco populum arcere jubetur, ita intelligamus oportet, ut multitudo tantum a subselliis judicum amoveatur, praecepta tamen Minervae prope astans auscultet. Sed — ut paullo accuratius inquiramus, hoc postremum utrum vere sit statutum nec ne — quod tandem verbum inest in tota hac scena, quae judicium exercitum sistit, e quo certo concludere liceat, velle poetam, ut praeter Areopagitas quisquam Atheniensium coram esse cogitandus sit ad praecepta Minervae auscultanda? Nimirum fuit nec antea ullum ejusmodi vocabulum, nisi solum istud πόλιν, quod legitur Vs. 542, sed hoc ipsum corruptum esse probabile est. Immo vel id, quod poeta infra Vs. 651 sqq., ubi Minerva ipsa illa praecepta pronunciat, ad quae discenda Vs. 541 silentio opus esse dicit, non universum Ἀττικὸν λεών, sed tantummodo Ἀττικὸν λεών, πρώτας δίκας κρίνοντας αἵματος χυτοῦ ad audiendum evocat, jam pridem docere debebat, nec altero illo loco Minervam velle, ut tota urbs, sed ut sola curia Areopagitica praecepta sua perdiscat. — Jam de praecone dicamus. Disceptatur, is utrum dixerit aliquid et tuba cecinerit, an solum tuba cecinerit. Hermannus quippe porro Muelleri sententiam impugnans: »Eine Kleinigkeit«, ait, »ist das ἀκούετε λεῴ. Das hat gewiss der Herold nicht gerufen, sondern er hat wohl nur agirt: sonst läsen wir auch das ἀκούετε λεῴ zwischen den Versen: mit dem Trompetenstosse war es genug, um der Sache einen würdigen Eingang zu verschaffen, und darauf weist

auch die alte Lesart εἴτ' οὖν Vs. 636 hin.« Prius illud jam ante Muellerum, quem etiam post Hermanni monitum in sententia sua permansisse ex iis, quae anno 1837 in Musei Rhenani fasc. 3, p. 378 scripsit, videre est, v. c. Genellus l. c. p. 234 et Butlerus voluerunt. Et Genellus quidem ita disputat, ut eum appareat verba praeconis ideo non perscripta esse putare, quod ea a vulgato praeconio non distulerint. Sed non constat sibi Genellus, nam adnot. 63 subjicit, verisimile esse, ut verba praeconis versibus hexametris concepta fuerint. Butlerus: »Caeterum«, inquit, »quaenam fuerit vox illa praeconis, inter alias nos docet Eurip. Hec. Vs. 532: Σιγᾶτ' Ἀχαιοί, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς. Σῖγα, σιώπα.« Jam vero praeconem non clamasse: Ἀκούετε λεῴ, certum est, si constat, populi multitudinem omnino non ad audiendum evocandam fuisse. Porro, si praeco omnino aliquid dixerit, quid fiet de praecepto illo, secundum quod Aeschylum non plures, quam tres, actores loquentes produxisse constat? Neque enim statui potest, similiter atque in Choephoris usu venisse memoriae proditum est, eum, qui praeconem agebat, mandato confecto Apollinis personam suscepisse, quia Apollo, quum primum tubae sonum audivit, statim scenam ingreditur; nec vero in comparationem vocare licet servum domesticum, cujus Choeph. Vs. 646 verba audiuntur, quia is non in conspectum venit. Itaque sumendum foret, praeconem, qui hoc loco loquens induceretur, licet coram spectatoribus agat, tamen non ad actores pertinuisse, quae quamvis Muelleri sententia sit, mihi tamen insolentior videtur, quam ut meam facere audeam. Reliquum est, ut videamus, possitne ex ipsis illis verbis, quibus Minerva praeconem ad agendum provocat, accuratius excussis aliquid lucis affundi. Dicat igitur aliquis, vel e verbo κήρυσσε sequi, ut praeco aliquid dixerit, quam mirum foret, si is mandato Minervae non obsequutus esset nihil pronunciando. Hanc objectionem spectant ea Hermanni verba, quae sub finem loci modo citati prolata sunt. Quae ut melius intelligi possint, etiam ea apponam, quae ab eodem viro docto alio ejusdem censurae loco de Vs. 537 disputata sunt. Igitur l. c. p. 85 sq. Hermannus, postquam monuit, valde probabile esse, versum illum sic scriptum fuisse: εἴτ' οὖν διάκτωρ διάτορος Τυρσηνική — »Der Sinn ist«, inquit, »oder es möge die Botin die schmetternde tyrrhenische Trompete ihre starke Stimme ertönen lassen. Εἴτε scheint eben desswegen richtige Lesart zu seyn, weil der Herold schweigt, und an dessen Stelle bloss die Trompete gehört wird.« Verum quum vel id, quod praeconi sic optio datur, utrum dicendo an tuba canendo populum arcere velit,

subito comparet Apollo [97]). Minerva aegre ferens, hunc se rei, quae nihil ad ipsum pertineat, immiscere velle, eum jubet dicere, quid ipsi cum hac caussa sit [98]).

---

non admodum placeat, tum vehementer dubito, num verba εἶτ᾽ οὖν, quae me non memini usquam ita usurpata reperire, ut hoc loco accipienda sunt de sententia Hermanni, genuina sint. Volueratne vir summus: εἰ δ᾽ οὖν, διάκτωρ κ. τ. λ.? Cfr. Sophocl. Antig. Vs. 722. Si verbum κήρυσσε non aliter accipi possit quam de pronunciando dictum, ego statuerim, praeconem audito Minervae mandato abire de scena atque extra, scilicet per urbem, et pronunciantem et tuba canentem, illud exsequi. Sed putaverim potius, κηρύσσειν hoc loco universe sonare: praeconis munere fungi; quale autem negotium in hac ipsa caussa intelligendum sit, verbis: καὶ στρατὸν κατεργάθου accuratius definiri; denique sequentibus verbis significari, quid agendum sit ad illud negotium perficiendum, ut versum 537 probabile sit per particulam δὲ cum praecedente connexum fuisse. Addo hoc unum. Si populus nec adest omnino nec adesse fingitur — id quod quominus sumatur mea sententia nihil impedit, (quin immo monuerit aliquis, non de nihilo esse, quod Minerva iis verbis, quibus praeconi mandat, ut tuba Tyrrhenica utatur, ipsa sonum illius penetrare significet) —, praeco igitur curare jubetur, ut multitudinem extra scenam in urbe versantem ipse in scena subsistens a judicio arceat, vel per se consentaneum est sumere, eum non simul sua voce, vix illa satis longe penetrante, sed sola tuba Tyrrhenica, utpote cujus sonum tam acrem atque vehementem cogitare liceat, ut ex arce per urbem audiri potuerit, utentem fingi. Verbis autem omnino non opus erat, ut intelligeret populus, arce et judicio abstinendum esse, quum haec res ipso modo tuba canendi solo satis certo significari potuerit. Sed haec hactenus.

97) Unde venerit Apollo et quomodo advenerit, quaerit Genellus l. c. p. 234. Cui quum id facile assentiar, deum non per aërem advenisse, non possum tamen concedere, brevi ante ad Minervam deversum jam hujus ex aede in scenam prodire. E mente poetae deus initium judicii in vicinia templi Minervii exspectasse cogitandus est, quod quum primum instare sensit, accurrit; ab utra parte proscenium ingressus sit, vel, num alia via, quam solitum erat, hodie nescire licet.

98) Cfr. Vss. 544 et 545, quos Minervae, non Furiis, tribuendos esse, jam in Adnott. p. 197 sq. monitum est; cfr. etiam supra p. L, adnot. 45. Gravissima caussa,

Respondet Apollo, venisse se tum testaturum, Orestem enim olim supplicem ad aedes suas venisse et ad focum illarum consedisse atque a se expiatum esse, — tum suam caussam dicturum [99]), se enim culpam sustinere sanguinis materni ab illo facti. Inde Minervam hortatur, ut caussam in judicium adducat.

Minerva caussam in judicium adducens Furiis mandat, ut priores caussam dicant.

Choragus, ut videtur [100]), monito, se multas

---

non ea expressis verbis prolata illo loco, haec est, quod talis admonitio et provocatio, qualis his versibus continetur, jam per se praesidem judicii decet, partes dedecet. Quarum ad munia si pertineret, reliqui scrupuli, quos contra vulgatam sententiam movimus, nobis probabiliter eximi possent; quamquam is, quem etiam supra l. c. tetigimus, non sane ea ratione, quam ibidem signavimus. Omnino autem lubenter concedo, id quod Apollo, si hunc sermonem ad Furias direxisse cogitandus esset, cum solis verbis *οὐ δὲ* orationem ad aliam personam converteret, per se nil valere ad nostram sententiam probandam; esset tamen, quo hic locus v. c. differret ab eo, qui legitur apud Eurip. Heracl. Vs. 250.

99) Ita explicanda sunt verba: *καὶ συνδικήσων αὐτός*, Vs. 549. De vi et usu vocis *αὐτὸς* cfr. Bernhard. Syntax. p. 287 inf. Muellerus interpretatus est: »Dann auch als Anwald«, de vocabulo *αὐτός*, ut videtur, idem statuens, quod Elmslejus adnot. ad Eurip. Med. Vs. 155, not. q. Similiter plures viri docti censuerunt, Apollinem Oresti tanquam caussae patronum in judicio adesse. Sed praeterquam quod illa interpretandi ratio a verbis proxime sequentibus maximam commendationem habet, haec vero minimam, Sextus Empiricus adv. Mathemat. II, p. 304 ed. Fabric. expressis verbis tradit: *Ἀθηναίοις τὸ παλαιὸν οὐκ ἐπετέτραπτο συνήγορον παρίστασθαι τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς.* Quod infra Vs. 622 Furiae verbo *ὑπερδικεῖς* utuntur de Apolline dicentes, nihil probat.

100) Cfr. supra adnot. 42, p. XLVII sq., imprimis p. XLVIII inf. Dicat aliquis, unane Furia in hac scena dixerit an plures, e verbis Vs. 555 prolatis ut efficiatur videndum esse. Ergo equidem nego, illa verba certam quidem conjecturam admittere, quippe quae per se duplicem patiantur interpretationem. Potest enim

quidem esse, sed breviter dicturas, Orestem verbo vicissim verbum opponere jubet. Primo loco interrogat, matremne interfecerit. Ait Orestes, (quem aut paullo ante aut nunc saltem surrexisse sumendum est). Qua confessione audita quum Furiae exsultent, sibi quasi luctationem e tertia

---

id, quod Furiae breviter dicunt, tam locum habere, si multae quidem, sed singulae paucissimis, dicunt, quam si paucae vel, quod etiam aptius, una tantum; quae nostra sententia est. Notum est, in judiciis Atheniensium popularibus, si caussa publica esset et plures actores, usu venisse, ut is, qui natu maximus esset, primus, reliqui deinceps, caussam orarent. Id num etiam de Areopago valeat, nec ne, nescio. Attamen certe dubium est, nimiumne sumpserit Boettigerus loco citato supra exscripto contendens, non potuisse nisi unam Furiam accusatorem agere in Areopago. Sed fac, ut apud Aeschylum plures dixerint, nonne continuo concedendum erit, consentaneum esse omnes dixisse? Atqui omnes dixisse, quum tantum ea, quae inde a Vs. 555 usque ad Vs. 644 proferuntur, computanda sint, non statui potest, nisi si primos tres versus continuos aut inter tres aut inter duas personas dividas, — et illud quidem ita, ut sermonem in fine ad coryphaeum redisse sumas, quae tamen ratio, quum in universum aptum usum habeat, nescio an in hac ipsa caussa non admodum probabilis sit. Sin cui, ut mihi quidem, minus placeat illa divisio, id, quod Furiae non omnes dicunt, explicari possit sumendo, aut eas, quae primum dixerint, rem in tantum confecisse, ut reliquis nihil addendum restiterit, aut has eo, quod Minerva Vs. 644 sq. satis dictum esse monendo disceptationi finem imponat, dicendo prohibitas fuisse. Alterutram sententiam, qui volet, amplectatur per me licet, modo ne hoc ipsum a me postuletur. Sed equidem, etiamsi plenus esset numerus sermonum, non tamen inducerer, ut eos a singulis deinceps Furiis prolatos crederem, quia pluribus personis nihil nisi tales sermones tribuendi essent, quibus nihil continetur, quo aut Orestem coarguant aut se ipsas expurgent, et quia singulis illis sermonibus non singulae sententiae absolvuntur, sed plures sermones eo nexu continentur, qui prohibeat, ne diversis personis tribuantur. Quid, quod vel e Vs. 574 ipso satis certo elucet, saltem Vss. 474 et 575, ne addam Vs. 577 sq., ab una eademque persona prolatos esse? Sed haec sufficiant indicata magis quam disputata ad nostram sententiam ipsius loci Aeschylei ratione accuratius perpendenda stabiliendam.

parte in victoriam cessisse, ille negat, se jam humi prostratum esse. Deinde Chorus dicere jubet, qua ratione caedem perpetraverit. Orestes profitetur, se gladio circa collum vulnus inflixisse. Porro Furiae quaerunt, a quonam persuasus fuerit, et cujusnam de consilio illud fecerit. Orestes respondet: Apollinis de responso, qui ipsi testis adsit. Illae mirantes quaerunt, num is, qui vates sit, matris caedem suaserit. Orestes affirmat, seque adhuc casu contentum esse dicit. Furiae illudentes objiciunt, eum caussa perdita aliter locuturum esse. Orestes contra, se fidentem esse, significat; patrem quippe e sepulchro auxilium mittere. Chorus cavillatur eum, qui, quum matrem interfecerit, mortuis confidat. Orestes, crimen purgaturus, monet, hanc duplici ipsam piaculo inquinasse, jubentibus inde Furiis, rationem dicti aperire, ut judices edoceat, subjungens: illam sibi maritum, ipsi patrem interfecisse. Chorus, quum facinus Clytaemnestrae aut negare aut excusare nequeat, at eam morte sua illud expiasse, Orestem vero adhuc vivere ideoque poenae obnoxium esse monet. Cui sententiae adversaturus Furiam quaerit Orestes, cur non illam, dum in vivis fuerit, fuga exagitaverit. Haec respondet: quia illa non consanguinea fuerit mariti ab ipsa interfecti. Ille eandem excusationem in suam rem convertit, dubitationem movens, sitne ipse cum matre sanguine conjunctus. Quam dubitationem Furiae summa cum indignatione rejiciunt, interrogantes, quonam tandem modo matrem ipsum in utero aluisse arbitretur, numque maternum sanguinem negando repudiare velit.

Jam Orestes non amplius habens, quemadmodum se defendat, ad Apollinem convertitur,

rogans, ut jam, quum ipsi auctor exstiterit, testetur, ipsene jure matrem interfecerit. Factum enim se non negare. Sed dijudicet, jurene, an minus, ipsi placeat sanguis factus, quoniam judicibus se dicturum professus sit 101).

101) Cfr. Vs. 579 sqq., qui locus, in Adnott. p. 122 repraesentatus, me quidem judice, adhuc prave intellectus est. Et ea difficultas, qua universus laborat, quam priores interpretes sicco pede transierunt, advertit quidem etiam Muellerum, sed tantum abfuit, ut vir summus offenderet in illa, ut elegantiam quandam esse putaret. »Apollon«, inquit ad Eumen. p. 164, »— tritt vor dem Areopag auf, um als Exeget ihn über die grosse Pflicht der Blutrache, die Orestes obgelegen habe, zu belehren, und ihn zu überzeugen, dass dieser Pflicht gegen den Vater die Mutter als die entferntere Verwandte, so zu sagen, aufgeopfert werden musste. — Dadurch erfüllt Apollon, wozu ihn Orestes aufgefordert: er erklärt (579), in wiefern Orest mit Recht gemordet habe; so wie er auch früher schon in der an Orestes ergangenen Mahnung zum Morde der Mutter als Exeget aufgetreten war (565), indem er ihm die Pflicht der Blutrache erklärt hatte. Das Auftreten des Apollon wird von Aeschylos mit Feinheit so motivirt, dass sich zunächst Orestes nur für sich (579) die Exegesis von ihm erbittet, indem in Athen nur einzelne Partheien, nicht die Richter, sich auf solche Weise das Recht weisen liessen; er will dann erst das Vernommene den Richtern mittheilen, und sich vor ihnen darauf berufen (583); welche Weitläuftigkeiten jedoch dadurch vermieden werden, dass Apollon, seine Stimme erhebend, sich sogleich selbst an den hohen Rath, die Stiftung der Athena, wendet, und diesem das Recht deutet (584).« Verum enim vero primum omnino nego, Apollinem nomine interpretis religionis in judicio adesse. Ipse Apollo paullo ante, Vs. 546 sqq., ubi dicit, quo consilio in judicium venerit, nihil ejusmodi professus est; nec sequitur hoc ex eo, quod in iis, quae ille coram judicibus sermocinatur, revera insunt, quae interpretem religionis deceant. Videtur autem illa Muelleri sententia, quae jam per se vel eam ob caussam infirma est, quod interpretibus religionis nullus in judicio locus erat, ut qui antea consulerentur, potissimum e verbis ἐξηγοῦ δέ μοι, ita intellectis, ut vulgo fieri solet, ducta esse. Sed deinde, etiamsi poeta alicubi disertis verbis dixisset,

Quibus dictis rursus considit Orestes.

Itaque Apollo convertitur ad Areopagitas et, praefatus, se ad hoc Minervae magnum institu-

---

Apollinem nomine interpretis religionis in judicio adesse, tamen id quod Orestes eum rogat, ipsum, scilicet insusurrando ad aurem, edoceat, ut ipse deinde sententiam dei cum judicibus communicet, hujus ipsius loci pro indole ac ratione minime inde excusari posset, quod interpretes religionis singulis tantum hominibus responsa dabant, quum Orestes primo loco Apollinem oret, ut testimonium det, proximis autem verbis tantum accuratius explicet, quid ab Apolline responsa dante testatum velit. Quae quum ita sint, illud Orestis petitum tamdiu permirum existimandum erit, donec demonstrabitur, usu venisse, ut testes non ipsis judicibus, sed partibus, ut scilicet ab his demum cum judicibus communicarentur, testimonia darent. Jam sane scimus, in judiciis quidem vulgaribus plerumque factum esse, ut testimonia a partibus ipsis literis consignarentur, consignata testibus coram judicibus juranda traderentur. Num igitur existet, qui illud aliquam certe — nam in hoc lubenter acquieturus essem — cum hac caussa similitudinem habere contendat? Sed ne talis quidem argumentatio omnes mihi scrupulos ademerit. Porro enim nonne vel per se mirum est, quod Orestes, quasi melius palam dicere posset, quam deus, quamquam supra audiverat, hunc venisse in judicium, ut pro se ipse caussam oraret, hoc negotium — nam illam ipsam rem significari verbis Ἀλλ' εἰ — κρῖνον, in propatulo est — suscipere vult quasi interpretem agendo? Denique, si quis accurate ad verba Apollinis proxime sequentia attenderit, vix, credo, negabit, ea ita esse comparata, ut deum non contra, quam rogatus erat, facientem, sed id ipsum, quod Orestes expetierat, eo modo, quem hic designaverat, perficientem prodant. Alioquin, meo certe sensu, oportebat, ut Apollo, antequam sic, ut videre est, dicere inciperet, Orestem paucis moneret, sibi aliam agendi rationem probari, nisi ipso silentio significare vellet, se illam, quam Orestes suasisset, ut ineptam, nullo respectu dignam habere. Quibus rationibus adductus censeo, hunc Orestis sermonem vitium traxisse duobus locis, quippe illo, ubi Orestes Apollinem precatur, ut sibi exponat, matremne jure interfecerit, atque illo, ubi dicit, se ea, quae ex Apolline audiverit, cum judicibus communicare velle. Potest autem uterque locus facillima medela restitui. Nempe verba ἐξηγοῦ δέ μοι uncis includenda sunt, ut significetur, continere ea rationem, cur Orestes Apollinem ad testandum evocet. Cfr. Vs. 84,

tum locuturum esse ut fas sit, quum autem vates sit, non mentiturum, monet, omnia sua sibi responsa adhuc a Jove patre imperata fuisse. Hoc jus quid valeat, suadere se, ut discant, voluntati autem patris ut obsequantur, praesidium enim nullum Jove plus valere [102]).

564, 765. Est autem ἐξηγοῦ secunda persona imperfecti, non imperativus. Deinde pro φράσω scribendum: φράσων. Ita refictum locum supra latine conversum dedimus. De propria vi particulae ὡς cum participio futuri junctae vid. Ellendt. Lex. Sophocl. T. II, p. 1002. Continetur autem Apollinis professio, ad quam hoc loco respicitur, verbis: καὶ συνδικήσων αὐτός, Vs. 549 prolatis. — Praeterea de singulis verbis hoc monendum restat. In verbis Ἀλλ' εἰ δικαίως — κρῖνον construendis quod iu Adnott. Fritzschium secutus sum, male feci. Nam maxime mirum foret, si Orestes Apollinem juberet disceptare, placeatne sibi sanguis ab ipso factus, quum, hoc ita esse, vel per se inde sequeretur, quod deus ipse sanguinis faciendi auctor exstiterat. Sed unice vera est ea loci explicandi ratio, quam supra in verborum perpetuitate proposuimus, etiam ideo illa probabilior, quod faciliore verborum structura nititur. Qua admissa si quis eam vocabuli δικαίως Vs. 585 positi interpretationem, quae a Fritzschio l. c. signata est, suam facere velit, fatendum quidem est, facilius quam ἔδρασε vel κατέκτανε jam ex antegressis verbis repeti posse: τῇ ἐμῇ φρενὶ δοκεῖ τόδ' αἷμα, sed mihi magis arridet ea explicandi ratio, quam in contextu orationis secutus sum, qua simul reverentiae cujusdam adversus Areopagum significatio continetur. Verborum οὐ πώποτ' — πατὴρ in universum eadem illa ratio manet, quam in Adnott. indicavimus, nisi quod nunc aptissime ad ea, quae sub finem sermonis Orestis posita sunt, referuntur, ut simul cum professione Apollinis, qua dicit, jure sibi placere sanguinem ab Oreste factum, caussam contineant, qua hoc comprobetur.

102) Ita capiendum censeo Vs. 591, vocabulo ὅρκος in ἕρκος mutato. Sententia est: nisi ita fecerint Areopagitae, nullo praesidio a vindicta Jovis tutos fore. Vulgatam scripturam, qua servata Apollo judices ad perjurium pellicere jam Schuetzio videbatur, quamquam is post renunciavit pristinae sententiae, omnino non ferendam esse, persuasum habeo. Quin sententia, quam illa fundit, vel sola per se maxime insolita esset, nec puto quidquam similiter dictum exstare,

Furiae, specie mirabundae, quaerunt, Juppiterne ipsi hanc sortem dederit Oresti dicendam, e qua huic patris caedem ulciscenti nulla reverentiae adversus matrem ratio habenda fuerit.

Affirmat Apollo, et, non inique factum esse, demonstraturus, non, ait, idem est, virum generosum vita privari regno a Jove concesso honoratum, idque ab uxore, non bellico arcu e longinquo tela mittente, qualem Amazones gestant, sed (jamque ad Minervam et Areopagitas orationem convertit) ut audietis; bellica enim expeditione peracta, illum, cui res felicissime cessisset, quum gratis verbis excepisset, lavationem transigenti et in extrema lavatione circa lavatrinam pallium expandit, maritum autem veste artificiosa exituque carente constrictum trucidat [103]). Hac quidem, pergit, ratione perisse

---

locus enim Pindari, Ol. XIII, 83, quem cum hoc contulit Klausenius theolog. p. 67, diversissimus est. Hoc vero ipso loco etiam ideo maximopere displicet illa sententia, quod Apollo ipse significaturus esset, suam Orestisque caussam ita esse comparatam, ut ei a judicibus jusjurandum quidem servantibus victoria tribui non possit, qua professione quum sibi ipse maximopere nociturus fuisset Apollo, tum non intelligitur, quae caussa esse potuerit, cur sic statuerit. Nugae sunt, quibus Wakefieldus et Butlerus vulgatae lectioni patrocinantur. Nec moror Abreschii sententiam, ad Vs. 650 adnotantis, spectare Chorum admonitione ibi prolata praecipue haec ipsa Apollinis verba. Locum corruptum esse, recte etiam Doederlinus sensit adnot. ad Sophocl. Oed. Colon. Vs. 1757, 58, p. 703, cujus quidem emendationem: *ὅρκος γάρ οὔτις Ζηνὸς*, h. e. *τοῦ Δίαν ὅρκον*, ipsi, opinor, viro praestantissimo non amplius probatam, tacite rejicio.

103) Haec mihi quidem hodie prae aliis arridet verborum, quae leguntur inde a Vs. 601 usque ad Vs. 606, interpretandorum ratio, quamquam minime contenderim, unice veram esse primorum verborum explicationem, quae quidem corrupta esse non amplius censeo. Virorum doctorum sententias plurimas exhibuimus in Adnott. p. 124 sq. Verba *ἀπὸ στρατείας* quamquam per se omnino

virum omnibus venerabilem, navalis belli ducem. De Clytaemnestra se talia referre, ut indignationem moveat judicum [104]).

---

nullam difficultatem habent, tamen semper ambigi poterit, utrum ita cupienda sint, ut nos fecimus — quam quidem interpretationem Bernhardy solam ferendam esse arbitrari videtur Syntax. p. 222 —, an arctius cum ἠμποληκότα jungenda. Verbum ἐμπολᾶν variis modis accipi poterit, ita tamen, ut in universum idem fere sensus evadat. Apud Euripidem reperitur locutio: ἐμπολᾶν δόξαν. Lobeckius adnot. ad Sophocl. Aj. Vs. 978 cum hoc Eumenidum loco confert Hippocrateum illud: κάλλιον ἐμπολήσει ὁ ἄνθρωπος, »melius se habebit«. Num opus sit pro ἀμείνον' scribere ἄμεινον — illud legit etiam scholiastes —, equidem dubito, cum verbis ἠμπ. τ. πλ. ἀμ. conferens locutionem Euripideam: κερδανεῖς ἀμείνονα, Med. Vs. 612 Matth. De ratione vocis εὔφροσιν dixit etiam Bernhardy l. c. p. 83. Nos hodie cum Hermanno senserimus; quum enim locutio δεδέχαται μύθοισι jam ab Homero usurpata sit Od. VII, 72, non sane difficilius videtur, ad εὔφροσιν δεδεγμένη cogitatione supplere μύθοις, quam ab προσαυδᾶν μειλιχίοισι, Hom. Il. IV, 256, VI, 214, vel ad κακοῖσι βάζει, Aesch. Sept. Vs. 553. De verbis et de voce dictum vocabulum εὔφρων est etiam Choeph. Vs. 86 et 193. Proinde quum verbum δεδεγμένη cum antegressis jungamus, vocabulum δροίτῃ cum Heathio statuimus a παρεσκήνωσεν regi. De sequentibus in explicatione in Adnott. p. 126 proposita acquiescimus, nisi quis particulam καί, quae est ante ἐπὶ τέρματι, malit ad sequentem δὲ referre, ut Sophocl. Oed. Reg. Vs. 347. Cfr. Boeckh. in Platon. Min. p. 85. Animi caussa addo, Birgerum Thorlacium prolus. sup. cit. p. 18 initium loci sic interpretari: »virum prudentia longe praestantissimum, sumens alveum aquaticum transeunti per lavacrum, ejusdem ad exitum pallium superinjecit.«

104) Cfr. Vs. 608 sq.: Ταύτην τοιαύτην εἶπον, ὡς δηχθῇ λεώς, ὅσπερ τέτακται τήνδε κυρῶσαι δίκην. Haec Apollinis professio primo adspectu mira videri possit. Οὐ γὰρ δεῖ, ait Aristoteles Rhetor. I, 1, τὸν δικαστὴν διαστρέφειν, εἰς ὀργὴν προάγοντας ἢ φθόνον ἢ ἔλεον· ὅμοιον γὰρ κἂν εἴ τις, ᾧ μέλλει χρῆσθαι κάνονι, τοῦτον ποιήσει στρεβλόν. Immo constat, imprimis eos, qui in Areopago caussam orarent, vetitos fuisse affectus commovere, vide sis quae congessit Meursius l. c. p. 2093 sq. In cod. Med., quamquam de hoc nihil adnotatum est in collat. Weigel., et Robort. pro δηχθῇ reperitur δειχθῇ. Num

Chorus affirmatione quaestionis ab ipso propositae utitur ad objiciendum Apollini, non concinere cum eo quod dicat, Jovem caedem patris pluris facere, quod hic ipse patrem senem in vincla conjecerit; in quam rem judices testes citat [105]).

Quo dicto ad summam iram commotus Apollo cum maledictis [106]) respondet, vincla solvi posse; esse, quo illud damnum resarciatur, et multa admodum solvendi artificia; sed si cujus sanguinem pulvis traxerit semel mortui, nullam esse restitutionem.

Furiae Apollinem porro cogitare jubent, ab ipso Orestem a poena exilii vindicari [107]). Hic

---

igitur scribendum: ὡς δειχθῇ λεῷ κ. τ. λ., ut ostendatur (Clytaemnestra) populo cet.! Quibus verbis Apollinem aliquis dicat simul excusare velle, quod de mortua scilicet talia dixerit. Sed illud est nimium argutari, siquidem sumere licet, Apollinem nihil aliud velle, quam hoc: aequum esse et necesse, ut Areopagitae facinus Clytaemnestrae indignentur ita, ut se habeat, relatum; se igitur hoc agendo cavisse, ut illi justam indignationem conciperent. Illo autem interdicto, de quo antea dixi, hoc tantum cautum erat, ne quis aliquid praeter rem dicendo affectus commovere studeret; cfr. imprimis Lucian. Anachars. 19.

105) In hunc sensum mihi quidem capiendus videtur Vs. 613: Ὑμᾶς δ' ἀκούειν ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι. Stanlejus: »Vos autem haec ut audiatis contestor«, et eodem fere modo cum reliqui interpretes tum Muellerus: »Darauf zu hören, ruf ich euch zu Zéugen auf.« Sed ἀκούειν valet: scire.

106) Vehementia Apollinis inde explicanda est, quod, quum aegre ferat, Jovem patrem, summum eundem et sanctissimum, oblique perstringi, tum illud Jovis facinus revera ita comparatum erat, ut per se vix satis probabiliter excusari posset.

107) Sic accipiendus est Vs. 622, ut is vulgo interpungitur. Quae ratio si probatur, ad ὑπερδικεῖς cogitatione supplendum est: eo quod dicis, tibi jure placere sanguinem ab Oreste factum, ita ut Furiae ad sermonem Apollinis Vs. 584 sqq. habitum respiciant. Nam ad ea, quae post dixerat Apollo, referri haec

tamen, quum matris sanguinem consanguineum profuderit, num Argis paternam domum incolere possit, quibus popularibus altaribus utens, ad quam contribulium lustralem aquam admissus?

Respondet Apollo, non esse matrem ejus, qui partus vocetur, parentem, sed nutricem foetus recens sati. Gignere eum, qui saliat, illam vero tanquam peregrino peregrinam servasse prolem, quibus divinum numen non perdiderit. Argumentum hujus rationis insigne esse in promptu. Patrem quidem (aliquem fieri) gignere posse sine matre. Testem prope adesse, nempe aliquam, quae filia Jovis sit nec vero in utero nutrita, at talis tamen proles, qualem vix ulla dea pepererit [108]). Hinc ad Minervam conversus et promittit, se quovis alio respectu, prout possit, civitatem Atticam magnam redditurum esse, et significat, se Orestem ad aedes ipsius misisse, ut ipsi fidelis fieret in perpetuum, ipsaque et hunc nancisceretur belli socium et posteros ejus, atque in sempiternum in foedere maneret Orestis et Areopagitarum progenies [109]).

---

objectio nequit. An versus sic interpungendus: *Πῶς γὰρ τὸ φεύγειν τοῦδ' ὑπερδικοῖς; ὅρα, κ. τ. λ.?* Scriptura *ὁρῶ*, quae in cod. Guelph. et in ed. Ald. comparet, non puto verioris lectionis indicium contineri.

108) Hanc Apollinis argumentationem non defuerunt qui *σοφίσματα* vocarent. Sitque ita, si rem spectas. Sed Aeschylo ipsi secus visum fuisse, persuasum habeo, quem etiam hanc sententiam, ut plerasque alias, e fonte doctrinae reconditioris hausisse, ut credam, est quod suadeat. Et cavit ipse ne quem cavillatorem inveniret ei similem, qui Euripidi, quum hic Orestem dicentem fecisset: *ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν*, objecit illud: *ἄνευ δὲ μητρὸς ὦ κάθαρμ' Εὐριπίδη;*

109) Hoc sane est *ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν.* Dubito tamen num Apollo jure dicatur benevolentiam et conferendam adhuc et jam collatam commemorando judices sollicitare; advertatur modo velim, haec verba nullo cogitationis nexu contenta cum antecedentibus et post caussam

Post hos sermones Minerva significat, se, quum satis sit dictum, jam judices jussuram esse de sententia justum ferre suffragium.

Furiae monent, se, quum jam omnia protulerint, quae dicenda habuerint, exitum judicii exspectare, et deinde quaerente Minerva, quid ipsi constituendum sit, ut illis aliqua ratione irreprehensa existat [110]), ad judices conversae, nihil restare praedicant, nisi ut jusjurandum in animo reverentes sententiam ferant.

Inde Minerva ad eos, qui in praesenti judices agunt, conversa pronunciat, eos jam praecepta ipsius audituros esse [111]). Quae priusquam

---

peroratam prolata non ad Minervam et Areopagitas, ut antea Vs. 598 sq., sed ad solam Minervam, non eam judicis partes agentem, converti.

110) Cfr. Vs. 648, de quo diximus in Adnott. p. 129. Abreschius censet, pro πῶς scribi posse: πως, quod vocabulum per hyperbaton cum ἄμομφος construendum sit. Id ipsum aliquis dixerit, scholiastae ob oculos fuisse; nec sane displicet.

111) De universa hac Minervae oratione fusius disputavi in Adnott. p. 131 sqq. Cur haec praecepta hoc ipso loco posita sunt? Exspectaverit aliquis jam ab initio hujus scenae, nempe statim post Vs. 541 sqq., ubi primum significantur, prolata. Sed ibi Minerva subitaneo Apollinis interventu arcetur ab hac re agenda. Post paullo, ante Vs. 552, quo loco sane illam rem reducere poterat, aptius erat, Apollini ipsam jubenti caussam in judicium adducere, statim morem gerere. Proximus igitur locus, ubi dea illud negotium apte exsequi posset, hic erat, ubi, caussa perorata, quum judices in suffragia mittendi essent, ordo dicendi ipsam denuo tetigisset. Est haec ratio quaestionis solvendae tota extrinsecus petita, sed vel sic prorsus idonea. Videamus tamen, sitne etiam in ipsis Minervae verbis, cur ea hoc potius quam alio loco posita fuerint. Ergo num continetur praecepto deae, quod ad hanc Furiarum et Orestis caussam recte dijudicandam faciat? Hoc enim si sit, illud aliquis dicat jam per se apte hoc ipso loco prolatum esse, ubi dea in eo sit, ut sententias perroget. Et putabam equidem ita esse quum ea adnotabam ad Vs. 541 sqq., quae leguntur in Adnott. p. 119 inf., quippe statuens, suasionem, quae continetur Vs. 666 sqq., quamquam

promulgat, significat, hanc judicum curiam etiam in posterum Atheniensibus semper futuram esse; collem autem Martis, qui unde cognominatus sit, fusius exponit, insessuram atque ibi reverentiam civium et timorem cognatum prohibiturum, ne contra jus peccent, interdiu pariter atque noctu [112]), ipsis civibus leges non novantibus. Hac igitur oratione interjecta [113])

---

proprie ad rempublicam Atheniensem et ad futurum tempus spectantem, tamen simul etiam quodam respectu ad praesentem caussam habito positam esse, ut Areopagitas revera videmus paribus suffragiis latis mediam quandam viam ingredi, nec licentiae, Oreste absoluto, nec nimiae severitati, Furiis victoria tributa, faventes. Sed forsan hoc est nimium quaerere. Et potest locus, qui est Vs. 541 sqq., optime in alium sensum capi, modo comma, quo post vocem *πᾶσαν* incidimus, deleatur, ita quidem: (tacere praestat) et ut discat (haec curia) praecepta mea consiliumque totum in perpetuum, et horum ut cett. Sed haec hactenus. — Praeterea hoc moneo. Minervam praecepta sua cum solis judicibus communicare, non simul etiam cum populari quadam turba, quae in scena sive revera adsit sive fingatur adesse, vel inde sequitur, quod illi soli compellantur ab initio orationis; quamquam verba ipsa sane ita sunt comparata, ut ea potius ad universum reliquum populum Atheniensem, quam ad ipsos Areopagitas dirigenda fuisse dicas; praesertim pro eo modo, quo locus, qui incipit a Vs. 670, a nobis constitutus est. Et haec ipsa res est, quae vel Muellero atque Hermanno oculos perstrinxit. Sed Areopagitae sunt cives Athenienses; praeter illos nullus horum aderat in scena; ergo quae his dicenda erant, ad illos quasi horum nomine diriguntur, nec solum nomine eorum, qui tunc, quum res acta fingitur, cives Athenienses erant, sed etiam eorum, qui hos subsecuturi essent. Similiter etiam infra Vs. 946 sqq. soli Areopagitae appellantur.

112) Haec verba in hoc sententiarum nexu vix aliud quam consessus Areopagi tum interdiu tum noctu habendos signant, de quo post Meursium dixerunt Aug. Matthiae, dissert. de judic. Athenienss. l. c. p. 162, adn. 32, et Wachsmuth., compend. antiqq. gr. Vol. II, P. 1, p. 339, sed hoc loco neglecto.

113) Hanc verbis: *Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ'* — *ἐν δὲ τῷ* κ. τ. λ, sententiam subesse, quum vel per se maxime probabile

suadet, ut cives id, quod medium sit inter leges solutas et impotentem dominationem, curantes teneant, neve omne, quod metuere faciat, urbe ejiciant. Inde ad perorationem transiens, talem majestatem, ait, juste reverentes, munimentum terrae et urbi salutiferum, quale nemo alius, habebitis curiam hanc a lucri cupidine immunem, venerabilem, iracundam [114]), quam, ut cives secure dormire possint, terrae custodem constituo. Denique illam suasionem postquam significavit, civibus in posterum tempus extensam esse, tandem judices jubet surgere et calculum tollere et litem decernere jusjurandum reverentes.

Areopagitis igitur rem aggredientibus Furiae suadent, ne ipsas non honorent. Contra Apollo eos jubet, oracula, quae ipse et Juppiter dederint, revereri nec fructu privare. Oritur ita altercatio inter Furias et Apollinem, inter quam judices certis deinceps intervallis [115]) suffragia ferre pergunt.

---

sit, tum certum est, siquidem primum hoc judicium non in colle Martis exercitum fingitur; et vice versa, quum hoc postremum non jam dubium esse possit, etiam hic locus, recte intellectus, iis accensendus erit, unde colligi possit, illud Areopagitarum judicium ex mente Aeschyli ante templum Minervae Poliadis exercitum fuisse. Haec, ad quae jam supra p. LIX provocavi, levi bracchio indicasse satis habeo.

114) Ne quis hoc epitheton miretur in bonam partem et de Areopago usurpatum, monstro locos, qui sunt apud Aristoph. Vesp. 454 sq.: *ἵν᾽ εἰδῆθ᾽ οἷόν ἐστ᾽ ἀνδρῶν τρόπος ὀξυθύμων καὶ δικαίων καὶ βλεπόντων κάρδαμα* — et apud Diogenianum, Cent. II, proverb. XCI, atque Suidam s. v. *Ἀρεοπαγίτης*: *Ἀρεοπαγίτης ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ὑπερσέμνων καὶ σιωπηλῶν.* Ammianus Marcellinus XXIX, 2 Areopagitas vocat Athenienses judices tristiores, et bono quidem sensu.

115) Gestus, quo calculos in urnam injicere solebant, qualis fuerit, etiamnum constat ex Aristoph. Vesp. Vs. 94

Qua re absoluta Minerva sumpto calculo praedicat, quum suum sit, extremam caussam dijudicare, se pro animo suo illum Oresti adjecturam esse, hunc igitur, si paribus (Areopagitarum) suffragiis judicatus fuerit, victorem evadere. Quibus praemonitis judices, quibus hoc negotium mandatum sit, jubet quam celerrime sortes ex urnis ejicere.

Quod dum fit et calculi dinumerantur, Orestes et Furiae anxie exspectantes eventum, ille Apollinem, hae Noctem matrem invocant. Ille sibi jam extremum angorem aut laetitiam instare [116]) clamat; hae, sibi scilicet, in contemtionem venire aut porro honoribus frui. Ultimo loco Orestes judices, qui calculos dirimunt, adhortatur, ut recte faciant, quum ex uno calculo

---

sqq. et scholio, cum quibus testimoniis plane conspirant artis opera Minervam calculum in urnam conjicientem exhibentia. — Accuratius de ordine rei gestae post Boeckhium disputat Muellerus, vid. Adnott. p. 149. Senserat ejusmodi quid jam Genellus l. c. p. 237; sed is, quum Areopagitas dispari numero fuisse perperam censeret, eo delatus est, ut singulos inter ipsos quemque Furiarum et Apollinis sermones suffragia tulisse conjiceret. Utrique sententiae, quamquam in hanc facilius concessurus, adversatur Hermannus in cens. p. 140 sq. Cujus rationes quid valeant, ea, quam postremam et gravissimam posuit, rejecta, ipsi lectores ponderent.

116) Hanc ego sententiam subesse non dubito versui 716: *Νῦν ἀγχονῆς μοι τέρματ', ἢ φάος βλέπειν*, quamquam Hermannus l. c. p. 97: »Wer auch nur ein wenig die Sprache kennt, muss sehen, dass der Sinn ist: »nun stehe ich am Ziel entweder sterben zu müssen, oder zu leben«; ut sane jam scholiastes interpretatus est: *νῦν μοι ζωὴ ἢ θανάτου τέλος*. Ceterum *ἀγχονῆς* scribendum esse, non *ἀγχόνης*, patet ex iis, quae adnotata sunt a Suida s. v., cujus verba jam Stanlejus ad hunc locum adscripsit, Philemone p. 73, quem citavit Ellendtius Addend. ad T. I. Lex. Sophocl., schol. ad Aristoph. Acharn. Vs. 125, schol. ad Eurip. Androm. Vs. 800 Matth.

pendeat, utrum magnam calamitatem patiatur, an domus sua erigatur [117]).

Jam calculi dinumerati sunt. Quibus paribus utrimque repertis, Minerva, dum calculum suum iis addit, qui pro Oreste faciunt [118]), hunc judicio caedis absolutum pronunciat [119]).

---

117) Cfr. Vs. 720 sq., cujus loci magno opere tentati interpretationem verborum quodque exprimentem dedimus in Adnott. p. 152. Verbi βάλλειν usum similem jam praeivit Homerus Il. XXI, 591. Proxime ad nostram explicationem accedit, quamquam in universum distat, ea, quam postea a Lobeckio prolatam vidi Paralipom. Gr. Gr. p. 165, not. 18: »Ψῆφος βαλοῦσα Aesch. Eum. 751 non aliter dici videtur, quam φρυκτωρία τρὶς ἓξ βαλοῦσα. Agam. 33. id est εὐβολοῦσα, εὐτυχοῦσα, imagine a tesserarum jactu prospero repetita.«

118) Minervam demum post calculos pares utrimque repertos suum calculum adjecisse, praeter eos, quos in Adnott. p. 145 sq. citavimus, tradit etiam scholiastes ad Eurip. Orest. Vs. 1645. 1646 Matth.: ἴσων δὲ γενομένων τῶν ψήφων οἰκτείρασα ἡ Ἀθηνᾶ τοῦτον (sc. Ὀρέστην) παρ' ἑαυτῆς ἐνέθηκε μίαν ψῆφον, ἥτις ἐποίησεν αὐτὸν νικῆσαι. Cum loco Juliani comparari possunt, quae monstravit Meursius l. c. p. 2114, verba Joannis Cantacuzeni prolata Hist. lib. II, cap. XIX: Quod si satis virium ad persuadendum non habebunt, fueritque pugna anceps, tum se victoriam illi cessurum, quomodo Athenienses solere fama est, cum Minervae calculus accesserit. Estne sententia Creuzeri, de qua in Adnott. p. 149 diximus, ex hoc et simili illo loco ducta? — Ceterum etiamnum exstant artis monumenta, in quibus Minerva calculum in urnam conjiciens expressa est; citaverunt Muellerus in compend. archaeol. artis §. 196 et 416, 2 atque Raoul-Rochette l. c. p. 199, adnot. 3. — Modum poeticum, quo calculus Minervae apud Aeschylum considerandus sit, exponit Schoellius l. c. p. 434.

119) Operae est, hoc loco paucis disputare de universa ratione judicii exercendi, qualem ab Aeschylo exhibitam videmus. Actio judicialis quae revera fuerit in Areopago, describunt Aug. Matthiae l. c. p. 159 sqq. et Wachsmuth. l. c. p. 339 sqq., quamquam non omnia accurate recteve tradentes. De Aeschylo universe dixit Muellerus ad Eumen. p. 158 sqq., quocum tamen nobis de pluribus rebus haud convenit, quas maximam partem jam alibi indicavimus, vid. imprimis Adnott. p.

85 sqq., p. 133 sqq., et quae supra inter enarrandum passim notavimus. Ea, quae revera caussae in ipso judicio actionem antecedere solebant, aut non justo modo, aut omnino non commemorantur aut repraesentantur; πρόῤῥησις non opus erat. Praeparatur nihil, quod ad caussam in judicio accuratius aut facilius dijudicandam faciat, sed integra quaestio in illo ipso absolvitur. De testimoniis et argumentis, quae revera jam in cognitione caussae afferebantur, Minerva monet quidem jam Vs. 463, sed eo tantum fine, ut in ipso judicio parata habeantur. Simul cum justa caussae cognitione apud archontem regem instituenda praetermittitur notissimum illud jusjurandum, quod partibus praestandum erat, διωμοσίαν inquam. Immo plane silentio transmittitur, quum tamen jusjurandum Areopagitarum commemoretur saltem. Et erat illud sane transmittendum, quippe quod — ne ei quidquam tribuam, quod jam in Adnott. p. 100 in hanc rem attuli, aut Furias urgeam deas esse nec sane per se ipsas jurare potuisse — partim ad caussam Orestis non quadrasset, qui caedem a se factam non negaret, partim a Furiis non potuisset praestari, ut quibus Clytaemnestra non esset genere propinqua. Qua in re hoc notetur velim. Areopagitae procul dubio non quoties judices sederent in ipso judicio jusjurandum dabant; testimonia et argumenta, quamvis jam in cognitione caussae afferri solita, tamen etiam in ipso judicio judicibus exhibenda erant; ergo illud vel per se recte apud Aeschylum commemoratur tantum atque extra scenam praestari fingitur, haec, quum caussae cognitio apud archontem regem rite instituta omnino non repraesentetur, apte in solum judicium reservantur. Jam aliquanto magis mirum foret, jurisjurandi partium apud Aeschylum nullam omnino mentionem fieri, id si in ipso judicio praestari solitum fuisset, quum hoc ipsum totum in scena repraesentetur, aut ad statum caussae cognoscendum contulisset eo modo, quo testimonia atque argumenta. Sed quod illud vulgo statuunt ita fuisse, ego censeo, partes jam in cognitione caussae apud archontem regem jusjurandum dedisse, tum propter analogiam vulgarium judiciorum, vid. quae monuit Schoemannus in libro ab ipso et Meiero de litibus Atticis conscripto p. 135, adn. 20, tum ob hanc Harpocrationis adnotationem: διωμοσία, κυρίως ἡ παρὰ τῶν διαδικαζομένων. Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους. Itaque Aeschylus, quum caussae cognitionem apud archontem propriam omnino non exhibuerit, eo facilius etiam jusjurandum illud, quod ipsi tangere omnino non licuit, praetermittere potuit. Praeter haec, priusquam de ratione judicii ipsius videamus, breviter his duabus quaestionibus defungamur. Primum igitur ali-

quis existere possit, qui in eo offendat, quod Minerva Furiis copiam facit Orestem de caede accusandi, quarum tamen Clytaemnestra nec propinqua nec serva fuerat. Audirem, si Furiae homines essent. Ceterum inutile duco, ad hanc objectionem respondere, nec unquam ad eam removendam eo confugiam, ut asseram, non deesse exempla legis illius, e qua ei tantum de caede accusare licebat, cujus vel propinquus vel servus fuerat occisus, violatae, de quo videndus v. c. Plato Euthyphrone. Longe gravior altera est objectio haecce. Quaesiverunt enim viri docti, quomodo haec caussa ab Areopago judicari potuisset, quae proprie ad judicium τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ pertinuisset. Demostheni quidem illam rem non fuisse offensioni ex iis liquet, quae dixit in Aristocr. p. 644. Varias igitur rationes quaestionis solvendae tentaverunt Perizonius ad Aelian. Var. Hist. V, 15 et Matthiae l. c. p. 152, adnot. 13; Schoemannus l. c. p. 12 et adnot. 15; Muellerus l. c. p. 158. Memorabile est, quod Orestes nullo hujus fabulae loco ait, se jure matrem interfecisse, sed disceptationem de justitia vel injustitia caedis ab ipso perpetratae totam Minervae relinquit Vs. 446, quamquam illud sane facit Choeph. Vs. 1023. Simillimae cujusdam caussae ad Areopagum relatae exemplum, sed e temporibus dominii Romani repetitum, praebet Gellius XII, 7. — Judicium sub dio exercetur, ut solebant ea, quae de caede erant, sed non in ipso Areopago. Quaesiverit aliquis, liceatne id, quod Areopagitae ad templum Minervae, in hac caussa archontis regis vicem implentis, judices sedent, cum eo comparare, quod illi etiam revera non solum in Areopago verum etiam in porticu regia conveniebant. Conjectura, opinor, non spernenda, modo certum sit, hoc alterum jam Aeschyli temporibus obtinuisse, quum demum de aetate Demosthenis constet e loco superius p. XCVII exscripto. Si ita fuerit, tamen haec ratio minime sola sufficit ad illum loci delectum explicandum; quam ob caussam nec vicissim meram illam conjecturam temerarie praetexens ex eo, quod ab Aeschylo ad similitudinem fictum sit, concluserim, verisimile esse, ut ita fuerit. Quod Vs. 655 sqq. solus Areopagus designatur tanquam locus, ubi curia Areopagitica in posterum congregatura sit, sane eo ducit, ut illius temporibus Aeschyli nulladum alia justa sedes fuerit, sed nec prohibet, quominus Areopagitas jam tum extra ordinem nonnunquam in porticu regia convenisse credamus. — Minerva, quae jam antea judicium addixerat, de testimoniis et argumentis in judicio afferendis monuerat, deinde extra scenam judices elegerat, instruxerat, ad jusjurandum adegerat, omnino judicium constituerat, etiam in judicio

fungitur vice ejus, qui ἡγεμὼν τοῦ δικαστηρίου appellabatur, quod munus apud Areopagum obibat archon secundus, βασιλεὺς qui dicebatur. Hoc nomine ex ordine ea peragit, quae locis jam in Adnott. p. 144 congestis satis dilucide designantur, extra ordinem Apollinem subito in judicium venientem compellat Vs. 544 sq. Et ob id ipsum, quod archontis regis vicem implet, non Areopagitae, non licet sumere, eam una cum his sententiam tulisse, id quod jam significavimus Adnott. l. c. De quo hoc addam hoc loco. Scilicet jam Meursius l. c. p. 2103, »Sistebat autem,« inquit, »reos caedis Βασιλεὺς qui dicebatur; et, deposita corona, cum Areopagitis ipsis judicabat.« — Testimonio affert verba Pollucis, quae leguntur VIII, 90, haecce: Καὶ τὰς τοῦ φόνου δίκας (ὁ βασιλεύς) εἰς Ἄρειον πάγον εἰσάγει· καὶ τὸν στέφανον ἀποθέμενος σὺν αὐτοῖς δικάζει. Et revera verbum δικάζει sic positum nequit eo sensu accipi, quem sibi flagitat eodem loco in verbis: δικάζει δὲ καὶ τὰς τῶν ἀψύχων δίκας ὁ βασιλεύς, illustratum illum a Meiero l. c. p. 28, adnot. 5. Sed duo libri mscr. teste Kuehnio pro postremis verbis praebent: σὺν αὐτῷ ἰδίωζε, quae scriptura verum continere videtur, modo pro postremo verbo, quod vitio satis aperto laborat, scribatur: ἰδιάζει, h. e. cum eo (sc. Areopago) solus est. De re vide quae supra p. XCVII disputata sunt. Areopagitas duodecim fuisse numero probabile est; dubium tamen, possitne haec res continuo inter argumenta afferri, quibus verisimile fiat, illum revera primitivum fuisse curiae Areopagiticae numerum, id quod aliis de caussis conjiciunt Huellmannus in libro, cui titulus est: »Urgeschichte des Staats,« p. 47 et Muellerus l. c. p. 168 et adnot. 17. Praeconis curiae Areopagiticae etiam alibi mentio fit, nec dubium videtur, quin ejus in Areopago, pariter atque in aliis judiciis, plura ex iis officiis fuerint nomine et jussu regis exsequenda, quae in hac caussa a sola Minerva recipiuntur; sed Aeschylus, quum quartum actorem addere nollet, praeconi tale tantum tribuere officium poterat, quod agendo confici posset. Quae ratiocinatio simul adhiberi poterit ad ea, quae superius p. CXVII sqq. disputavimus, novo argumento confirmanda. De Furiis et Oreste partes agentibus iis, quae jam diximus, in universum nihil addendum restat. Insolita et mira est ratio, qua Apollo quasi irrumpit in judicium imprudente Minerva. Perspicuum est, velle poetam ipsum statim ab initio monere, ut praesentia dei pro re extraordinaria habeatur. Duplicem personam, quam sustinere velit, hic ipse disertis verbis significat Vs. 546 sqq. — Actio judicialis, Areopagitis congregatis silentioque jussu Minervae per praeconem

---

curato, quum nec partes demum citandae sint nec aliquis libellus accusatorius simul cum antigrapho recitandus, statim cum eo incipit, ut Minerva, caussam in judicium adducens, Furias, utpote accusatrices, priores caussam orare jubeat pro more judiciorum, post nimirum Oresti facultatem caussam dicendi concessura. Sed haec res ea ratione, qua Furiae versantur in caussa oranda supervacanea fit. Quae ratio quum per se aptissima sit ad veritatem coarguendam, tum efficit ut vividior reddatur actio. Reperimus autem testatum, etiam alibi evenisse in judiciis, ut is, qui caussam oraret, ex adversario aliquid quaereret atque hic ad quaestionem responderet, quamquam per se intelligitur, non moris fuisse, ut tota res hac ratione ageretur. In angustiam compulsus Orestes Apollinem ad testandum evocat. Ejusmodi evocatio vulgo proprie per praeconem fiebat; sed nec illa ratio exemplis caret. Ceterum hae caussae dictiones praeter ea, de quibus jam supra monitum est inter enarrandum, nihil continent memorabile; et per se liquet, hanc actionis judicialis partem minus prope ad id, quod vere erat, accedere posse. Num poeta eo, quod Furiae caussam orare incipientes profitentur, se breviter dicturas esse, data opera ad ritus curiae Areopagiticae alludere voluerit, inde dubium fit, quod eaedem supra Vs. 393 eam ipsam professionem praemittunt; interim revera id, quod moris erat, servant eo, quod statim ad rem transeunt. Etiam magis dubium est, sitne verbum ἔκτεινα ob eandem illam caussam positum. Sed haec, quae noluimus hoc loco praeterire, ut in Adnott. p. 121 indicata, leviora sunt. Ratio, qua Apollo agit in caussa dicenda, non tam ex persona, quam sustinet, quam ex eo, quod is ipse est, qui hanc personam sustinet, explicanda est. Quum autem sedere solitos fuisse sciamus in judiciis quicunque aderant, etiam in hac re quid usu venerit apud Aeschylum inquiramus. Et Areopagitas quidem sedisse constat ex ipsis poetae verbis, cfr. Vs. 678. De Oreste, qui etiam antea sedebat in gradibus arae Minervae, nisi tum, quum dicebat, idem valere probabile est. De reliquis Furiis jam magis dubium est; coryphaeus autem continuo caussa oranda occupatus est. De Minerva et Apolline vix mihi persuadeas; illam non sedisse disertis verbis monuit scholiastes, cujus adnotationem supra adnot. 93, p. XCIV exscripsimus. Accusator et reus ut in reliquis judiciis suum quisque suggestum (βῆμα) habebant, sic in Areopago τοὺς ἀργοὺς λίθους, — τὸν μὲν ὕβρεως, τὸν δὲ ἀναιδείας αὐτῶν καλοῦσι, verba sunt Pausaniae I, 28, 5, vide etiam Boettigeri libr. de persona Fur. p. 71, adn *). Apud Aeschylum autem pro suggestu sunt quodammodo gradus thymelae et arae Minerviae. Miner-

---

vam in medio judicum stetisse scholiastes modo citatus adnotavit, qua fide, in medio relinquendum; Apollo quin proxime Orestem stationem habuerit, mihi quidem non dubium videtur. — Quod Minerva caussa perorata Vs. 744 significat, Areopagitis sententiam ferendam esse ἀπὸ γνώμης, apprime convenit cum eo, quod vere obtinuit in Areopago: οὐ γὰρ ἐκ τοῦ λόγου μόνον οὐδὲ ἐκ τῶν μαρτυριῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτοὶ ἐξητάκασι καὶ συνίσασι, τὴν ψῆφον φέρουσι Aeschines ait orat. adv. Timarch. c. 37 de ipsis Areopagitis agens. Ferebant autem suffragia stantes (cfr. Vs. 678) de more, et quidem, ut videtur, calculis de ara Minervae sublatis (cfr. Vs. 679 ψῆφον αἴρειν); et solebant vere in Areopago, ut in aliis judiciis, in rebus gravioribus de ara ferre suffragia, vide quos citavit Dissenius ad Demosth. orat. pro corona p. 306. Porro suffragia clam lata fuisse, ut usus postulabat, sequitur tum ex universa ratione eorum, quae Minerva dicit inde a Vs. 704 usque ad Vs. 712, tum vel e solo Vs. 711. Una Minerva suum suffragium palam fert et ne taciturna quidem, quum tamen »apud Athenas Atticas Areopagitae tacentes judicent,« ut verbis Macrobii (Saturn. VII, 1) utar. Quae res facit ad veram calculi Minervae rationem cognoscendam. Sed videamus de ipsa ratione, qua lata sint suffragia, paullo accuratius. Quaeritur, ubi urna vel urnae positae fuerint, in quam vel quas calculi conjiciebantur, quot urnae fuerint, quot calculos quisque judicum habuerit. Quinam mos circa has res tenuerit in Areopago, et, si certus fuerit, num omnibus temporibus idem manserit, prorsus incertum est. Muellerus, quum in artis operibus, quae supra ab ipso citata indicavimus, unam tantum urnam expressam repperisset, — sed in monumento, quod exstat in Galler. Giustin. II, 132, duae urnae conspiciuntur, quarum una, in quam Minerva calculum suum conjicit, operculo (κημὸς appellatur graeco vocabulo) illa instructa, in mensa collocata est, altera, quod mireris, sub mensa jacet in latere — negavit ex illis morem curiae Areopagiticae cognosci posse. Nec ego cum Fritzschio temere notaverim hoc viri harum rerum peritissimi judicium, indolem et statum illorum artis operum reputans, quamquam res omnino in medio relinquenda est. Interim conjecerim, urnam vel urnas in hac caussa in mensa positas fuisse, quod evenisse vel illa artis monumenta docere possunt, dum apud Demosthenem de fals. legat. p. 441 usus urnas in suggestu nescio cujus collocandi reperitur. Duas reliquas quaestiones tetigimus jam in Adnott. p. 150, quo loco quum in re disceptanda inde profecti essemus, ut Areopagitas binos calculos diversos habuisse certum putaremus, nihil potuimus, nisi indicare, unane urna pone-

retur an plures, dubium manere. Illi sententiae pro fundo est locutio ἐν διαιρίσει Vs. 719, quam Fritzschius et ego, pariter atque scholiastes, qui explicat: διακρίσει τῶν λευκῶν καὶ μελαινῶν, eo ducere censemus, ut calculi albi atrique (addo hoc loco: integri perforatique) in una eademque urna permixti fuerint. Eaque, opinor, interpretandi ratio sponte cuivis uni in mentem venerit. Videamus tamen, an verba alio quoque modo accipi possint. Et Wellauerus quidem in Lex. Aeschyl. διαίρεσιν explicat judicium, quo causa aliqua decernitur, ductus, ut videtur, usu verbi διαιρεῖν, qui reperitur in hac ipsa fabula Vss. 450, 466, 600. Sed illa notio nimis universalis est hoc loco, vel, si eam nolis universali sensu accipere, ideo non quadrat, quia tale judicium non fit calculis dinumerandis, sed in urnam conjiciendis. Contra equidem hodie putaverim, vocabulum διαίρεσις etiam simpliciter adhiberi posse de dinumerandis calculis, quatenus ii, qui calculos unum cumulum efficientes numerant, singulos calculos alterum ab altero secernunt, nec necessario notionem unius cumuli in duos dividendi subjectam habere. Hac igitur hujus vocabuli explicandi ratione concessa, ceteris probabiliorem duxerit eam sententiam, ut duae urnae, una absolvendo, altera damnando, positae fuerint, Areopagitae autem unum quisque calculum habuerint, si quis haec duo reputaverit, primum: quod haec sententia jam per se ideo speciosissima est, quod calculus singulari numero, urnae plurali commemorantur; deinde: quod etiam Agam. Vs. 789 sq. duarum urnarum mentio fit (τὸ αἱματηρὸν τεῦχος — τῷ ἐναντίῳ κύτει), dii unum quisque calculum habent, quo loco apte uti poterat Schoemannus l. c. p. 723, adnot. 65. Hac vero ratione ut clam ferri suffragia possent, monente jam Schoemanno, urnis disponendis providendum erat, quod quomodo institutum fuerit in hac caussa, accuratius quaerere nolo. Tota hac disputatione supersedere potuissemus, si poeta Minervam iis verbis, quibus Areopagitas in suffragia mittit, simul paullo accuratius significantem fecisset de ratione, qua suffragia ferenda essent, ut v. c. apud Aeschinem adv. Timarch. c. 33 a praecone factum videre est; quod ipsum aliquis dixerit hac in caussa eo magis necessarium fuisse, quod hoc primum omnium judicium exercitum fingatur. Sed cfr. quae supra p. XCIII et locis adnot. 93 allatis significavimus, quibus hoc novum argumentum addere licet. Quod Minerva post lata suffragia negotium dinumerandi quibusdam judicibus mandet, non ipsa in se recipiat, de quo vid. quae disputavit Meierus l. c. p. 31, adnot. 19, singulare esse, jam ex Adnott. l. c. notum est. Quaerenti, fueritne hic usus Areopago proprius, nescio,

Qua re comperta Orestes ad Minervam conversus postquam nonnullis verbis cum vero ardore animique commotione illius de ipso merita praedicavit, injecta simul etiam Apollinis et Jovis Servatoris mentione, in gratiam terrae populique Atheniensis in omne posterum tempus interposito jurejurando affirmat, nullum terrae

---

quod objici possit, nisi id, quod Euripides Iphig. in Tauris quum Vs. 1497 verbis ψήφους ἴσας κρίνασα Minervam tanquam ἡγεμόνα τοῦ δικαστηρίου inducat, superius Vs. 935 Matth. verbis ἴσας ψήφους διηριθμήσε eidem negotium calculos numerandi tribuat. De qua re alibi disputabo. Sed quanam ratione ea quae deprehenduntur Minervae innotescunt? Vix putaverim, deam demum ab Areopagitis certiorem factam esse, quod tantummodo insusurrando ad aurem vel gestu digitis faciendo fieri potuisset. Verum illa calculorum palam in mensam ejectorum diremtionem, etiamsi utraeque urnae simul excutiebantur, id quod ne sequitur quidem necessario e verbis poetae, non dicam utpote dea, sed quum calculi pauci tantum essent numero, optime poterat oculis prosequi et memoria tenere. Quinam circa hanc rem vere mos tenuerit, dubium manebit, quamquam probabilissima conjectura est, etiam vulgo diremtionem inspiciente archonte numerosque repetente factam esse. — Restat ut breviter de eo dicamus, quod huic de Oreste exercito judicio ut primo omnium peculiare est, id inquam, quod suum negotium dicit Minerva Vs. 704, qua ratione peractura sit, praesignificat Vs. 705, peragit dum Vss. 722 et 723 pronunciat. Sed de ratione horum locorum tam copiose disputatum est partim in Adnott. p. 142 sqq., partim superius, ut eis hic accuratius exponendis supersedere possimus. Moneo tamen, cavendum esse, ne id, quod Minerva jam ante calculos dinumeratos ea ait, quae Vss. 604, 705, 711 continentur, ita accipiatur, quasi dea aut viderit, quomodo Areopagitae suffragia tulerint, aut, utpote futuri praescia, calculos utrimque pares futuros esse, jam tum cognitum habeat, quum illa dicit. Illud contra morem judiciorum Atheniensium pugnaret, hoc omnem actionem, quam vocant, tolleret e fabula. Utrumque praeterea convelleret eam rationem, cur ea, quae inde a Vs. 704 usque ad Vs 712 dicit Minerva, eo ipso loco posita fuisse in Adnott. p. 148 monuimus, quam nos quidem tam necessariam certamque habemus, ut vel ob eam solam contrarium illarum rerum statuendum censeamus.

Argivae principem Atticam ingressum illaturum esse hastam bene aeratam [120]). Se enim ipsum tum ad divos manes pertinentem iis, qui jusjurandum ab ipso jam praestitum violent, miseriis nulla ratione avertendis effecturum esse, viam animo non placentem et incursionem inauspicato susceptam faciendo, ut ipsos laboris poeniteat. Sin vero civitati Minervae semper in bellis gerendis socii sint, iis se esse benevolentiorem. Deinde abiturus Minervae et Areopagitis valedicit et his nomine universae civitatis victoriam precatur [121]). Simul cum Oreste, ut videtur, scenam relinquit Apollo [122]). (A Vs. 536 usq. ad Vs. 748).

---

120) Cfr. Vs. 735 sq: *μήτοι τιν' ἄνδρα δεῦρο πρυμνήτην χθονὸς ἐλθόντ' ἐποίσειν* (sic enim procul dubio legendum) *εὖ κεκασμένον δόρυ*. Cum hoc loco jam Stanlejus in cur. sec. apte contulit Eurip. Suppl. Vs. 1190 sq. (1198 sq. Matth.): *ὁ δ' ὅρκος ἔσται, μή ποτ' Ἀργείους χθόνα ἐς τήνδ' ἐποίσειν πολέμιον παντευχίαν*. Locutio *κεκασμένον δόρυ*, non illa adhuc recte intellecta, non differt ab Homerica: *ἔγχος κεκορυθμένον*, Il. XVI, 802, quod posterius vocabulum alibi additam habet vocem: *χαλκῷ*.

121) Cfr. Vs. 746 sq. De scopo poetae politico inde ab hoc loco paullo clarius prodeunte — quamquam jam Vss. 375 sqq. eodem spectant, si scholiastam audis — et inferius e Vs. 826 sq., Vs. 873 sqq., Vs. 941 conspicuo optime monuit Muellerus ad Eumen. p. 124. Ab iis tamen, quae de temporum hujus epochae rationibus computandis vir summus ibid. p. 118, adn. 3 scripsit, aliquantum discedit C. W. Kruegerus in libro germanice inscripto »Historisch Philologische Studien,« p. 144—177 et p. 201—204.

122) Ita statuere mihi quidem magis consentaneum videtur, quam Apollinem jam post Vs. 723 scenam reliquisse. Inter alterutrum autem optio datur. Nam Apollinem usque ad finem fabulae remansisse in scena, id quod Genellus voluit, prorsus incredibile est. Quippe illi caussa, cur adesset, Oreste absoluto, nulla amplius erat. Nec puto quemquam serio contenturum esse, ex eo, quod Furiae Vss. 748 et 775 *θεοὺς νεωτέρους* appellent, sequi, ille ut simul cum Minerva coram fuerit. Potius aliquis, nisi Apollo jam discesserat aut in eo

Furiae contra ad summam iram commotae carmen canunt [123]), quo quum juniores dii veteres leges conculcaverint ipsisque e manibus extorserint, se honore privatas et terrae sterilitatem et hominibus perniciem immissuras esse minantur vindictae studio.

Minerva placare studet rem aegre ferentes, monens, eas non victas esse judicio, quoniam judicum suffragia paria fuerint, ita ut nullam honoris detractionem passae sint. At enim a Jove clarum testimonium adfuisse, ipsumque Apollinem testem fuisse, Orestem matre interfecta non esse in noxa. Inde hortatur, ne terrae Atticae gravem iram infligant sterilitatemve procreent, pollicens, eas sedem et recessum terrae habituras esse cum simulacris collocatis in aris splendidam sedem praebentibus, a civibus honore cultas [124]).

---

erat, ut simul cum Oreste abiret, mirari possit, cur hic illius in valedicendo omnino nullam rationem habuerit. Muellerus hanc quaestionem silentio transmisit. Nobiscum sentit Droysenius l. c. p. 226, simul ille tamen alia vel improbabiliter vel incerte ficta proferens.

123) Carmen hocce et alterum illud, quod proxime sequitur, unica habemus, quae tota repetantur. Cantantur autem a partibus Chori, ut videtur in hemichoros discedentis.

124) Cfr. Vs. 772 sqq. De fano Furiarum etiam infra Vs. 816 memorato vid. praeter Meurs. de Areop. c. II, l. c. p. 2075 sqq. et Stanl. adnot. ad Vs. 1038 imprimis Mueller. addit. ad Leakii topogr. Athen. a Rienaeckero germanice convers. p. 454 et adnot. ad Eumen. p. 179. Specus subterranea, quae hoc loco vocabulo *κευθμῶνας*, infra Vs. 958 voce *θαλάμους* designatur. Ad eam ipsam spectant verba *κατὰ γῆς σύμεναι*, *εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους*, *γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν ὠγυγίοις* Vss. 961, 977, 989. Ex Eurip. Electr. Vs. 1273 Matth. constat, hoc *χάσμα χθονὸς* fuisse *σεμνὸν βροτοῖσιν εὐσεβὲς χρηστήριον*, sic enim hunc versum magno opere tentatum censeo scribendum esse, cfr. quae Pausanias VII, 25, 4 tradit de delubro Eumenidum, quod Ceryneae erat.

Sed mentem Furiarum non mutat, quae quasi nihil audivissent, idem illud carmen denuo canunt.

Minerva rursus negat, eas honore carere

De simulacris, quae verbo ἡμένας signantur, aliunde nullam accuratiorem notitiam habemus. Certum est, non ea esse, quae apud Clementem Alexandr. Protrept. p. 30 Sylb., schol. Aeschin. in Timarch. T. I, p. 747 Reisk., schol. ad Soph. Oed. Col. Vs. 39 commemorantur, non illa, ut videtur, diversa ab iis, de quibus agit Pausanias I, 28, 6. Verisimile videtur, lignea fuisse simulacra, qualia etiam Ceryneae exstitisse e loco Pausaniae superius citato videre est et Muellerus quadam de caussa flagitat, eaque in gradibus ararum vel in ipsis aris collocata. Arae, quae hoc loco ἐσχάραι appellantur, alibi constanter audiunt βωμοί, apud Thucyd. I, 126, Plutarch. Solon. c. XII, schol. ad Aristoph. Equ. Vs. 443, locis Pausaniae huc pertinentibus. Quam ob rem nescio an Muellerus ἐσχάρας non recte interpretetur germanice »Herde oder niedere Feuerstellen;« Vs. 108 verba ἐσχάρᾳ πυρὸς quin focum domesticum significent, non dubito, cfr. Apollon. Rhod. IV, 712 sq. De vario usu vocabuli ἐσχάρα nota sunt omnia. Vocabulum λιπαρόθρονος plures explicationes admittit, vid. Passov. Lex. s. v. et Mueller. l. c. p. 181. — De cultu Furiarum Attico hoc quidem loco in universum suffecerit remisisse ad ea, quae dedit Muellerus ad Eumen. p. 178 sqq. In hac ipsa fabula tum aliae cultus partes significantur, tum ea, quae omnium gravissima fuit, pompam dico solemnem cum sacris, quae conjuncta habebat, non significatur solum, verum etiam, ut statim post fabulam finitam primum ducenda, accuratius describitur. Prius fit Vs. 106 sqq., quo loco quamquam proprie de Clytaemnestra sermo est, tamen dubitare non licet, quin ad ritus Atticos respexerit poeta, Vs. 798 sq. et forsan simul cum altero Vss. 960 et 983, alterum partim Vs. 816 sqq., partim inde a Vs. 956 et, magis dedita opera, inde a Vs. 976. Versus 990 et 996 dubii sunt. De primis duobus locis etiam in scholiis adnotatum est, quae vide. Verum quod in his ad primum locum adscriptum est: ἐν γὰρ τῷ μεσονυκτίῳ μόναις Ἐριννύσι ἀπάρχονται (alterius grammatici adnotationem hancce: ὅτι ταύταις μόναις ἐν νυκτὶ θύουσιν jam Stanlejus falsam esse arguit) incertum est, num prorsus vere dictum sit. Certe ego neminem scio, qui memoriae prodiderit. Sed forsan grammaticus doctrinam illam ex ipso loco Aeschyleo mutuam sumpsit et quidem ita, ut, quum ex illo sibi videretur desumere posse, Furiis parte quadam noctis solis sacra facta esse, ipse vero

vetatque, ne prae ira nimis vehementi deae mortalium vastent terram. Etiam se, ait leviter minans, confisam esse Jovi, et solam dearum claves scire domus, ubi fulmen obsignatum

---

sciret, etiam alios deos noctu cultos esse, de sua ipsius conjectura medium noctis tempus adderet. Conjectura audacior, non tamen improbabilis, si poetam ipsum nihil ejusmodi voluisse probabile reddatur. Atque hoc ita est, ille si vocabulum *θεῶν* non de diis universis, superis et inferis, sed de solis superis posuit, de quo vide hujus fabulae Vs. 73 coll. cum Vs. 182, 188, 614; Vs. 341, 364, 370, 389, 808 et 839; cfr. usum vocabuli *ἀθάνατος*, qui reperitur Vs. 330 et 911. Sciscant eruditi. Nos interim hanc sententiam jam tum, quum de illo loco agebamus in Adnott. p. 24, secuti sumus. Ceterum de hoc loco jam satis adnotavit Stanlejus. De re secundo loco tradita, quantum scio, aliunde non constat, nisi quod scholiastes monet: *ὡς προτέλεια θυόντων Ἀθήνῃσι ταῖς Ἐριννύσιν.* Quos deinceps in medium protuli locos, eorum de priore non dubium est, quin *σφάγια* ibi commemorata ad pompam solemnem pertineant et quidem ad finem hujus; eadem tamen si altero loco intelligenda sunt et ad Furiarum iram adversus Orestem placandam offerenda dicuntur, non est improbabile, his locis simul de iis sacris significari, quae ii, qui ab Areopago absoluti essent, Severis deabus facere solebant teste Pausania I, 28, 6; cfr. Adnott. p. 200 et 234. De pompa solemni praeter locum Polemonis, qui legitur apud schol. ad Soph. Oed. Col. Vs. 489, ab Hermanno in cens. p. 118 probabiliter emendatum, imprimis consulenda sunt verba Philonis in Adnott. p. 189 exscripta; alia, eaque nova, praestat hic poeta, e quo plura etiam et accuratiora discere liceret, nisi pars eorum, quae huc pertinebant, lacuna hausta esset. Pompam secundum significationes, quae hac fabula continentur, juxta Minervae Poliadis initium cepisse et vesperi ductam esse, verisimile est; vid. de illo: Adnott. p. 202 et supra p. LV et LVII, de hoc supra p. LXV sq. Quamquam num hoc ex eo, quod pompa cum sacris conjuncta fuit, jam per se sequatur, tum demum certum dixeris, quum exploratum fuerit, nulla Furiarum sacra nisi noctu facta esse, de quo, praeter locum Pausaniae adn. 51 allegatum, vide quos de sacris dis superis atque inferis heroibusque oblatis citavit Lobeckius Aglaoph. T. I, p. 412 et adn. b. Apud Sophocl. Oed. Colon. Vs. 477, ubi *καθαρμὸς* sive *ἐκθύσις* describitur, Chorus Oedipum jubet *χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω.* Cfr. Virgil. Aeneid. VI, 252. Si vero pompa vespere ducebatur, vel hinc probabile est,

sit [125]). Sed statim lenius agere pergit. Nihil

---

eam faces habuisse; qua ratiocinatione jam in Adnott. p. 213 uti poteram. Alia, quae nobis nova repperisse videmus, ad Aeschylum illustrandum non necessaria, in alium et locum et tempus differre praestat. Interim respectu eorum, quae p. 193 sq. disputavi de ministris Minervae ad pompam Furiarum pertinentibus, memoro, nuperrime Muellerum accuratius, quam locis illic citatis factum erat, de famulitio Minervae Poliadis tum reliquo tum quattuor illis puellis, quarum duae tantum Ersephori appellabantur, disputasse in libro: »Allgemeine Encyclopaedie der Wissenschaften und Kuenste,« loco jam supra citato, p. 84, §. 17. Sed hodieque censeo, loco Aeschyleo non omnes ministras intelligendas esse, verum praeter sacerdotem ipsam imprimis eas, quibus nomina erant *Κοσμὼ* et *Τραπεζοφόρος* sive *Τραπεζώ*, sive hae eaedem fuerunt Ersephori sive non fuerunt, nam prius illud certe non expressis verbis testatum est, ut Muellerus nunc recte monet, qui idem viam invenit locos scriptorum veterum ita conciliandi, ut habitaculum Ersephororum unum tantum, nempe aediculam illam aedi Minervae vicinam, fuisse probabile sit.

125) Cfr. Vs. 791 sq., qui locus quas difficultates haberet, nemo adhuc sensit. Verba *μόνη θεῶν* vulgo interpretantur: sola deorum. Ergone nec Juppiter *κλῇδας οἶδε κ. τ. λ.*? Sed dicat aliquis, Jovem per se intelligi e verbis antegressis: *κἀγὼ πέποιθα Ζηνί*. Audio. Quid vero sibi vult locutio *κλῇδας οἶδα*? Advocabat jam Abreschius Minervam clavigeram, cui verbo tantum, sed jure, adversatus est Butlerus. Attamen illam hoc loco intelligendam esse adhuc Dissenius arbitratus est adnot. ad Pind. Pyth. VIII, 4, p. 283 ed. Goth.; Welckerus de trilog. Aesch. p. 279, adn. 481 vel in eam sententiam abiit, ut Minervam ob id ipsum, quod hoc loco praedicaretur, *κληδοῦχον* vocari censeret Aristoph. Thesmoph. Vs. 1142; atque etiam Aemilius Rueckertus in libro, quo de cultu Minervae exposuit, p. 49, adnot. 57, hoc Aeschyli loco ad illud Minervae cognomen saltem alludi opinatus est. Aliud est *κλῇδας ἔχειν* vel *φυλάττειν*, aliud *κλῇδας εἰδέναι*. Hic locus, si ad verbum accipitur, duplici ratione intelligi potest, aut sic, ut Minerva claves domus illius, quibus proprie solus Juppiter utatur, sed quas hic non semper apud se gerat, verum in loco aliquo abscondito deposuerit, ubi sint, sola sciat et earum vel non semper rogato Jove sibi copiam facere possit ad fulmen sibi comparandum, aut sic, ut Minerva sola claves illas tractare sciat atque hactenus sola sibi per se ipsa fulminis usum a Jove semel concessum, quandocunque velit, parare. Utra explicatio probabitur, semper hic locus

fulmine opus esse; Furiae autem ne petulanter terrae imprecentur, quo efficiatur, ut omnia male procedant; iram sopiant, quippe venerabiles futurae honore ipsis praestito eundemque atque se ipsam locum habitaturae. Eas vero multas ad-

plane singularis est. Aliter res se habet secundum Eurip. Troad. Vss. 80 et 92 et apud Quintum Smyrnaeum XIV, 445 sqq. Cave autem credas, Minervam apud Graecos solam deorum Jovis fulmen usurpasse. Jacit id imprimis etiam Apollo. Jam apud Homerum Minerva et Apollo ambo aegidem gerunt, cfr. Il. II, 447, XXI, 400 et Il. XVI, 229, 308, XXIV, 20. Pleraque omnia de diis graecis praeter Jovem fulmen jacientibus congessit jam Winckelmannus in histor. artis T. III, p. 182 sq. et in »Monumenti inediti« p. 3 sq. ex veteribus tam scriptoribus quam artis operibus. Fugit virum summum de Junone agentem locus Homeri Il. XI, 45, siquidem is huc pertineat. De Minerva nos ipsi jam in Adnott. p. 158 quaedam indicavimus, ubi memoriae errore Diocletianum substituimus pro Domitiano, partim ab illo jam praerepta. Cfr. Spanhem. de usu et praestant. numism. I, 432, Eckhel. doctr. num. T. I, p. 245, Mueller. compend. archaeol. art. §. 370 adn. 5. Apud Tzetz. ad Lycophr. Vs. 111 memoratur *Ἀθηνᾶ τις βασιλίς, ἡ καὶ Βελονίκη λεγομένη*, filia Brontae. De Apolline vide etiam Soph. Oed. R. Vs. 470, ad quem locum post Bothium de re monuit Wunderus. Transmisit Winckelmannus fulmen gerentes: Victoriam in numis Bruttiorum et Boeotorum, cfr. Eckhel. l. c. T. I, p. 166, T. II, p. 197; Herculem in numo quodam Pergameno apud Mionnetum »Description« II, p. 585 et Raschium lex. num. II, II, p. 229, de quo dixit Muellerus in libro de Etruscis T. II, p. 165, adn. 17; Cupidinem in gemmis scalptis quibusdam. Sed illa ad verbum interpretandi ratio praeterea vel per se languida est nec ad hunc locum apta, qui totus, ni fallor, metaphorice intelligi vult. De domo, ubi fulmen obsignatum fuerit, non memini me ullibi legere; nec moror Arist. Av. Vs. 1745 sqq. Si vero Minerva his verbis nihil aliud dicit quam simpliciter: sibi *μόνῃ θεῶν* a Jove usum fulminis concedi solere, quomodo hunc locum cum reliquis antiquitatis testimoniis conciliabimus? Nullam aliam video rationem, quam hanc, ut vocabulum *θεῶν* non interpretemur: deorum, sed dearum. Huic sententiae, quantum video, solus obstat locus Homeri, quo Juno tonitrua excitasse perhibetur, nihil eorum, quae aut a Winckelmanno aut a me ipso de deabus fulmen jacientibus allata sunt. Et illud ego quidem in hac caussa parum curandum existimaverim.

huc, terrae Atticae primitias tanquam sacra pro liberorum creatione et matrimonio oblatas accipientes in sempiternum tempus, haec ipsius verba laudaturas esse.

Furiae immotae adhuc novum carmen ordiuntur. Indignantur, se veteres talia pati et in terra habitare inhonoratas; iram atque dolorem suum significant; Noctem matrem invocant, ut audiat iracundiam ipsarum, se enim grandaevas deorum fraudibus superatu difficillimis funditus honoribus privatas esse.

Minerva profitetur, se iram illarum una toleraturam esse, quoniam seniores sint, quumque concedat, ob hanc ipsam caussam multo ipsa sapientiores esse, at sibi quoque a Jove datum esse monet, ut non parce sapiat. Eas autem, si in alienam terram abierint, Atticae desiderio captum iri, civitati enim Atheniensi majorem honorem instare. Atque ipsarum sedem a viris et feminis pompas ducentibus tanto honore imbutum iri, quantum ab aliis mortalibus vix unquam praestitum acceperint. Hinc rogat, ne in Attica vel inter privatos sanguineas rixas, vel bellorum civilium semina excitent [126]), dum externum bellum suadet, in quo ingens gloriae amor conspicuus futurus sit, internas civium rixas se abominari prae se ferens.

At Furiarum animus idem manet. Repetunt carmen supra cantatum.

Minerva se non cessaturam esse ait, illis

---

126) Hanc universalem sententiam subesse verbis, quae leguntur inde a Vs. 820, jam Schuetzius vidit. Quadrat autem haec Minervae admonitio, ut ea, quae infra inde a Vs. 933 secundum illam a Furiis ipsis similiter dicta reperiuntur, ad internum civitatis Atheniensis statum, qualis circa ea ipsa tempora fuit, quibus haec acta fabula est. Cfr. Mueller. ad Eumen. p. 117 sq.

ea quae bona sint suadere, ne unquam dicant, se veteres deas ab ipsa juniore et mortalibus civitatem tenentibus despectui habitas esse, quippe Atticae terrae hospitio non exceptas. Sed si revereantur Suadam, quae linguam ipsius deliniendi et demulcendi vi imbuat, mansuras esse; sin minus, nullo jure civitati Atticae inflicturas iram, aut damnum populo. Licere enim illis illic terrarum incolis esse juste in omne aevum honoratis.

Tandem infringitur Furiarum pertinacia. Convertitur coryphaeus ad Minervam quaerens, qualem sedem dicat ipsum habere. Illa, omni, ait, miseria immunem, tu vero accipe. Furia: fac me accepisse, quinam mihi honor manet? Minerva: ut nulla domus sine te abundet. Ergo postquam insuper audivit, Minervam ipsam effecturam esse, ut tantum valeat, et suae potestatis in omne tempus duraturae sponsionem accepit, se delenitum esse et iram mittere significat, quaeritque ex Minerva, quid ipsum terrae Atticae accinere jubeat.

Illa, quaecunque, ait, ad victoriam non malam apta sunt; eaque e terra eque mari eque coelo et ventis provenientia — ut flatus claro sole spirantes ad terram accedant, fructusque terrae et maris [127]) affluens civibus ne cesset abundare tempore — et hominum salutem; improbi vero ut citius tanquam funera efferantur Furiae faciant. In bellicis certaminibus ut civitas Atheniensis victoriam reportet se curaturam esse. (A Vs. 748 usq. ad Vs. 876).

Itaque Chorus, tertio stasimo, postquam praedicavit, se accepturum conditionem communi

---

127) Cfr. Adnott. p. 172.

loco cum Minerva habitandi nec repudiaturum esse urbem, quam etiam Juppiter omnipotens Marsque castellum deorum et delicias graecorum numinum aras tuentes incolant, primo loco precatur, ut splendidum solis jubar effusas opes vitae utiles e terra abunde eliciat (str. 1). Deinde vetat ne venti arboribus noxam afferentes eo, quod oculos illarum exurant, intra limites terrae veniant, neve quis gravis morbus sterilitatem afferens arrepat, optatque ut terra pinguia pecora simul cum duplici foetu nutriat tempore stato, et proventus maris civitatem divitem reddens felici inventione impetratum numinum donum praebeat [128] (antistr. 1). Tum Furiae ad homines transeuntes vetant ne pueri ante tempus moriantur, utque amabilibus puellis connubia dent Parcas rogant (str. 2). Porro deprecantur ne dissidia fremant in civitate, neve pulvis saturatus sanguine civium per furorem ultionis mutuarum caedium calamitates exigat a civitate, in gratiis retribuendis et in odio habendo ut cives concordes sint optantes (antistr. 2).

Precationibus finitis Furiae civibus gratulantur praesignificatas divitias eosque salvere jubent simul laudes eorum praedicantes (str. 3).

Vicissim Minerva, quae inter singulas stro-

---

128) Cfr. Adnott. p. 175 sqq. coll. de postremis verbis p. 172. Ad locutionem *ἑρμαία δόσις* illustrandam in sententiam eorum, qui Vs. 906 sqq. de argentifodinis sermonem esse putant, abiens disputavit etiam Lud. Prellerus in libro, qui germanice inscriptus est: »Demeter u. Persephone,« p. 203, adn. 44. In fragm. poetae lyrici apud Diod. Excerpt. Vat. p. 123. Coll. nov. Vol. II metalla similiter audiunt *βλαστήματα χθονός*, atque hoc loco appellantur *γόνος γᾶς πλουτόχθων*, si Hermannus verum vidit. Nos interim in nostra perstamus conjectura, judicium virorum eruditorum exspectantes.

phas atque antistrophas a Choro cantatas systemata anapaestica antistrophica [129]) recitat, in antegressis de gravitate illarum precationum variis modis admonens, potentiam Furiarum praedicans, Athenienses ad eas sedulo colendas attentos faciens, jam in Furias fausta omina congerit. Deinde significat, sibi prius abeundum esse, ut Furiis habitacula assignet earum ad ignem sacrum tanquam deductrix. Furias jubet, dum ipsis venerandae victimae mactentur ab Areopagitis, terram subeuntes, quae noxam afferant, cohibere, quae lucrum, mittere. Areopagitis mandat, ut, quippe urbem tenentes, Furias, quasi inquilinas, deducant. Finem facit civibus Atheniensibus bonam eorum, quae bona sint, intelligentiam optando.

Furiae et numina et homines urbem Minervae incolentes salvere iterumque salvere jubent, promittentes, si ipsarum contubernium revereantur, nunquam vituperaturos esse fortunas vitae (antistr. 3). (A Vs. 876 usq. ad Vs. 975).

Inde Minerva laudatis Furiis propter ea, quae precatae sunt, pompam post scenam ducendam jam superius significatam indicit et accuratius describit, et, ut videtur, oratione ad Orestem deflexa, hortatur illas, ut jam desinant huic se immites praebere, per quam occasionem iis nomen Eumenidum indit, Areopagitis negotium dans, ut Furias ad iram adversus Orestem placandam purpureis vestibus honorent et sacra faciant. Quibus dictis de scena decedit Minerva.

Jam Areopagitae in orchestram descendunt et in fronte Chori consistunt et agmen dum pro-

129) Antistrophica esse pridem vidit et simul, quo se ordine exciperent, docuit Hermannus elem. doctr. metr. p. 379.

cedit, carmen canunt propempticum partim Furias partim populum compellantes [130]. Explicit fabula. —

130) De ratione carminum, quibus tragoediae finiuntur, egerunt Hermannus epit. doctr. metr. p. 269, §. 679 et Bambergerus l. c. p. 31 sq. Hoc carmen id potissimum proprium habet, quod a Choro non legitimo cantatur. Chorus secundarius etiam ab Euripide inductus est Hippolyto et, notante scholiasta ad ejus fabulae Vs. 67 Matth., Alexandro; cfr. Schoell. l. c. p. 364 sq., qui quod priorem hujus carminis stropham atque antistropham senibus (Areopagitis), alteram feminis tribuit, etiamsi concederem, feminas adfuisse, quae Furias de orchestra deducerent, minime tamen ob eam rationem, quam vir amicissimus affert adnot. 189, probabile ducerem. Sed vid. Adnott. 211 sq. Suspicionem Lobeckii Aglaoph. p. 81 sqq. prolatam, hanc »Areopagitarum pompam faces ardentes praeferentium« — id quod nos quidem verum esse negamus — »et Furiarum solemnem deductionem Eleusiniae daduchiae imaginem praebuisse,« conjicientis, et ita quidem, »ut carmen propempticum, Areopagitarum vestitus et ornatus, modi musici aliquam cum Eleusiniis similitudinem habuerint,« quam tamen ipse similitudinem »non admodum expressam fuisse necesse esse« concedit, honoris caussa commemoro, non quasi ei vel scintillam veri subesse putem. — Ceterum de toto fabulae exitu brevius enarrato copiosissime disputavimus in Adnotationibus. —

II.

DISPUTATUR DE SPECIE HABITUQUE SCENICO CHORI DEQUE UNIVERSA RATIONE, QUA SE GESSERIT IN FABULA AGENDA [1].

Aeschylus, quum Furias primus omnium in scenam induceret, fontes, unde sibi cognitionem speciei habitusque atque ornatus et gestus parare posset, habebat poetas antiquiores, artifices, persuasionem popularem, quatenus non jam poetarum artificumve in opera translata fuerat. At quae apud poetas antiquiores, quorum opera e communi naufragio ad nostra tempora pervenerunt, huc spectant, paucissima sunt eaque vix computanda, quia illas res nisi universalibus descriptionibus epithetisve non tangunt [2]. Artis opera, quibus in rem suam usus fuerit hic poe-

1) De universa hac quaestione copiosissime egit Boettigerus libro, qui germanica lingua inscriptus est: »Die Furienmaske im Trauerspiele und auf den Bildwerken der alten Griechen,« brevius exposuerunt: Genellus libro, quem de theatro Atheniensium conscripsit, p. 220—226, et Muellerus ad Eumen. p. 184—186. Alios taceo hoc loco.

2) In medio relinquo quod Westrikius disput. literar. de Aeschyli Choeph. etc. p. 62 ex loco schol. Eurip. Or. Vs. 258 conjicit, ejusmodi Furiarum terriculamenta, qualia apud tragicos poetas reperiantur, ante Aeschylum jam Stesichorum exhibuisse.

ta, nec quaenam fuerint, si illa excipias lignea, ut videtur, simulacra, quae Athenis in delubro Severarum dearum jam ante tempora Aeschyli exstitisse certum est [3]), nec quomodo comparata, hodie certo inveniri potest. De iis, quae e persuasione populari, communi illo poetarum artificumque fonte, mutuo sumi potuerint, ut per se intelligitur, res etiam magis incerta est. Contra exploratum est, fuisse jam temporibus Aeschyli, et multo ante, aliorum speciem monstrorum terriculamentorumque a poetis pariter atque artificibus vel in singulis accuratius expressam, nec quidquam prohibet, quominus illum hinc profecisse sumamus [4]). Quidquid autem in singulis undecunque assumpsit, fuisse eas Furias, quae ab Aeschylo in scenam productae sunt, in universum certe, specie prorsus singulari nec antea cognita, imprimis tam ex ipsis verbis Py-

3) Cfr. supra p. CXXIV, adn. — Apud Pausaniam expressis verbis mentio fit simulacrorum Eumenidum, quae Ceryneae colebantur, VII, 25, 4, et Cereris Erinnyos, quae in Oncio Arcadiae sedem habebat, VIII, 25, 4. Praeterea commemoratur priscum quoddam et recentius signum Cereris Nigrae Phigalensium, quae et ipsa Erinnys erat, alterum ab Onata confectum, VIII, 42, 3 et 4. Illa num Aeschylus vel ipse oculis usurpaverit vel fando cognoverit, maxime dubium est, haec ne exstitisse quidem unquam, nuperrime non sine specie veritatis contendit Prellerus libro, cui titulus est: »Demeter und Persephone,« p. 157 sqq.

4) Dico imprimis Gorgones, quarum horrendae effigies, de quibus hodieque satis constat, vel in remotissma tempora recedunt, et *Κῆρες*, quales in scuto Herculis fuisse Hesiodus fingit Vs. 249 sqq., sive *Κῆρα*, qualem in arca Cypseli repraesentatam tradit Pausanias V, 19, 1. Haec vulgo nota fuisse consentaneum est. Atque de Gorgonibus ut ita statuatur ipse poeta monere videtur ea ratione, qua earum mentionem injicit Choeph. Vs. 1041 et Eumen. Vs. 48. *Κῆρας* autem idem ipse Furias appellat Sept. c. Th. Vs. 1017, utque *Κῆρες* Hesiodeae sanguinem humanum bibere, ita Furiae Aeschyleae exsugere finguntur.

thiae, quae leguntur inde a Vs. 46 usque ad Vs. 60, quam e rationibus universalibus, e fine hujus loci atque ejus, qui habetur Choëph. Vs. 1044 sqq., ducendis, abunde elucet; adeoque expressis verbis testatum habemus unum, quo Aeschylus primus exornaverit speciem Furiarum [5]), nec sequitur ex eo testimonio, illud unicum fuisse, quod poeta novaverit. Quin hic, etiamsi Furiarum speciem plenius atque accuratius, quam verisimile est, ita repperisset aut significatam aut elaboratam, ea ut ad internam naturam, qualem ipse illis tribuit, per se optime quadraret, vel ideo oportebat ab illa aliquantum discederet, quod usus scenae alius erat et quaedam peculiaria postulabat.

Sed haec hactenus. Videamus jam, quales Aeschylus Furias induxerit.

Origo atque habitatio Furiarum, munus et ratio, qua id perficiunt, spectacula, quibus maxime delectari finguntur et omnino mores, qui ipsis tribuuntur, — omnia haec, inquam, eo ducunt, ut etiam personam earum totamque speciem atque rationem, qua se gererent, imprimis ad horrorem incutiendum comparata fuisse sumamus. Quod a fine fabulae animum et indolem mutant ad speciem habitumque, quo ab initio inducendae essent, nullam vim habere poterat. Satis erat superque, si de habitu simul cum universa condicione mutando quantumvis leviter significabatur [6]).

Atque de Furiarum deformitate personisque horribilem speciem praebentibus quum poeta

5) Cfr. Pausanias I, 28, 6 et Appulejus de Orthogr. p. 5.

6) Id quod fieri potest ut revera fecerit poeta. Cfr. Adnott. p. 219, adn.

Apollinem et Minervam paucis universe dicentes fecerit 7), plura eaque accuratiora discimus ex iis, quae Oresti deliranti, sub finem Choephororum, et Pythiae Furias in intimo templi Delphici somno captas conspicatae, ab initio Eumenidum, attribuit, non alio fine, quam ut spectatores de nova persona praemoneat. Priore loco cum Gorgonibus eatenus comparantur, quod pullas tunicas 8) et crines serpentibus large implicitos 9) habere dicuntur; ibidem porro odiosum sanguinem 10) ex oculis stillare perhibentur.

---

7) Cfr. Vs. 183 sq., Vs. 391, Vs. 944 sq.

8) Cfr. Adnott. p. 13, adn. *). Admittit tamen vocabulum *μελανείμων* (Vs. 353) etiam aliam interpretationem, quam supra suo loco signavi. — Pullus vestitus tribuitur Furiis ut Nocte matre genitis atque orcum inhabitantibus. Hanc alteram rationem epitheto ipso expressit Nonnus Dionysiac. XXXII, 119: *νερτερίῳ δὲ Μέγαιρα κελαινιόωσα χιτῶνι.*

9) Serpentes, quibus Aeschylum primum crines Furiarum implicuisse locis supra adn. 5 allatis docemur, procul dubio ut horrorem universae speciei augeret, minime tamen ad arbitrium attributi sunt. Hoc enim etiam aliorum erat deorum inferorum symbolum, cfr. Artemidor. Oneirocr. II, 13.

10) *Ἐξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.* His verbis nihil significari, nisi oculos sanguine suffusos, *ὄμματα ὕφαιμα* appellantur graecis vocabulis, qui omnino iis, qui furore correpti sunt, tribui solent, cfr. v. c. Virgil. Aen. IV, 643 et VII, 399, si sanguinea acies in illum sensum dicta est, et Furiis ipsis tribuuntur ab Euripide Orest. Vs. 346 et Androm. Vs. 960 Matth., idque vel ea ratione ut *αἱματωποὺς κόρας* vel *θεὰς* tanquam proprio nomine appellet, nisi vera est apud Hesychium interpretatio: *αἷμα βλέπουσας*, non est credibile, sed ad verbum intelligenda sunt de ipso sanguine ex oculis stillante. Sed quid sibi vult illa fictio? Quum Furiis id ipsis adscribi soleat, quod efficiunt ut in hominibus compareat, ii autem, qui furore agitantur, certe nonnunquam oculos sanguine suffusos habeant, vel oculos distorqueant, speciose aliquis dixerit, sive illud sive hoc in caussa esse creditum fuisse, cur sanguis ex oculis manaret. Alteram explicandi viam monstrat quodammodo Euripides, apud quem Hercules furens *ἐν σκιροφαῖσιν*

Altero loco 11) Pythia, mirabilem turbam quum feminarum nomine non appellandam sentiat, primum in eo consistit, ut Gorgones vocet, deinde, Furiae quatenus specie differant a Gorgonibus, exponit. Huc pertinet quod alis carent 12), etiam corporis colorem atrum habent 13), flati-

---

ὀμμάτων ἐφθαρμένος ῥίζας ἐν ὄσσοις αἱματωποὺς ἐκβάλλει, Vs. 912 sq. Matth. Aliquanto longius repetitum foret, si quis fictionem e proverbiali locutione: αἱμάτινα δάκρυα, quam commemorat schol. ad Eurip. Hecub. Vs. 237 Matth., vel αἵματι κλαίει, de qua vid. Phot. epist. 138, Apostol. adag. I, 85, Bekker. anecd. gr. p. 356, 13, explicare vellet, monens, solere insaniam aut omnino aut saltem per intervalla moerorem adjunctum habere. — Sanguinis ex oculis manantis notas in persona Furiarum vere expressas fuisse, id quod Boettigerus sibi persuasit, hodie nec negari potest nec affirmari. — Ceterum cfr. infra adn. 15.

11) Cfr. quae disputavimus in Adnott. inde a p. 9 usque ad p. 17.

12) Idem traditur Vs. 241. De rationibus, cur Aeschylus Furias non alavisset, affatim disputaverunt Boettigerus p. 22 sq., Genellus, Muellerus. Alatas Furias primus scriptorum veterum commemoravit Euripides Orest. Vs. 266 et 307, Iphig. in Tauris Vs. 289 Matth., et plerumque conspicere est in vasis pictis, quorum nonnulla certe satis antiqua esse judicat Raoul-Rochette »Monum. inéd.« p. 146, adn. 5. Nec tamen ita rara sunt in his aliisque artis operibus exempla Furiarum alis carentium.

13) Cfr. Adnott. p. 13 et ibid. adn. **). Ater corporis color cur tributus sit Furiis, variae rationes cogitari possunt. Proximae sunt eaedem illae, quas supra ad pullas vestes explicandas attulimus. Praeterea huc pertinet, quod deae formidolosae sunt, quod genus numina etiam incolae terrarum septentrionalium atra esse credebant, cfr. quae docuit Grimmius »deutsche mythologie« p. 195. Alia caussa, sed ea satis inepta, commemoratur ab Eudocia apud Villoison. Anecd. p. 152: μέλαιναι, διὰ τὸ ἀφανῶς ἐπεξιέναι τοῖς κακοῖς, quae quidem adnotatio fieri potest ut aequo jure ad vestitum referenda sit. Alia denique rei explicandae ratio peti possit ex eo, quod a scholiastis ad Eurip. Orest. Vs. 311 Matth. adnotatur, Eumenides μελαγχρῶτας vocari, quia faciant ut eorum, qui insaniae morbo affecti sint, color ater evadat, de qua extremi furoris nota cfr. v. c. Virgil. Aen. IV, 643. — »Furias Aeschyleas etiam atrata facie in sce-

bus sanguineis igneisque stertunt [14]); ex oculis

nam prodiisse,« negat Bachmannus adnot. ad Lycophr. Alexandr. Vs. 1137, qua specie, ipse videat, si ea, quae nos Adnott. l. c. disputavimus et aliunde testimonio congessimus, imprimis locum, qui ex Electra Euripidis petitus est, ut videtur, ipsi pariter atque Boettigero ignoratum, perpenderit. Quod vero ita disserit vir doctissimus, ut eum fugisse appareat, sat multa exstare exempla, e quibus eluceat, veteres haudquaquam dubitasse, atrum corporis colorem iis, quibus conveniret, tribuere in artis operibus, missa Furia illa atra, quae conspicitur in pictura vasis jam a Boettigero commemorati, placet hoc loco contrarium paucis quibusdam exemplis numinum vel daemonum simili condicione utentium, atque Furiae, e scriptoribus veteribus in medium prolatis comprobare. Ergo secundum Hesiodum in scuto Herculis Κῆρες sunt κυάνεαι, Vs. 249, quod quidem epitheton simul etiam ad vestitum referri potest, sed eo sensu, quo apud Homerum Il. III, 454, V, 652, XXI, 66, Od. III, 242 Κῆρα μέλαιναν appellatam esse probabile est, accipi non potest. In arca Cypseli Mors sub specie pueri atri repraesentatus erat teste Pausania V, 18, 1. Eodem X, 28, 1 tradente Eurynomus ille δαίμων τῶν ἐν ᾅδου in imagine Polygnoti Delphis exstante κυανοῦ τὴν χρόαν μεταξύ ἐστι καὶ μέλανος. Ex iis, quae idem scripsit VI, 6, 4 Temessae in pictura quadam heros daemon, cui nomen erat Alybanti, de quo nomine praeter Siebelisium monuit Raoul-Rochette l. c. p. 424 sq., conspiciebatur χρόαν δεινῶς μέλας. Inscriptione in insula Thera descripta a Prokeschio, primum in Diar. literar. Halens. a. 1835, »Intelligenzblatt n. 73,« edita ab Ed. Gerhardo, deinde illustrata a Welckero in Mus. Rhen. a. 1836, fasc. 4, p. 418 sq., docemur, Hecatae, quae apud Bacchylidem Noctis filia vocatur, statuam e nigro lapide exstructam esse. Sed haec satis de re tum ex aliis scriptorum locis, tum e monumentis artis satis nota. Interim nec Muellerus de Furiarum corpore atrato cogitavit.

14) Hoc apparet e loco, qui est Vs. 132 sqq. Comparandus est Eurip. Iphig. in Tauris Vs. 278 Matth., quo loco Orestes Furiam, cujus ipsi species per vesaniam oblata traditur, sic descripsisse narratur: ἡ δ' ἐκ χιτώνων, πῦρ πνέουσα καὶ φόνον, πτεροῖς ἐρέσσει. Hac enim ratione cum Elmslejo et Augusto Matthiae interpungendum censeo, quamquam hujus interpretationem: »alis e veste prominentibus remigat« ferre non possum; sed verba ἡ ἐκ χιτώνων, arcte illa conjungenda, mea sententia significant: Furia, quae tunica induta est. Pari dicendi genere Plutarchus Erot. p.

odiosum liquorem stillant [15]), faces gerunt [16]).

752, F. ed. Francof. utitur in verbis: μειράκιον ἐκ χλαμύδος. Origo etiam hujus fictionis quaerenda in statu eorum, qui furunt, cfr. v. c. Eurip. Orest. Vs. 267 et Herc. fur. Vs. 849 Matth.

15) Quaeritur, quinam intelligendus sit liquor. Scholiastae et recentiores interpretes cogitant de sanguine, ut hoc loco idem praedicetur de Furiis, quod superius Choephororum loco adn. 10 tractato. Et haec mea quoque olim sententia erat. Sed videndum, ne verbum corruptum, quod prior scholiastes vocabulo σταλαγμὸν expressit, sive Burgessii sive mea emendatio vera est, proprio sensu accipiendum sit. Praeterquam enim quod haec explicandi ratio per se propior est, etiam ideo commendatiorem aliquis dixerit, quod sic idem non bis notatur, sed novum quoddam attributum additur. Et habet ea ad rem quoque optime, quippe qua probata Furiis ipsis id tribuatur, quod vere vesanorum est: οἱ γὰρ δαιμονιζόμενοι καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἀφροὺς πέμπουσι, καὶ ἐκ τῶν ὀμμάτων δάκρυα, καὶ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν λήμας — ait schol. ad Eurip. Orest. Vs. 210 Matth., quarum rerum quas caussas affert apud ipsum vide. Hujusmodi liquor ex oculis manans sordidus est, unde aptissime vocatur δυσφιλής et in angulis oculi concretus fit gramia, quam Euripides l. c. appellat ἀφρώδη πέλανον. Si quis in eo haereat, quod illo Choephororum et hoc Eumenidum loco idem epitheton est, δυσφιλές, atque eam ob caussam probabile ducat, etiam rem unam eandemque significari, is possit etiam priore loco nulla fere mutatione scribere: ἐξ ὀ. στάζουσι νᾶμα δ. Sed ego non audio.

16) De facibus Furiarum Aeschylearum vide Adnott. p. 16, 183 sq., 212 sq. Quisnam Furiis tribuerit ante Aeschylum, nescitur. Potestne ex eo, quod apud Aristophanem, qui primus post Aeschylum facium Furiarum mentionem injicit Plut. Vs. 422 sqq., ut ὠχρότης ita faces non simpliciter Furiae, sed Furiae tragicae assignantur, certo colligi, haec duo demum ab Aeschylo attributa esse? Facem gerebat etiam simulacrum Cereris Erinnyos, quod erat in Oncio Arcadiae, sed id quo tempore confectum sit, non liquet. Praeterea saepissime Furiis reperiuntur tributae ab artificibus tam in vasis pictis quam in operibus caelatis, quorum artis operum nullum ausim Aeschylo antiquius dicere. Ad quaestionem, cur Furiae faces gestare putatae sint, Boettigerus l. c. p. 52, adn. *) ita respondet, ut illis tanquam tormenta tributas censeat. Et fuisse facibus Furiarum tam in scena tragica — quamquam apud Aeschylum ipsum, apud quem sane faces in manu Furiarum plurimum con-

Quaeritur, num inde, quod hae tantum res commemorantur tanquam eae, in quibus discrimen inter Gorgones et Furias Aeschyleas consistat, continuo argumentari liceat, utrasque ceteroqui pari fuisse specie, ut igitur vel hac ratiocinatione comprobetur, quod pridem assertum nuperrime, ex parte quidem, negatum est [17]), Furiis praeter pullas tunicas et serpentes crinibus implexos Gorgonum cum universam faciei conformationem tum crines ipsos hirsutos atque dejectos, nasum simum, os late dehiscens, linguam projectam, dentes restrictos tributos esse ab Aeschylo [18]), quae peculiares sunt et maxime insignes Gorgonei partes, nam de oculis rubicundis, atrociter fulgentibus, torvis, vel ideo sermo esse nequit, quod Pythia Furias dormientes describit, quamquam illa oculorum attributa Furiarum pariter atque Gorgonum propria erant

---

ferebant ad horrorem movendum, nulla ejusmodi significatio reperitur — quam apud reliquos poetas hunc usum assignatum, sat multi docent scriptorum loci. Sed num illa primitiva fuerit caussa vehementer dubito. Faces omnino propriae sunt diis inferis, de quo disputavit Prellerus l. c. p. 90 et adn. 32. — Ceterum, faces Furiarum e taxo esse creditas fuisse, discimus e Stat. Theb. IV, 485 et VIII, 9 iisque, quae ad utrumque locum adnotata sunt a Luctatio, qui caussam affert, quod haec arbor venenosa sit.

17) Ab Hermanno cens. p. 207.

18) Singulae quidem significationes hac fabula contentae, quas imprimis pro lingua projecta adduxerunt Boettigerus l. c. p. 112 sq. et Muellerus, solae per se minime certa idoneave continent argumenta. Sed universali illa ratiocinatione res mea quidem sententia admodum probabilis redditur. De reliquis attributis vel sine illa confidentius pronunciaverim. Dentes restrictos habet etiam Κὴρ in scuto Herculis et arca Cypseli. Draconum dentes Furiis adscribit schol. ad Eurip. Orest. Vs. 246 Matth., sed, ut videtur, sine ulla auctoritate, solo verbo δρακοντώδεις falso intellecto inductus.

ex opinione veterum[19]) et procul dubio, quatenus omnino repraesentari poterant, in iis conspiciebantur, qui Furias Aeschyleas agebant. E ratione, qua Pythia in describendis Furiis Harpyiarum meminisset, in singulis nihil certi effici posse illarum de specie, jam alibi monitum est[20]). Sed quod ob illam scilicet similitudinem inter Harpyias et Furias Aeschyleas intercedentem imprimis sumptum est, has digitos habuisse longis unguibus instructos, certe omnino negari nequit, immo vel rationibus magis minusve speciosis exornari potest[21]). Praeterea ad universam Furiarum speciem facit quod expressis verbis senes et vetulae dicuntur[22]). Figuram longam et proceram fuisse[23]), cor-

19) Longum est et inutile, singulos locos citare, e quibus argumenta hujus rei ducantur, quae cuivis furore et insania correpto propria est. Cfr. tamen praeter adn. 10: Arist. Plut. Vs. 424, Soph. Oed. Col. Vs. 84, Eurip. Orest. Vs. 251 Matth., Hymn. Orph. LXX, 6 sq., Virg. Aen. VII, Vs. 448.

20) Cfr. Adnott. p. 12, adn. *).

21) Ungues Furiis expressis verbis tribuuntur a Nonno Dionysiac. XLIV, 271. Cui rei etiamsi nimium tribuere nolis, tamen nec in ipsa hac fabula non insunt, quae apte huc referri aliquis dixerit, verba inquam: *καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξομαι κάτω.* Eodem respectu ungues tribuuntur *Κῆρι* in scuto Herculis et arca Cypseli.

22) Vs. 69, 145 et saepius.

23) Sic Dion brevi ante obitum conspexisse traditur *γυναῖκα μεγάλην, στολῇ μὲν καὶ προσώπῳ μηδὲν Ἐριννύος τραγικῆς παραλλάττουσαν κ. τ. λ.*, cfr. Plutarch. Vit. Dionis, c. 55. Significationem longorum crurum jam pridem censuerunt Sophocleo epitheto *τανύποδες*, Aj. Vs. 837, contineri. Quam ego sententiam in medio relinquo. Cfr. quae congessit Ellendt. Lex. Sophocl. T. II, p. 782 sq. Species ad horrorem movendum imprimis apta. Similiter secundum Michael. Psell. apud Allat. de quorund Graec. opinat. p. 139 *ἔνεστι τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι Βαβώ τις ὀνομαζομένη δαίμων νυκτερινή, ἐπιμήκης τὸ σχῆμα καὶ σκιώδης τὴν ὕπαρξιν.* Ad proceritatem partim caliendrum conferre poterat, minus cothurni, ut mox apparebit.

pus aridum gracileque[24]), probabile est. Cum indiciis hac ipsa fabula contentis comparanda sunt, quae ab aliis scriptoribus de habitu scenico Furiarum tradita reperiuntur. E quibus haec nova accedunt: atras illas Furiarum tunicas fuisse talares et circa pectus balteo adstrictas, tegmen pedum cothurnos[25]).

---

24) Hoc tam ad celeritatem et agilitatem Furiarum quadrat, quam ad provectam aetatem atque eos animi motus, quibus affectae finguntur. Omnino, ita fuisse, vel ex universo horrido adspectu, quo esse perhibentur, colligere est.

25) Cfr. Strab. III, p. 175, C et D, et Eustath. ad Dionys. Vs. 561, Diogen. Laert. VI, 9 et Suid. s. v. φαιός. Virgas vel baculos, qui his locis tanquam ad furialem habitum pertinentes commemorantur, de quo cfr. etiam Lycophr. Vs. 1139 et verba Timaei a Tzetza ad hunc locum illustrandum adhibita, a Furiis Aeschyleis faces tenentibus non gestos fuisse, persuasum habeo. Omnino eos scriptorum locos consideranti, ubi Furiis tragicis expressis verbis faces adscribuntur, dubitare subit, num illud attributum ad scenam pertinuerit. Facilis conjectura est, nec baculos illis locis commemoratos nisi ad has ipsas tragicarum Furiarum faces referendos esse. Etiam in artis operibus baculi rarius tantum Furiis attributi reperiuntur; ubi visuntur, artis opera fere Etruscae esse originis, observare licet. De vestitu praeterea vide quid effici possit ex iis, quae Adnott. p. 13 adn. *) significavimus. Balteum largum fuisse et puniceo colore, testimonia ipsa fidem faciunt; fieri potest, ut fimbriis ad similitudinem serpentum accedentibus instructus fuerit, id quod Boettigerus censet l. c. p. 38, quamquam serpentes ipsi, quibus primus Euripides Electr. Vs. 1344 Matth. etiam brachia Furiarum armavit, quam fictionem et poetae, ut Ovidius Metamorph. IV, 491 sq., et artifices plurimi secuti sunt, apud Aeschylum, quantum ex ipsis poetae verbis colligere licet, tantum ad ornatum capitis pertinebant. Cothurnos — Diogenes Laertius et Suidas ἐμβάτας τραγικοὺς commemorant, Timaeus, de ornatu feminarum Dauniarum agens, τὰ κοῖλα ὑποδήματα — non eos fuisse, quibus personae scenicae vulgo utebantur, sed eos fere, quibus venatores, proprie illi hoc posteriore nomine appellati, tam ex eo colligere est, quod Furiis, utpote Chorum agentibus, multa saltatione opus erat, quam inde, quod ubique se maxime agiles et expeditas praebent, ob quas caussas etiam tunicam balteo ad-

Hactenus de specie habituque atque ornatu Furiarum. Per se intelligitur, ut in descriptionibus primo loco positis, ita alibi esse, quae de Furiis quidem non praesentibus, vel in universum, praedicari potuerint, ipsis vero praesentibus nullo modo tribui 26).

Quae, si oculis exhibita fuissent, partim jam iis, quae nunc dicemus de ratione, qua Chorus se gesserit in fabula agenda, accensenda forent. De hoc disputaturis praemonendum est, certa de singulis quibusque indicia in hac fabula esse tam pauca atque adeo nulla, ut nihil fere, nisi quod universalibus quibusdam nitatur conjecturis, afferri possit. Procul dubio etiam in agendi ratione omnia grandia erant atque sublimia nec quidquam praetermissum, quod ad commovendam admirationem, stuporem dandum, horrorem incutiendum conferre posset; eadem tamen simplicia et ad leges symmetriae atque eurythmiae, quibus ars graeca adstringebatur antiquioribus temporibus, apta. Illud tum per se consentaneum est, tum per analogiam ex eo colligi potest, quod vidimus, Aeschylum Furiarum somno captarum mugitum latratumque saltem audiri fecisse ipsasque vesanorum in mo-

strictam habent. Quin ipsae adeo disertis verbis cum venatoribus comparantur ab Aeschylo Vs. 222, cfr. Vs. 404, quae ratio ab iis, qui vasa figlina pinxerunt vel opera caelata confecerunt, utplurimum ita recepta est atque exornata, ut totas tanquam nymphas venaticas repraesentaverint, vid. Raoul-Rochette l. c. p. 145 et quos citavit adn. 3.

26) Dico sanguinem et liquorem odiosum ex oculis stillantem, halitum sanguineum igneumque, denique — id quod nunc addo nondum commemoratum — sanguinis grumos, quos prae dolore, vel venenosas stillas, quas furore correptae, haud secus atque canes rabidae vel dracones, vomere traduntur Vs. 175 et Vs. 456, 700, 752 (779) sqq., 769.

dum visionibus deceptas adeo in scenam produxisse [27]. Eodem spectat Furiarum progressus bis σποράδην factus. Corporis motum passim vehementissimum fuisse, e plurimis carminibus elucet, quorum vel numeri concitatissimum saltationis genus flagitant. Per hanc occasionem optime exhiberi poterant pedum illi saltus, qui Furiis pariter atque Bacchis et cuivis uni furore correpto tribui solent [28]. Praeterea Furias, dum commoto animo sunt, utpote μάργους [29]) et βροτοσκόπους Μαινάδας [30]), decent universi corporis spasticus motus, isque tantus, ut vel tota species variata atque mutata videatur [31]), oculi distor-

---

27) Cfr. supra p. XLII, adn. 37 et p. LXX, adn. 58.

28) Cfr. Vs. 364 et 346, Eur. Orest. Vs. 347 Matth.; Eur. Bacch. Vs. 150 Matth.; Aesch. Prometh. Vs. 602 et 678, Eurip. Herc. fur. Vs. 816, Orest. Vs. 252, 268 Matth., al.

29) Cfr. Vs. 67.

30) Cfr. Vs. 476. Similitudinem Furiarum atque Baccharum, hoc loco expressis verbis significatam, imprimis agendo oculis exhibitam fuisse, consentaneum est, quamquam etiam in ornatu erant quaedam utrisque communia. Etiam a Nonno appellatur Μαινὰς Ἐριννὺς Dionysiac. XLIV, 271. Apud Euripidem Orest. Vs. 308 Eumenides compellantur: ποτνιάδες θεαί, dum Βάκχαι ποτνιάδες vocantur Bacch. Vs. 620 Matth. Utrisque saepius eadem ratio se gerendi eademque σχήματα attribuuntur tam apud poetas quam in artis operibus, ita ut in his nonnunquam alteras per se solas ab alteris vix dignoscas. Furias sub specie βροτοσκόπων Μαινάδων repraesentatas Muellerus, compend. archaeol. artis §. 398, adn. 5, agnoscit in pictura vasis a Tischbeinio I, 48 publicata.

31) Illuc pertinent: Μαινάδες εἱλισσόμεναι Eurip. Bacch. Vs. 530, Baccharum τρομερὰ σώματα, ibid. Vs. 557, Orestes ὠλένας τρέμων ἄκρας, Iphig. in Tauris Vs. 273 Matth., trepidoque insania vultu, Ovid. Metamorph. IV. Vs. 484. Hinc αἰολόμορφοι appellari videntur Furiae ipsae apud Orph. Hymn. LXIX, Vs. 8, πολύμορφοι, ibid. Vs. 19 et apud Nonnum XXXII, Vs. 100. Aliter Heynius adn. ad Virgilianum illud: »tot sese vertit in ora,« Aen. VII, 328. Illam sententiam commendat et simul universae fictionis originem monstrat quod de

ti [32]), collum jactatum [33]), aliaque ejusmodi huc pertinentia. In his rebus singulis exhibendis quousque progressus fuerit poeta, hodie certo inveniri nequit. Patuisse tamen actioni gestibusque latissimum campum, etiam inde apparet, quod haec sola erant, quibus duplex illa atque diversa Erinnyum Eumenidumque natura et indoles, quae hac ipsa fabula explicatur, corpore tenus notari posset atque in conspectum dari.

Oreste vesano praedicatur apud Eurip. Iphig. in Tauris Vs. 282 sqq. his verbis: παρῆν δ' ὁρᾶν οὐ ταὐτὰ μορφῆς σχήματ', ἀλλ' ἠλλάσσετο, φθογγάς τε κ. τ. λ.; sic enim interpungendus hic locus adhuc non recte intellectus a quoquam, nec a nobis postrema verba adhibentibus supra p. XLII, adn. 37, ut vocabula φθογγὰς et ὑλάγματα pendeant ex verbo ὁρᾶν. Num huc spectat quod Ius simul μορφὴ et φρένες διάστροφοι fiunt secundum Aeschyl. Prometh. Vs. 676?

32) Hi tam Bacchis quam cuivis uni furenti vulgo tribuuntur, cfr., ut pauca e multis afferam, Eurip. Bacch. Vs. 1075, 1119, Virgil. Aen. VII, 399 et Aesch. Prometh. Vs. 884, Eurip. Herc. fur. Vs. 848, 912, 970 Matth., Virgil. Aen. IV, 643, al.; Furiae tribuuntur a Virgil. Aen. VII, 448.

33) Hoc Furiae ipsi tribuit Nonnus XXXII, 104. De Bacchis et omnino de furentibus notissima res est. Ecce tibi, si tanti est: Eurip. Bacch. Vs. 136, 166, 819 seqq. Herc. fur. Vs. 847, Iphig. T. Vs. 272 Matth., ut in hoc solo scriptore consistam. De Bacchis imprimis etiam monumenta artis testantur.

Addenda et Corrigenda.

Ad pag. XVII sq. adn. Iis, qui de vocabulo *θριγκός*, quod est apud Eurip. Ion. Vs. 1320 Matth., commentati sunt, accedunt Hughesius, »Travels in Sicily, Greece and Albania«, Vol. I, p. 383 et Broendstedius, »Voyages dans la Grèce«, I, p. 114. Uterque cancellos intelligit, ille eos, quibus profundum illud terrae foramen, quod fuit in adyto, hic eos, quibus umbilicus circumdatus fuerit, »un treillis qui joignait la balustrade de l'Adyton.« Eosdem cancellos Broendsted., adnot. 17, apud Eurip., Androm. Vs. 1113 (1089 Matth.), voce *κρηπῖδος* significatos censet. Quam sententiam oppugnavit jam Raoul-Rochette, »Monum. Inéd.«, p. 188, 3, quem tamen nec ipsum audiendum arbitror ibid. p. 329, adn. 6 intelligentem »une balustrade placée en avant du sanctuaire.«

Pag. XXIV, l. 20 dele verba »Castalius sive«, me invito e verbis Muelleri relicta.

Ad pag. XXVI, l. 16. Locus Strabonis nunc plene sic scriptus legitur: *ἄ. κοῖλον κ. βάθους.* — Lin. 17 leg. 419.

Ad pag. XXIX, adn. 22. De Apolline medico - vate cfr. etiam Lobeck. Aglaoph. p. 311, adn. o) et p. 315, adn. s).

Ad pag. XXXV, adn. 31. Ad priorem sententiam confirmandam aliquis dicat apte adnotari posse, de quo monuit Lobeckius Aglaoph. p. 1257, adn. f), apud veteres omnino, non apud Spartanos solum, ut docet Kirchmannus, de funer. I, 10, etiam eum morem obtinuisse, ut mortuos in purpura conderent. — P. XXXV, lin. ult. scr. »amictu«; p. XXXVI, l. 4: indicaverunt«.

Ad pag. XLVI. In locis, quos ad vocabuli *δωμάτων* vim usumque eum, quem dixi, probandum in medium protuli, sunt, de quibus hodie aliter statuerim. Et is quidem, qui legitur apud Eurip. Ione, utrum jure advocatus sit, an minus, hoc loco non inquiram, quia de re judicari nequit, nisi ratione templi Delphici, quae adhuc minus cognita est, accuratius exposita, id quod spero fore ut mihi mox liceat alibi facere. Ad eos, qui loco ex Eurip. Electra allato verbum *οἶκον* corruptum putant et in *ὄχθον* mutandum conjiciunt, pertinet etiam Lobeckius. »Neque enim«, ait vir summus adnot. ad Sophocl. Aj. Vs. 598, »*οἶκος Κεκροπίας, Καδμείας* vel simile quid dici memini.« Sed similiter dictum jam illud *δώματ' Ἀργείας χθονός*, quod ex eodem poeta petitum paullo infra proposuimus. Quaeritur autem, num utriusque dictionis explicatio ea, quam nos dedimus, vera sit. Barnesius verba *δ. Ἀ. χθ.* sic in latinum convertit:

sedes Argivae terrae. Ego hodie nescio an ita interpretari praestet: domus, quae sunt in terra Argiva, et alteram illam dictionem: aedes, quae est in Cecropia. Quippe videtur Euripides intelligere notissimum illud Erechtheum, quae prisco illo tempore sola fuit aedes in arce Athenarum. Atque hac ratione locus etiam accuratius congruit cum eo, qui paullo supra legitur, Vs. 1255 seqq. Matth., de quo consule quae disputavimus p. LVII. Jam comparaverit aliquis etiam illa in vulgus nota: πύργους γῆς Ἰωλκίας, Med. Vs. 7, Ἑλλάδος εὐΐππου πύργους καὶ τείχη Iphig. Taur. Vs. 132 sq., πύργωμα Θηβαίας χθονὸς Phoen. Vs. 287 Matth. Nollem factum, quod nimio caussae probandae studio ductus locum Aristophanis in censum vocavi; non dubitandum est, quin verba πάγχρυσον οἶκον ab interpretibus recte ad templum Dianae relata sint. Nec forsan computandus erat locus, qui legitur apud Euripidem Pel. fr. cit. »ex edit. Barnesii« (addere debebam »recusa et a Beckio curata« — qua usus sum, ubicunque fragmenta Euripidea attuli —, igitur ex recensione Musgravii). Musgr. verba sic interpretatus est: antrum terrae clausum. Bernhardy Syntax. p. 138: »vermuthlich γαίας κλειστὸν innerhalb der Erde«. Lobeckio, adnot. ad Ajac., p. 464 sq. »videtur potius καταγαίαιον κλειστὸν significari, simile illis, in quibus Epimenides, Pythagoras aliique miraculorum fabri aliquamdiu delituisse feruntur.« Haud scio an per se etiam interpretari liceat: ἐπὶ γαίας, sed nihil decerno. De eo vocabulorum usu, quem exemplis probare volui, cfr. etiam Passov. in Lex. s. v. δόμος, qui tamen fallitur, illud Homericum: Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον de tota urbe Athenis dictum censens.

Pag. XLVIII, lin. 6 (ab ima p.) post »maximam« insere: »vel antiquissimam.«

— LIX., l. 10 post »disputabimus« insere »adnot. 87 et«.

Ad pag. LXXXIV, lin. 31 seqq. Quum librum a Boettigero citatum denuo inspicere licuit, vidi, in eo ectypi, de quo sermo est, non esse imaginem expressam, sed tantum descriptionem propositam, quae in latinum conversa ita se habet: Minerva in curru, quem duo equi trahunt. Quo, opinor, error Boettigeri manifestus fit.

Pag. CIX, lin. 13 pro verbis »filia — vero« scr. »Jove prognata sit, non.«

Ad pag. CXV inf. Adnotatio Harpocrationis nihil probat, sed οἱ διαδικαζόμενοι sunt οἱ φόνον ἀγῶνα διώκοντες ἢ φεύγοντες, ut etiam apud Beckerum Anecdd. p. 409, l. 13: διωμοσία· ὁ ἑκατέρωθεν γινόμενος ὅρκος ὑπὸ τῶν διαδικαζομένων κ. τ. λ. Locus Demosthenis est p. 642 Reisk. Nec fugiebat me haec verbi διαδικάζεσθαι vis notissima; sed quum de singulari quadam re significari crederem propter adjectum

ab Harpocratione vocabulum κυρίως, conjiciebam de cognitione caussae apud archontem regem institui solita sermonem esse, quam διαδικασίαν appellatam esse opinarer, ut et Matthiae, l. c. p. 162, adn. 30, et alii statuerunt, fretus noto illo loco, qui est apud Antiphontem, orat. de choreuta, ubi tamen jam video a Bekkero, p. 80, 42, 2, e cod. A. repositum esse: προδικασίας. — Lin. prim. scr. 130 pro 133.

Ad pag. CXXVII adnot. Minervae fulmen gerentis e numis et artis operibus facile plura exempla addi poterunt; vide v. c. numum Phaselitarum supra p. LXXXIV commemoratum et ectypon e vitro conflatum, quod describitur a Raspio libro ibid. citato № 1753.

Ad pag. CXXXVIII sq.. adn. 14. Hodie in eam sententiam propendeo, ut in loco Euripidis emendationem Hermanni, Eurip. Tragoed. Vol. I, P. III, p. 34 sq. pro χιτώνων scribendum censentis: χλιδώνων, recipiendam esse existimem, sed hac conditione, ut Hermannus vicissim eam verborum construendorum atque interpretandorum rationem, quam ego proposui, suam faciat, nam ea, quae ipsi arrisit, nullo potest pacto ferri. Legendum igitur: ἡ δ', ἐκ χλιδώνων, π. πν. καὶ φ., πτ. ἐ., h. e. illa vero, armillis sive torquibus induta cett. Neque, quum ea scribebam, quae p. XLII sq., adn. 37 leguntur, memineram, quae ab Hermanno, l. c. p. 35 sq., de loco Euripideo illic tractato nuperrime proposita esset sententia; quam ego quidem falsissimam duco, eam hodie quoque tuens interpretandi rationem, de qua p. CXLV, adn. 31, significavi.

Pag. CXLII, lin. 23 post »locis« insere: »(exceptis iis, ubi de Cynicis sermo est, quibus locis vel per se nihil impedit, quominus baculum, pariter atque barbam, non tragicae Furiae, sed Cynici, intelligi sumamus).« — Lin. 11 (ab ima pag.) post »verbis« exciderunt haec verba: »cum locis, quos supra, pag. CXXXV, adn. 5, citavimus, comparatis«. Video quidem, Hermannum, libro modo citato, p. 35, scribentem: »Scilicet Furias, quae Aeschylo πεπλεκτανημέναι πυκνοῖς δράκουσι dicuntur, et collum anguibus vinctas et brachia tortuoso volumine serpentum circumplicatas fingi antiqua monumenta docent« — aliter statuere, sed non audio. Nec me quominus illa ponerem, prohibuit, quod Aeschylus addidit: αἵδε Γοργόνων δίκην, —, quamquam probe tenentem, jam in scuto Herculis, Vs. 233 sq., Gorgonibus ipsos serpentes pro cingulis esse.

Reliqui calami errores et vitia typothetae in calce libri indicabuntur.

II.

ADNOTATIONES

IN

AESCHYLI EUMENIDES.

Vs. 9—11.

Λιπὼν δὲ λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα,
κέλσας ἐπ' ἀκτὰς ναυπόρους τὰς Παλλάδος,
ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνησσοῦ θ' ἕδρας.

In versu, qui horum primus est, interpretes vocabulum *χοιράδα* aut ita ceperunt, ut Cynthum montem intelligi vellent, aut ita, ut verbis *Δηλίαν χοιράδα* insulam ipsam, asperam illam et salebrosam, significari censerent, periphrasi quadam, cujus exempla larga manu congessit Schwenckius. At prior interpretandi ratio ferri nequit, quum *χοιρὰς* non usurpetur nisi de scopulis marinis vel litoralibus *). Restat igitur so-

*) Cf. locos apud Stephanum in Thesauro, ed. Londin. et in nota apud Hesychium s. v. Testatur poeta ipse in Persis Vs. 413, ubi vid. Blomf. in glossario. Quamquam, nisi loquendi usus obstaret, optime haberet *χοιρὰς* de Cyntho dictum; cf. Strabo X, 5: *ὄρος ὑψηλὸν ὁ Κύνθος καὶ τραχύ.* — *Χοιρὰς* cum cognatis ei vocabulis *χηραμός*, *χερὰς* cett. derivandum est a *κείρω*, ad quam radicem spectat etiam memorata infra Vs. 22 *Κωρυκὶς πέτρα*, ubi quid valeat vocabulum, declarat additum verbum *κοίλη*; *χοίριος νάπη*, cujus meminit Pausan. I, 1, 1; *Κρισαῖαι πτυχαὶ* apud Pindarum Pyth. VI, 18; denique *ἡ Κίρφις*, quod Strabo X, 3 vocat *ὄρος ἀπότομον*. Graeco ad amussim respondet Germanicum vocabulum »Scheere.« Scilicet etiam *κείρω* antiquitus primam habuit *σ* literam, postea evanidam factam, id quod saepius ante *κ* videmus accidisse. Remansit tamen in cognatis quibusdam verbis, e. g. in *σκιῤῥὸς* (*σκειρός*, *σκηρός*), unde trajectis primis literis ortum *ξηρός*, prorsus ut latinum vocabulum *siccus* ducendum est a secando. Huc pertinet *Σκῦρος*, insulae nomen, quod Strabo impositum dicit *διὰ τὸ σκληρὸν καὶ σκυρῶδες, ἤτοι λιθῶδες.*

lummodo altera, qua totam insulam unam quasi rupem esse innuitur. Huic non patrocinantur Euripidis verba, Troadd. Vs. 89 seqq.

Ἀκταὶ δὲ Μυκόνου Δηλίαι τε χοιράδες,
Σκῦρός τε Λῆμνός θ' αἱ Καφήρειοί τ' ἄκραι
πολλῶν θανόντων σώμαθ' ἕξουσιν νεκρῶν.

Ubi quid sibi velint Δηλίαι χοιράδες, optime docet locus Aeschyleus supra laudatus:

Ἀκταὶ δὲ νεκρῶν χοιράδες τ' ἐπλήθυον,

ubi schol. χοιράδες, θαλάσσιαι πέτραι.

Omnino fatendum, etiam hanc interpretationem non magnam habere verisimilitudinis speciem. — Utriusque apud scholiastam A. vestigia reperiuntur. Idem diversam lectionem servavit, si quae verba apud eum leguntur aperte corrupta: Ἄλλως· Δηλίαν τε χοιράδα· τὴν στρογγύλην in integrum restituuntur in hunc modum: Δηλίαν τὴν γυράδα· τὴν στρογγύλην. Ut hunc versum lucremur:

Λιπὼν δὲ λίμνην Δηλίαν τὴν γυράδα.

Mireris neminem tale quid sensisse, licet monente de corruptela jam Wakefieldo, latere in voce depravata χοιράδα suspicante κοιλάδα, quod quidem probari omnino non potest. Sic λ. γυράδα vocasset Noster, quam alii τροχόεσσαν, τροχοειδῆ, περιηγῆ; vide, quos provocavit Schuetzius, quibus adde Theogn. Vs. 7. Vocabulum etsi hoc uno tantum loco obvium, tamen legitime formatum. Ita juxta reperiuntur γυμνὸς et γυμνάς, κοῖλος et κοιλάς, λισσὸς et λισσάς, alia. Est haec una ratio tollendae difficultatis, haud ea, ut mihi quidem videtur, improbabilis. Sed licebit quoque rem ita profligare, ut ponas, verba τὴν στρογγύλην primitus glossam effecisse ad vocabulum λίμνην adscriptam, post vero falsum lemma praepositum: Δηλίαν τε χοιράδα, ut hoc non emendandum sit, sed ejiciendum et pro eo λίμνην reponendum. Quam sententiam etiam probabiliorem ducas. Utut statuas, non putaverim illam genuinam esse lectionem et vere ab Aeschylo profectam. Nam primum omnes, quae a scholiasta afferuntur variae lectiones nullius omnino pretii sunt, vide V. 66, 769; deinde, quamvis vocabuli stirps satis antiqua sit, Attici tamen nihil hinc delibasse videntur Lobeckio ad Phrynich. p. 417. Veram

explicandi rationem monstrant loci Euripidis atque Aeschyli supra citati. Ibi enim ut ἀκταὶ Μυκάνου et Δηλίαι χοιράδες conjunctae sunt eadem significatione vel ἀκταὶ χοιράδές τε unam quasi notionem efficiunt, sic etiam nostro loco illud Δηλίαν τε χοιράδα tenendum est et respectu ad sequentia verba ἀκτὰς τὰς Παλλάδος usurpatum putandum. Est ita de litore scopuloso intelligendum. Quorsum pertinet glossa Cyrilli apud Biel. ad Hesych. s. v. χοιράδες, πετρῶν ὄχθαι. Ita Euripides Androm. V. 1269 dicit χοιράδα Σηπιάδα, quam Herod. VII, 183, alib. ἀκτὴν Σ. Simile est verbum ῥαχία Prom. 714. Neque in singulari numero offendendum, quum apud Euripidem de eadem re pluralis sit. Potest enim vocabuli terminatio cumulum et copiam scopulorum, qua litus fere constat, denotare, ut in verbis λιθάς, φυλλάς, similibus, eandem vim habet. Ceterum vocem λίμνην male nonnulli de mari intelligunt. Vocabulum Δηλίαν ad utrumque sententiae membrum pertinet, indigitante jam positione ejus. Vide de hac re Matth. Gr. Gr. II. §. 428, 4, ubi locus Eur. Orest. V. 406 magnam fidem facit lectioni βροτοῖς θέρος, Agam. V. 5, quae est in Cod. Ven. Flor. Farn. Porson. et Pflugk. ad Eur. Hec. V. 370. Adde Eur. Orest. V. 972 μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ καὶ || μέσον χθονὸς τεταμέναν || αἰωρήμασι πέτραν. Similem esse collocationem praepositionum notavit Matth. l. l., de qua dixit §. 595, 4. Veram ejus caussam aperuit Dissen. ad Pind. Nem. X, 38. Licet autem hanc regulam multo generalius eloqui; vide nos ad Vs. 180.

Ad Vs. 15 et 16 non possum, quin breviter dicam de scholiis, hoc loco, ut omnino, praesertim ab initio fabulae, valde corruptis turbatisque. Quamquam partem saltem operae feliciter jam suscepit in se Stanlejus, monens verba inde ab Ἐπαφρόδιτος usque ad οἱ Δελφοί, antea primo fabulae versui adscripta, transferenda esse ad Vs. 16. Idem valet de verbis, quae illis excipiebantur in editionibus inde a Πίνδαρός φησι usque ad ἡ Γῆ, minime divellendis a sequentibus. Neque enim in iis tam de Terra sermo est, quam de Apolline, vel potius de ratione, qua hic oraculo Delphico potitus sit, ut non dubitare liceat, quin verba haec primitus adscripta fuerint ad Vs. 15

1*

et 16, ubi Aeschylus alia tradit de eadem ipsa re, quam Pindarus. Sed Terrae commemorationem facile intellectu est ansam dedisse omnium verborum, quae e Pindaro et Epaphrodito attulerat scholiastes, transferendorum a loco suo ad Vs. 1, ubi illius mentio fit. Similiter, quae infra in schol. B. verbis τούτους ἐν εὐχαῖς adscripta leguntur: τοῦτο φησὶν ἐπεὶ δραματικὴ ἐστὶν ἡ ποίησις cett. et res ipsa docet et scholiastae A. comparatio pertinere ad Vs. 29: ἔπειτα μάντις cett. Contrario modo quae in schol. A. ad verba δείσασα γὰρ annotata reperiuntur: τὰ δεινὰ δείσασα ἐξέπεμψε cett. ad Vs. 34: ἢ δεινὰ λέξαι cett. transferantur oportet. Cf. schol. B. In quibus dubito num recte subvenerit Schwenckius vocabulo δείσασα scribendo δείσασαν, quod prorsus ejiciendum videtur, ut omissum est apud Robort. — Redeamus jam ad scholia ad Vs. 15 et 16 adscripta, quae insuper etiam corrupta sunt. Nam quae scholiastes A. habet Δελφός τε· καὶ ὁ Δελφὸς λεώς, ὅς ἐστι τῆς χώρας ἄναξ καὶ κυβερνήτης, nisi credere malis, mirifice halucinari hominem, id quod in re tam perspicua et in tanta scholiorum horum depravatione difficile est ad credendum, ita refingenda sunt: Λεὼς Δελφός τε· λεὼς καὶ ὁ Δελφός, ὅς ἐστι cett. Praeterea schol. B. τιμαλφεῖ· ἣν τιμᾷ in mendo cubat. Quod praesertim quum apud Hesychium sit: τιμαλφεῖ, τιμᾷ, tollere possis reponendo ἤγουν τ. vel ἤτοι τ., depravationis caussam in compendio quodam scribendi sitam ratus. Sed veri videtur similius esse, dedisse scholiasten ἐντιμᾷ, quod vocabulum Stephano teste reperitur apud LXX bibliorum sacrorum interpretes, 2 Reg. 1, 13. 14. cf. eundem Hesychium sic scribentem: τιμαλφής, ἔντιμος cett. Αἴσχυλος δὲ ἐν Ἐπιγόνοις ἐπὶ τοῦ ἐντίμου. —

Vs. 21—29.

Παλλὰς Προναία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται.
Σέβω δὲ νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα
κοίλη, φίλορνις, δαιμόνων ἀναστροφή.
Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ,
ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεός,
λαγὼ δίκην Πενθεῖ καταρράψας μόρον·
Πλειστοῦ τε πηγάς, καὶ Ποσειδῶνος κράτος

καλοῦσα, καὶ τέλειον ὕψιστον Δία,
ἔπειτα μάντις εἰς θρόνους καθιζάνω.

Pythia, primo loco invocatis diis, quorum oraculum vel fuerat antea, vel tum erat, ad eos se convertit, qui in regione adjacente colebantur, et primum quidem ad Minervam Προναίαν, quae proxima erat loco, donec in fine ad templum Apollinis reversa, eos invocat, qui ibi sedem habebant, sed oraculi non erant participes.

In primo ex his versibus codd. omnes praebent Προναία, quam lectionem etiam scholiastes tuetur auctoritate sua. Pro hac Hermannus cum Lennepio ad Phalaridis epistolas p. 143 seqq. Πρόνοια substituendum esse contendit. Frustra. Et adversatus est Muellerus, ut Lennepio jam antea Creuzerus in Symbol. p. II. pag. 792 sq. ed. II. Nos de Minerva Pronaea Delphis culta disseremus alio loco, re universa denuo in examen vocata. Idem Hermannus non Προναία, sed Προνῴα scribendum esse censet. De qua re etiamnunc dubito. Sed est ea altioris indaginis. Vide interim Lobeck. ad Phrynich. p. 404, not.

In altero versu Κωρυκὶς πέτρα scholiastis est Παρνασσός, Stanlejo rectius ἄντρον Κωρύκιον, quam sententiam non debebat retractare in curis secundis. Cf. Elmsl. ad Eur. Bacch. 559. De hoc antro videndus inprimis Pausan. L. X. C. 32, §. 5. (Phocic. p. 878). Habebatur id potissimum Nymphis et Pani sacrum, quae numina innuuntur verbo δαιμόνων, nec vero Apollo et Bacchus, ut opinatur Stanlejus in cur. sec. Ad Parnassum in universum referenda sunt verba τὸν χῶρον, vers. seq.

Versu 23 quum in cod. Med. ap. Weigel. Guelph. et ed. Rob. Ald. sit ἀναστροφὰ, quod propius accedit ad ἀναστροφαί, quam ad ἀναστροφή, non dubitaverim illud, quippe quod insuper integrum praebeat cod. Farn., recipere in ordinem, quamvis refragante scholiasta ad Vs. 24: Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον) διὸ εἶπε δαιμόνων ἀναστροφή.

Ad versum 26 haec adnotavit Schuetzius: »λαγὼ δίκην] sicut lepusculus enim discerpitur, Pentheus a Bacchabus lacerabatur.« Minime vero. Non liquet, cur potissimum leporum proprium dicatur, ut discerpantur. Λαγὼ δίκην est proverbialis loquutio, cujus

sensum recte explicuerunt scholl. A. et B., apud quem pro ὑποπτήξοντα legendum ὑποπτήξαντα. Cf. interp. ad illud Demosthenis: λαγὼ βιὸν ἔζης, pro corona p. 314, 24. Hemsterhus. ad Lucian. Somn. c. 9. T. I. p. 13. Valcken. ad Herod. p. 537, 43. Wessel. De re ipsa videndus Euripides in Bacch. Vs. 1114 seqq.

Quod de versu sequente dicit Stanlejus: »non sine ratione et Neptunum invocat, cujus prius fuerat urbs Delphi, donec eam Calauriae (Taenaro, ut Strabo) permutaverat« parum cogitate fecit. Nam hoc si voluisset significare invocatione illa, supra Vs. 2 mentionem dei injecisset Aeschylus. At non sequitur eam famam Noster. Invocatur Neptunus, quia colebatur Delphis, et id quidem cognomine Ἀμοιβέως; ut tradit Tzetzes ad Lycophr. V. 617. Exstitit nimirum ara ejus, in templo Apollinis exstructa. Cf. Pausan. Phocic. p. 858 (X, 24, 4.). Alia est ratio, cur in fine τέλειος ὕψιστος Ζεὺς invocetur. Fuit tamen etiam Jovis Moeragetae statua in eodem templo. Vide Pausan. l. l. Muellerus in edit. Eumenid. p. 101. Jovem intelligit Λυκωραῖον. —

Vs. 34—37.

Ἦ δεινὰ λέξαι, δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν
Πάλιν μ' ἔπεμψεν ἐκ δόμων τῶν Λοξίου,
ὡς μήτε σωκεῖν, μήτε μ' ἀκταίνειν στάσιν·
τρέχω δὲ χερσὶν, οὐ ποδωκίᾳ σκελῶν.

Pro στάσιν in cod. Med. apud Weigel. suprascriptum reperitur βάσιν, estque ea varia lectio etiam apud Stephanum. Quam plurimi receperunt, improbante tamen Wellauero, quem vide. Phrynichi verba, quibus locus noster respicitur, jam leguntur apud Bekkerum in Anecd. T. I. p. 23. 7. Etiam Fixius in Thesauro Steph., ed. Paris., s. v. ἀκταίνειν, legit στάσιν, hac addita explicatione: »ut neque valeam, neque erigere possim stationem, quod ita dictum est, ut accusativo στάσιν praedicetur id, quod voce ἀκταίνω efficiendum erat, h. m. Neque me attollere possim, ut erecto gradu insistam.« Haec ille. Et commendatur ea lectio ab auctoritate librorum mscr. Quod enim Robertus Enger in libello de Aeschyliis Antistrophicorum responsionibus p. 7 putat, glossas libri Medi-

cei »in satis magno earum numero maximam partem veritatis fere commendari specie,« id non sine magna cautione accipiendum est. In nostra fabula hae extant: V. 66. πρέπων, V. 513. ἀκέσῃς, V. 667. σέβειν, V. 769. στηνάγματα (sic in collat. Weigel.), V. 964. ὑμεῖς. Quarum diversa ratio est. Sed genuinam lectionem, me judice, nulla continet, excepta postrema, ubi vitium apertum erat. — De verbo σωκεῖν vide quos laudavit Schaef. in Thesauro Steph. ed. Londin., s. v. Hesychius: σωκεῖ, ἰσχύει, βοηθεῖ. Similiter alii. Priorem significationem habet apud Sophocl. Electr. V. 118. Alteram recentioribus adscribit schol. ad eum locum: σωκῶ) ἀντὶ τοῦ ἰσχύω· οἱ δὲ νεώτεροι ἀντὶ τοῦ σώζω. Reperitur vocabulum etiam apud Leonidam Tarentinum, vid. Brunck. Anal. P. I. pag. 234, sed loco corruptissimo. Utramque ejus vim ac notionem grammatici agnoscunt in voce σῶκος explicanda, Hom. Il. XX, 72. — Mira est scholiastae glossa: σωκεῖν) διὰ τὸ γῆρος. Credas principio, scribendum esse μήτε σωκεῖν) δ. τ. γ. Hesychius: σῶκον, ἀδύνατον. An igitur grammaticus statuit, σωκεῖν idem esse posse, quod ἀδύνατον εἶναι? Sed hoc parum credibile est. Nec defuerunt, qui lexicographi verba censerent corrigenda esse. Omnino locum Aeschylium accuratius consideranti patet, illa scholiastae verba hic inepta esse, ut potius dubitandum sit, num huc pertineant. Forsan adscripta fuerunt verbis: ἀντίπαις μὲν οὖν, V. 38. — De vocabulo ἀκταίνειν vid. Ruhnk. ad Tim. p. 20 ed. II. Fix. in Steph. Thesauro l. l. Bergk. ad Anacr. p. 248, qui nostro loco βάσιν legit. —

Vs. 39—45.

Ἐγὼ μὲν ἕρπω πρὸς πολυστεφῆ μυχόν·
ὁρῶ δ' ἐπ' ὀμφαλῷ μὲν ἄνδρα θεομυσῆ
ἕδραν ἔχοντα, προστρόπαιον, αἵματι
στάζοντα χεῖρας, καὶ νεοσπαδὲς ξίφος
ἔχοντ', ἐλαίας θ' ὑψιγέννητον κλάδον
λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον,
ἀργῆτι μαλλῷ· τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ.

In verbo μεγίστῳ et antea offenderant viri docti et nuperrime Fritzschius, quia monumentorum anti-

quae artis, ubi hujusmodi ἱκετηρίαν saepius videre est, nullam habebant rationem. Dixit de ea Muellerus in notis ad vers. Eumen. p. 111. Sunt autem verba λήνει μεγίστῳ de vittis praelongis intelligenda, quas, quum moris fuisse monumenta doceant, nec removere licet emendando, nec cum Wakefieldo ex timore omnia sibi graviora atque ampliora fingente aut ex obscuritate ineuntis diei, ubi majora omnia specie evadant, opus est explicare. Vide, ut hunc unum laudem, Orestem supplicem apud Millinum »Galerie Mythologique« tab. CLXX. n. 622, de quo ita vir doctus in explicatt.: »il tient à la main un rameau d'olivier entouré de longues bandelettes.« Verum jam pridem invenisse video interpretem Francogallicum Dutheilium, qui verba Graeca sic in linguam suam transtulit: »il tient une épée nue, et un rameau couronné, selon l'usage, de longues bandelettes de laine blanche.« —

Vs. 46—57.

Πρόσθεν δὲ τἀνδρὸς τοῦδε θαυμαστὸς λόχος
εὕδει γυναικῶν ἐν θρόνοισιν ἥμενος.
Οὔτοι γυναῖκας, ἀλλὰ Γοργόνας λέγω·
οὐδ᾽ αὖτε Γοργείοισιν εἰκάσω τύποις·
εἶδόν ποτ᾽ ἤδη Φινέως γεγραμμένας
δεῖπνον φερούσας· ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν
αὗται, μέλαιναι δ᾽ ἐς τὸ πᾶν βδελύκτροποι·
ῥέγκουσι δ᾽ οὐ πλαστοῖσι φυσιάμασιν·
ἐκ δ᾽ ὀμμάτων λείβουσι δυςφιλῆ βίαν·
καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα
φέρειν δίκαιος, οὔτ᾽ ἐς ἀνθρώπων στέγας.
Τὸ φῦλον οὐκ ὄπωπα τῆςδ᾽ ὁμιλίας — κ. τ. λ.

Levius est, sed notandum tamen, quod scholiasta ad Vs. 47 et 64 et post hunc Muellerus in parepigr. post Vs. 63 et in notis pag. 102 extr. circum Orestem Furias in soliis sedentes dormitasse tradunt, quum tamen poeta ipse satis liquido testetur, has ante illum sedem habuisse, similiter ut apud Virgilium Aen. IV, 473 »sedent in limine Dirae,« quem locum video etiam Stanlejo in cur. sec. in mentem venisse. Erroris fons, opinor, fuit locus, qui est Vs. 111 sq.

Ὁ δ' ἐξαλύξας οἴχεται νεβροῦ δίκην,
καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυσμάτων
Ὤρουσεν.

Sed ibi figurate loquitur Clytaemnestra. Cf. Vs. 142. Solia, quae exstitisse in adyto templi Delphici ante umbilicum e Vs. 47 colligere licet, conjicio destinata fuisse *Ὁσίοις* illis, qui, dum vaticinabatur Pythia, assidebant. Neque enim caussam video idoneam, cur ficta ea dicamus a poeta.

Post versum 49 excidisse sibi videri aliquid primus significavit Wakefield. Idem postea statuerunt Schuetz., Herm., Boettiger. in libro, quem de persona Furiarum scripsit p. 12, Schwenck., Burgess. E quibus nuper Herm. has judicii sui caussas protulit: verba *εἶδον — γεγραμμένας δεῖπνον φερούσας* non cohaerere apte cum antecedentibus, efflagitari necessario subjectum, quod vocetur, ut nunc legatur locus, neminem posse, quin vocem *γεγραμμένας* ad Gorgones referat, opus esse, ut poeta eodem modo, quo dicat, cur Furias non esse Harpyias putet, caussas aperiat, cur eas non pro Gorgonibus habeat. Atque hanc quidem, quum ceterae magis ad sensum spectent, qui non omnibus est idem, quamquam ipse verissimas habeo, gravissimam caussam, ego primam fecissem, utpote quae vel sola, turbata esse poetae verba, ostendat. Vellem praeterea scholiastae mentionem injecisset vir doctus, quem neutiquam eam, quae vulgo circumfertur, lectionem ante oculos habuisse, apparet. — Quae contra monuit Muellerus: hoc abruptum dicendi genus optime convenire sacerdoti meditanti ac deliberanti, neque offensionem habere participium sic nude adhibitum, quum cetera verba sententiam poetae satis manifestam reddant, in quam rem conferri jussit Eurip. Jon. V. 212. 213: *λεύσσεις οὖν ἐπ' Ἐγκελάδῳ γοργωπὸν πάλλουσαν ἴτυν;* ea non diffiteor quidem per se speciose esse disputata, sed hic non audienda arbitror. Neque his verbis omnes Hermanni objectiones refutavit Muellerus; scholiastae nihil tribuit.

Eatenus igitur quum faciam cum Hermanno, ut poetam contendam in vitio esse, non possum tamen ei dare manus, de lacuna locum postulanti. Sed priusquam sententiam meam proferam, dicendum est de Schwenckii opinione, Grammaticum, qui de metris

Eumenidum scripserit, versum, qui nunc desit, legisse censentis. Unde tandem hoc scit vir doctissimus? Scholiastae haec verba sunt: — *οἱ δὲ στίχοι τρίμετροι ἀκατάληκτοι ρλέ.* Quibuscum si contuleris finem scholii: *ὁ δὲ τελευταῖος, Ἕπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν,* credas fere, verum vidisse Schwenckium. Sed frustra. In sequentibus enim haec refert Grammaticus: *μετὰ δὲ τὸν ρις΄, τὸν ριη΄, τὸν ρκ΄, τὸν ρκβ΄ κώλου τμήματα δ΄, ἃ μονόμετρά ἐστι βραχυκατάληκτα. Μετὰ δὲ τὸν ρκδ΄, ἕτερα β΄ κῶλα· ὧν τὸ ἓν δίμετρον βραχυκατάληκτον· τὸ δὲ ἕτερον ἑφθημιμερὲς ἐκ τριβραχέων. Εἰ δὲ τροχαϊκὰ τὰ κῶλα ταῦτα εἴποις, οὐκ ἂν ἁμάρτοις.* Unde perspicuum est, hominem usque ad versum 124 eundem versuum numerum repperisse in codice suo. Quid vero, quum versum, qui nobis hodie est 134, dicat 135, et trimetrum quidem iambicum 135, appareat autem, eum versum, qui hodie est 125, non vocasse in censum, nonne luce clarius est, legisse scholiasten duos versus, qui in iis, quibus uti nobis jam licet, libris ex ordine verborum exciderint? Id acciderit oportet a versu 125 usque ad versum 134. Nec scio sane aptiorem locum, quam post versum 131, ubi, quamvis illud *οὐδ'* versum mendosum esse testetur, tamen tot emendandi pericula fecerunt viri docti, et facere post illa possunt similem difficultatis tollendae viam ingressuri, ut merito Wellauerus dixerit, omnem correctionem incertam esse *). —

---

*) Sic non necesse esset, mutare vocem *οὐδ'*, sed credere liceret, pertinere eam ad versus perditos. Attamen de re minime constat. Difficilis autem conjectura est veritatis. Neque enim liquet, quanti istorum scholiorum, ut nunc quidem circumferuntur, aestimanda sit auctoritas. Sed non possum, quin hoc loco addam nonnulla, ad judicium de iis ferendum facientia. Qua in re elegi eos locos, ubi de versibus iambicis trimetris disserit grammaticus, quia id genus versuum erroribus omnium minime obnoxium est. Et primo quidem loco observandum, eum a Vs. 975 octodecim trim. iamb. testari a se legi, non undecim, ut vulgo. Unde, quum aliis de caussis certissimum sit, lacunosam esse illam Minervae orationem, haud sine quadam verisimilitudinis specie conjicias, scholiastam codice usum esse a nostris plane diverso eoque hoc loco integriori. Versum 374 sic citat *τάξιν γ' ἔχουσα καὶ* cett., quam lectionem e nullo libro

Sed redeat disputatio nostra ad Vs. 49 seqq. Dixi me non assentiri Hermanno, post versum 49 excidisse nonnullos versus autumanti, in quibus rationes dederit Pythia, cur sibi Furiae non videantur esse Gorgones, quo facto in hunc fere modum verba fecisse sacerdotem:

ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἁρπυίαις προςεικάσαιμί νιν·
εἶδόν cett.

Age enim, inspiciamus scholia. Scholiastes A. haec habet ad verba *οὐδ' αὖτε Γοργείοισιν* adscripta: *ἀλλ' οὐδ' Ἁρπυίας αὐτὰς λέγω· εἶδον γὰρ αὐτὰς ἐν γραφῇ πτερωτάς.* Ubi tantum differt a lemmate explicatio, ut rem hancce neminem adhuc advertisse non satis queam mirari. Sed tolles hoc vitium, si mecum ita scripseris: *οὐδ' αὖτέ γ' Ἁρπυίαισιν) ἀλλ' οὐδ' Ἁρπυίας αὐτὰς* cett. Quae perquam facilis est emendatio, ut in qua literae similis respondeat litera accuratissime. At enim vero objiciat aliquis, refragari scholiasten B., qui in glossa ad verba *ἀλλὰ Γοργόνας* adscripta, utatur vocabulo *Γοργείοισι.* Ponamus verum esse, quid refert? Sequitur enim nihil, nisi hoc, non legisse illum, quod schol. A. In tali vero caussa vel unus iste testis sufficit. Sed non est verum, id quod verba, quae sunt in lemmate, docent et melius etiam intelliges, si notata a scholiasta A. ad Vs. 48 et 49 contuleris. Perspicuum est autem, scholion illud, quod vulgo ad verba *ἀλλὰ Γοργόνας* adscriptum sic legitur: *πρὸς τὸ φοβερὸν τῆς ὄψεως φησὶ Γοργείοισι· καὶ γὰρ τὰς Γοργόνας λέγουσι δείματα φέρειν ἀνθρώποις, τὸ δὲ ὅλον εἶδον φησὶν αὐτὰς ἐν γραφῇ πτερωτάς, ἀλλ' οὐχ ἁρπακτικάς* ad utrumque versum pertinere. Quod quum

---

mscr. allatam video, et iamb. trimetrum esse notat. Ad Vs. 135 prodit, in sequenti cantico esse duodecim versus iamb. trim., sunt vero nonnisi undecim. Ad Vs. 235 octodecim iamb. trim. numerat. Hodie in editionibus reperiuntur septendecim. Sed quum apud Rob. et in cod. Farn. V. 265 legatur *τῇ φρενί*, dicas grammaticum idem ante oculos habentem hunc in censum vocasse. A versu 536 usque ad versum 747 refert *στίχους ἰαμβικοὺς τριμέτρους ἀκαταλήκτους ρμθ'* esse. Sed numerus multo major est. Scribendum foret *σιβ'*. Denique ad Vs. 748 sequentis cantici tres primos versus dicit iamb. trim. acat. At primus non est.

aperte non solum corruptum sit, verum etiam mutilum turbatumque, intactum relinquere praestat. Videamus jam de loco Aeschylio ipso quid statuendum sit. Scripserat igitur poeta:

Οὐδ' αὖτε γ' Ἁρπυίαισιν εἰκάσω τύποις·
εἶδόν ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας
δεῖπνον φερούσας.

Τύποις valet: ob figuram, respectu habito ad speciem. Sententiarum nexus hic est. Primo adspectu Pythia putat, Furias esse Gorgones. Negat vero statim, eas Harpyiis comparandas esse. Mox tamen, re accuratius pensitata, quum videat, Furias non esse alis instructas, atras, sanguineo spiritu, oculis sanguinem stillantibus, pristinam opinionem abjicit, nunquam gentem talem se vidisse profitens. Sunt igitur verba *οὐδ' αὖτε γ' Ἁρπυίαισιν — φερούσας* in parenthesi dicta, ut sequentia *ἄπτεροί γε μὴν* cett. respiciant versum 48: *οὔτοι γυναῖκας, ἀλλὰ Γοργόνας λέγω.* Hanc rationem si probaveris sententiae aptissime se excipient, omnia, quae in vulgata lectione non ferenda esse supra contendimus cum Hermanno, optime se habebunt, neque amplius de lacuna ut cogitemus opus erit. Accedit vero etiam alia caussa, ex specie et figura Furiarum Aeschyliarum cum ea, quae Gorgonibus et Harpyiis tribuebatur apud veteres, desumpta, cur ita statuamus oporteat et potissimum, cur non probemus lacunam talem, qualis placuit Hermanno. Gorgones enim, quarum formam, qualem sibi informaverit Noster, aliunde scimus (cf. Prom. 800. 801. Choeph. 1044 seqq.), revera Furiis tam similes erant, ut primo saltem obtutu confundi possent cum illis, Harpyiae non item *). Quare, quum antea dixisset: *πρόσθεν δὲ τἀνδρὸς τοῦδε θαυμαστὸς λόχος εὕδει γυναι-*

*) Elucet omni fundamento carere disputata a Boettigero l. l. p. 17 seqq. de similitudine Furiarum Aeschyliarum cum Harpyiis, quatenus hoc loco nitantur. Ex quo nihil concludere licet cum aliqua veritatis specie, nisi illud, fuisse Harpyias in pictura a Pythia memorata repraesentatas tanquam foedas mulieres alatas, non ita, ut magis ad avium similitudinem accederet earum figura. Cf. Mueller. Archaeol. §. 401, 1. Nam alias vel talis Harpyiarum hoc loco commemoratio ridicula esset.

κῶν, deinde vero: *οὗτοι γυναῖκας* (i. e. mulieres humanas) *λέγω*, totus vero sententiarum nexus doceret, de foedis quibusdam personis loqui Pythiam, de Harpyiis ne cogitarent spectatores, recte poeta paucis verbis interpositis cavere sategit, contra Gorgonum simillimarum comparatio, quae etiam in Choephoris Oresti sponte in mentem venerat, cur tamen locum habere non posset, explicandum erat paullo accuratius.

Restat jam unum. Nimirum, si verba *ἄπτεροί γε μὴν* seqq. opposita sunt verbis *ἀλλὰ Γοργόνας λέγω*, necesse est, quum etiam Gorgones atris vestibus indutae fuerint de sententia Aeschyli, ut vocabulum *μέλαιναι* non dictum sit de vestimentis *) Furiarum, sed de corpore ipso. Quod quum per se vero sit similius, tum alii loci verum esse arguunt. Diu est, eo quo ita statui, ab hoc loco orsus recte emendato. Post vidi, jam multo ante me eandem rem demonstratum ivisse Boettigerum l. l. p. 29, ubi et scriptorum veterum loci laudati sunt iidem fere, quibus usus eram et ipse, et pictura vasis cujusdam (apud Hancarvilium T. II. tab. 41.), in qua Furiae nigrum corpus conspicitur **). Non dubito, quin hoc inventum

---

*) Ad nigras vestes Furiarum spectant hi loci Aeschylei: Choeph. 1044. Eum. 332. 353. In Sept. 682 memoratur *μελαναιγὶς Ἐριννύς*, quae scholiastae est *μέλαιναν αἰγίδα φοροῦσα.* Quem locum vel similem aliquem ante oculos habuit Hymnographus Orphicus, quum Hymn. LXIX, 7 *θηροπέπλους* dicit Furias. De quo vocabulo displicent quae disputavit Boettiger. l. l. p. 37. not. Notus est Dionysus Melanaegis.

**) Citavit Eur. Orest. Vs. 408: *νυκτὶ προσφερεῖς κόρας* et Vs. 320: *μελαγχρῶτες.* Vide Electr. Vs. 1345: *χειροδράκοντες, χρῶτα κέλαιναι.* — Apud Aeschylum Furiae atrae vocantur Sept. 962. 977. Agam. 450., ubi tamen non opus est cogitare de corporis colore, ut in loco Ovidii Epist. Heroid. XI, 103:

Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes atrae.

In Hymn. Orph. LXX, 6. dicuntur *κυανόχρωτοι.* Apud Statium Theb. I, 597 seqq. *monstro Acheronte sub imo concepto Eumenidum thalamis* tribuitur *ferruginea frons.* Pausanias Arcadd. p. 669. (l. VIII. c. XXXIV. §. 2.) haec refert: *ταυτὰς τὰς θεὰς* (sc. Furias), *ἡνίκα τὸν Ὀρέστην ἔκφρονα ἔμελλον ποιήσειν, φασὶν αὐτῷ φανῆναι μελαίνας· ὡς δὲ ἀπέφαγε τὸν δάκτυλον, τὰς δὲ αὖθις δοκεῖν οἱ λευκὰς εἶναι, καὶ αὐτὸν σωφρονῆσαί τε ἐπὶ τῇ θέᾳ, καὶ*

sit Aeschyli, cujus non una excogitari potest idonea caussa, post receptum a ceteris tragicis poetis aliisque.

Hinc explicandus locus Aristophanis in Pluto Vs. 422 sq.:

ΧΡΕΜΥΛΟΣ.

σὺ δ' εἶ τίς; ὠχρὰ μὲν γάρ εἶναί μοι δοκεῖς.

ΒΛΕΨΙΔΗΜΟΣ.

ἴσως Ἐρινύς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας·
βλέπει γέ τοι μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν.

perperam intellectus, ut opinor, ab Hermanno in dissert. II. de Choro Eumenidum, Opusc. T. II. p. 142. Nam verbi ὠχρὰ quamvis variae sint significationes, tamen nihil impedit, quominus de pullo colore dictum arbitremur. Solent enim pauperes, quibus in sordibus fere tota vita est, etiam in facie hujus rei vestigia prae se ferre, neque eum colorem habere, quem laetioris fortunae homines ac delicati. En facetissimum poetam! Quum enim Χρ. dicat ὠχρὰν esse Paupertatem, Βλ., fortassis, inquit, Furia est e tragoedia, quarum scilicet persona scenica atra erat, certe vultus talem prodit.

Sequitur Vs. 53, ubi verba οὐ πλαστοῖσι φυσιάμασιν vel reddunt: »non fictis flatibus,« vel »non accedendis.« Hoc ut probaret Wakefield. citavit Hesych. πλαστά· προςπελαστά. Sed recte Alberti laudata Photii glossa: πλατά· προςπελαστά sic etiam apud Hesych. ordinem jubere scribi animadvertit. Omnino forma πλαστὸς pro πλατὸς nullam fidem habet. Aoristum ἐπλάσθην pro ἐπλάθην vel ἐπελάσθην prorsus rejicit Buttmann. Gr. Gr. II, p. 209. Adhibeat aliquis vocabulum προςπλαστοί, quod legitur Prometh. V. 718:

ἀνήμεροι γάρ, οὐδὲ πρόςπλαστοι ξένοις.

Sed objicias, esse hujus verbi compositi rationem paullo diversam; nam quum Homerus vocibus προςέπλαζε vel πρόςπλαζον usus sit, haud ita absonum videri, si statueris, hujus exemplum secutum esse Aeschylum verbo πρόςπλαστοι adhibendo, idem vero minime valere de simplici πλαστοῖς pro πλατοῖς. At de illis verbis egregia est conjectura Buttmanni l. l.; nec

---

οὕτω ταῖς μὲν ἐνήγισεν ἀποτρέπων τὸ μήνιμα αὐτῶν, ταῖς δὲ ἔθυσε ταῖς λευκαῖς.

προὸςπλαστοι Aeschyleum opus mihi videtur, ut a πελάζειν derivetur. Sed potest a πλάσσειν deduci, ut οἱ προὸςπλαστοι ξένοις notet: non adhaerescentes, h. e. dediti, peregrinis, non mites erga hospites. Cf. simillimam loquutionem: προςτέτηκά τινι, deditus sum alicui. Puto his effectum esse, ut appareat, quam parum apte hoc uno loco οὐ πλαστοῖσι vertant: quibus appropinquare non licet. Quamquam et hic fortassis in auxilium vocabunt verbum πλάθειν, ut Prom. V. 899, ubi cod. Med. a prima manu πλαθείην habet, πλάθεσθαι. Quaeritur autem, quid valeant flatus non ficti, qui Elmslejo ad Eur. Med. 149 scribenti: οὐ πλατοῖσι φ. haud videbantur ferendi esse. Passovius, in Lex. s. v. πλαστὸς, non fictos flatus dicit esse nativos et veros. Conferat aliquis Prom. V. 1030:

ὅδ᾽ οὐ πεπλασμένος·
ὁ κόμπος, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰρημένος.

Sed haec, ni fallor, nihil ad nostrum locum. Cujus universi indolem spectanti hoc mihi Pythiam dicentem fecisse poeta videtur: stertunt autem flatibus, quos ego in imaginibus Gorgonum non repperi fictos. Tenendum quippe, sacerdotis animo haec dicentis obversari Gorgonum figuras in artis operibus expressas. Haud aeque placet, h. l. οἱ πλαστοῖσι φυσιάμασιν reddere: flatibus, qui fingi non possunt, ut Goettling. ad Hesiod. Theog. 151. χεῖρας ἀπλάστους dicit informes.

Quae in descriptione Furiarum a sacerdote praedicantur Vs. 54, in iis quum ultimi verbi aperta sit depravatio, elegantissimum est apud Burgessium inventum λίβα. Ducit illud maximam speciem cum ab antecedente λείβουσι, tum e scholiis cum lexicographorum glossis comparatis. Schol. A. ad Vs. 54 haec adscripsit: Δυςφιλῆ, οἷον αἱματηρὰν, quae res, quum doceat cujus generis verbum ante oculos habuerit scholiastes, vel sola prohibere debebat Heathium, ne γ᾽ ἰὸν suum in medium protruderet. Porro ex schol. B. verbis ad voc. βδελύκτροποι adnotatis huc pertinent: ἀπὸ γὰρ ὀμμάτων αὐτῶν λείβουσι σταλαγμὸν αἱματηρόν. Jam cfr. has Hesychii glossas: Λείβω, σπένδω, στάζω. Λιβάδα, σταγόνα. Λιβάσαν, στάξαν. Λιβάς, πηγή, σταγών. Schol. ad Pers. 605: Λιβάσιν) σταλαγμοῖς. — Interim non possum, quin subortam

mihi suspicionem judicio subjiciam virorum eruditorum. Etenim si illud λίβα probaveris, statuendum erit, casu nescio quo excidisse β literam ortumque ita ΛΙΔ transiisse in ΔΙΑ. Quid vero, si hanc codicum lectionem nihil esse contendamus, nisi δύαν? Mutatio sane etiam facilior, immo una omnium facillima et probabilissima, praesertim si reputaveris, potissimum finales versuum syllabas depravationi fuisse obnoxias. Cf. Hesych. Δύαν, κρήνην, ut non mirum sit, a scholiasta voce σταλαγμὸν illustratam esse verbi notionem, sicuti modo utramque significationem vocabulo λιβὰς vidimus tributam. Huc pertinet haec lexicogr. glossa: Δύουσιν, ἀποῤῥέουσιν. Conjugatum vocabulum est δεύω. Nota vero formam δύαν. Contra δύη est labor, miseria. De quibus vocabulorum terminationibus in -υα et -υη scr. Lobeck. ad Phryn. p. 301 sq.

Ultimum, quod de specie Furiarum dicit Pythia, hoc est:

> καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα
> φέρειν δίκαιος, οὔτ' ἐς ἀνθρώπων στέγας.

Quae verba haudquaquam satis diligenter excussa sunt ab interpretibus. Videndum autem, quinam intelligendus sit ornatus. Apparet enim, de nigro vestitu aut de serpentibus crinibus implexis non esse cogitandum, quippe quae res Furiis cum Gorgonibus fuerint communes. Num igitur de baculis, quos Boettigero placuit illis tribuere? At hoc quidem ridiculum esset. Scilicet restat nihil, nisi faces ardentes, qualis ornatus quo jure neque ad deorum imagines ferendus esse dicatur, neque in aedes hominum, per se patet. Easdem etiam scholiasten in animo habuisse crediderim; dicit enim: καὶ κόσμος) ὃν ἔχουσι παρακείμενον ἑαυταῖς, non περικείμενον. Negaverunt autem post Boettigerum docti homines, faces ab Aeschylo Furiis tributas fuisse. Quae sententia vel ob hunc unum locum reprobanda. Nos de eadem re infra dicemus accuratius. Addo, illam explicationem etiam notione atque usu dictionis φέρειν τι πρός τι magis se probare. —

Vs. 64—68.

Οὔτοι προδώσω· διὰ τέλους δέ σοι φύλαξ,
ἐγγὺς παρεστὼς, καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν,
ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων.
Καὶ νῦν ἀλούσας τάςδε τὰς μάργους ὁρᾷς·
ὕπνῳ πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυσται κόραι — κ. τ. λ.

Sic recte post Both., Erfurdt. ad Soph. Aj. 169, Wellauer. postremos duos versus interpungi jusserunt Hermannus et Fritzschius, ut participium πεσοῦσαι pro verbo finito, quod vocatur, positum sit. Vocabulum ἀλούσας, in quo injuria offendit Muellerus, satis declarant sequentia: ὕπνῳ πεσοῦσαι cett., ubi particula δὲ vim explicandi habet. Pergit Apollo:

Vs. 74—79.

Ὅμως δὲ φεῦγε, μηδὲ μαλθακὸς γένῃ.
Ἐλῶσι γάρ σε καὶ δι' ἠπείρου μακρᾶς,
βεβῶτ' ἂν αἰεὶ τὴν πλανοστιβῆ χθόνα,
ὑπέρ τε πόντον, καὶ περιῤῥύτας πόλεις.
Καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος
πόνον· —

Versu 76 vulgatam lectionem sic explicavit Wellauerus: »siquidem semper per terram vagis cursibus peragratam migraveris;« Bernhard. in libro de syntaxi gr. p. 392. »so oft du gehen würdest.« Frustra. Patet autem, locum corruptum esse. Cujus facillima omnium ab Hermanno emendatio proposita est haecce: βεβῶτ' ἀν' αἰεὶ τὴν πλανοστιβῆ χθόνα, digna ea, quae accuratius percenseatur. Objecit Muellerus, voci αἰεὶ cum omnino in hac sententia nullum locum esse, tum inter verba ἀνὰ et τὴν πλ. χθ. collocatae. Respondit Hermannus, esse hoc loco sermonem de sempiterna Orestis persecutione, reperirique illam vocabuli αἰεὶ collocationem vel apud scriptores pedestris orationis, ut apud Platon. Legg. VIII. p. 832 C. ἀλλ' ἀκόντων ἑκοῦσα ἄρχει σὺν ἀεί τινι βίᾳ. Similia collegit Matth. Gr. Gr. §. 595, 3. Verum est, non quadrare vocem αἰεὶ, si eam sic accipere velis, ut poeta dicat, Orestem solam continentem vagis cursibus peragraturum esse; quae res aperte pugnaret cum sequente

versu. Sed hoc non opus est. Potest illa sane ita intelligi, ut hic versus antegresso additus sit ad perpetuitatem errorum Orestis magis efferendam. Qua in re id quidem scrupulum movere possit, quod illa sic hoc uno solummodo loco memoratur, quum tamen aequo jure etiam in sequentem versum cadat. Sed restat meo judicio altera quaedam explicandi ratio, ex qua hoc dicit poeta: exagitabunt enim te per continentem longam, per singulas deinceps terras vagis cursibus euntem. Qui usus verbi ἀεὶ notus est. A Nostro sic usurpatum reperitur Prom. Vs. 939, ubi vid. Butler. Ad sensum cfr. Prom. Vs. 684 et 685, ubi Io:

οἰστρόπληξ δ' ἐγὼ
μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.

Hoc modo tollitur etiam pleonasmus, quo secundum priorem interpretandi rationem versus, de quo agitur, additus est antecedenti. — Sed videamus praeterea de sequente versu quid judicandum sit. Ibi in optimis libris (Med. Guelph. Ald. Rob.) pro πόντον legitur πόντου. Possunt sane verba: ὑπέρ τε πόντου καὶ περιῤῥύτας πόλεις optimo jure corrupta dici, neque enim caussa est sufficiens, cur casum variasse poeta putandus sit, sed quaeritur, num, quae vulgo adhibeatur, vera sit medicina. Scribe, quaeso, mecum:

ὑπέρ τε πόντου κατὰ περιῤῥύτας πόλεις

et sententiam nanciseris aptissimam ad antecedentem: et (exagitabunt te) per mare de insula in insulam. De praepositionis κατὰ vi illa constat. Similiter Pers. Vs. 827 dictum καθ' ἡμέραν, quotidie. Plura dedit Matth. Gr. Gr. Vol. II. p. 1154. 1155. Vides ita respondere sibi versu 75 δι' ἠπείρου μακρᾶς et versu 77 ὑπέρ τε πόντου, utrumque vero aequali prorsus modo amplificari, illud addito versu 76, hoc verbis κατὰ περιῤῥύτας πόλεις, ut harum sententiarum altera tueatur alteram atque illustret. — Collocatio vocabuli αἰεὶ eo meliorem excusationem habet, quod arctius jungendum est cum πλανοστιβῆ quam cum βεβῶτ'. —

Versu sequente βουκολούμενος passivo sensu dictum, ut primus recte statuit Wakefieldus; πόνον de cursu concitato, ut saepius. Vid. Ludov. Dindorf. ad Xenoph. de arte equestri p. XXIV. —

Vs. 89—93.

Σὺ δ' αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινοῦ πατρὸς,
Ἑρμῆ, φύλασσε, κάρτα δ' ὢν ἐπώνυμος,
πομπαῖος ἴσθι, τόνδε ποιμαίνων ἐμὸν
ἱκέτην· σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκ νόμων σέβας,
ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ.

In versu paenultimo corrupta esse verba *ἐκ νόμων* jam antea fuerunt, qui sentirent, et uno ore contenderunt, qui nuper in locum inquisivere viri docti. Recte. Sive enim cum *τόδε σέβας* jungis, sive trahis ad *ὁρμώμενον*, maximopere frigent. Extant hae loci emendationes: *ἐκνέμων* Heathii, *ἐκνόμως* Hermanni, *ἔκνομον* Fritzschii. Quarum nulla ferri potest. *Σέβας* est honor ac dignitas Mercurii deductoris, ut apparet e sequentibus verbis, quae non possunt bene alio referri, id quod opus est statuas, si probas Heathii conjecturam, et suasit schol. B.: *σέβει τοι) τοῦτο διὰ μέσου.* Cod. Guelph. exhibet *ἐκνόμων*, conjunctis verbis; idem Med. apud Weigel., ut illud videatur ex hoc, quod aperte corruptum est, originem traxisse. Meo judicio scripserat poeta: *σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκτιμῶν σέβας, ὁρμώμενον* cett. Similiter Noster in Pers. V. 162 dixit: *ἐν τιμῇ σέβειν.* Et vide an non tale quid ante oculos habuerit scholiastes A.: *τὸ τῶν ἱκετῶν σέβισμα καὶ δέημα οὐ μόνον τιμᾷ ὁ Ζεύς, ἀλλὰ καὶ σέβει* cett. Mercurii cognomen *πομπαῖος* illustravit Gedik. ad Soph. Philoct. Vs. 133. De voc. *ποιμαίνων* sensu metaphorico posito vid. Dissen. ad Pind. Olymp. X, 9 et quos citavit. —

Vs. 94—116.

Εὕδοιτ' ἄν, ὠή, καὶ καθευδουσῶν τί δεῖ;
Ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀπητιμασμένη
ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, ὧς μὲν ἔκτανον,
ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται,
αἰσχρῶς δ' ἀλῶμαι· προὐννέπω δ' ὑμῖν, ὅτι
ἔχω μεγίστην αἰτίαν κείνων ὕπο·
παθοῦσα δ' οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων,
οὐδεὶς ὑπέρ μου δαιμόνων μηνίεται,
κατασφαγείσης πρὸς χερῶν μητροκτόνων.

Ὅρα δὲ πληγὰς τάςδε καρδίας σέθεν·
εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται·
ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν.
Ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε
χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα,
καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς
ἔθυον ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν.
Καὶ ταῦτα πάντα λὰξ ὁρῶ πατούμενα.
Ὁ δ' ἐξαλύξας οἴχεται νεβροῦ δίκην,
καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυσμάτων
ὤρουσεν, ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα.
Ἀκούσαθ', ὡς ἔλεξα τῆς ἐμῆς πέρι
ψυχῆς· φρονήσατ', ὦ κατὰ χθονὸς θεαί.
Ὄναρ γὰρ ὑμᾶς νῦν Κλυταιμνήστρα καλῶ.

Versu 95 Tyrwhitt., Wakefield., Hermann., alii pro ὡς μὲν ἔκτανον legi volunt: ὧν μὲν ἔκτανον, quae verba cum sequentibus ὄνειδος — ἐκλείπεται juncta hic ita vertit: der Vorwurf derer, die ich getödtet habe, verlässt mich unter den Todten nie und schmählich irre ich umher. Conqueri Clytaemnestram, se solitariam esse ac contemtui apud mortuos, non quod hominem vita privaverit, id enim multos fecisse nec per se posse dedecori esse; sed quod ipsam, ut quae maritum suum interfecerit, Agamemnon et reliquae umbrae abhorreant. Addit Hermannus ὧν etiam scholiastam legisse, quamvis is verba non recte construxerit. Unde hoc sequi putavit vir clarissimus? Ut videtur ex his grammatici verbis: ὑπὲρ ὧν ἐφόνευσα Ἀγαμέμνονα ἀπώσασθε. At injuria. Et fateor ingenue, me cum Muellero aliisque nullam omnino videre mutandi necessitatem. Nam quod Hermannus contendit, deberi a Clytaemnestra significari, quemnam occiderit, ut tantae contumeliae caussam veram et idoneam afferat, repatet vir clarissimus, id jam effectum esse solis verbis: ὡς μὲν ἔκτανον. Spectant enim illa ad unum Agamemnonem, Clytaemnestrae maritum. Itaque, etiamsi res non esset accuratius indicata, quivis auditorum bene intelligebat, poenas istas non ob simplicem caedem, sed ob necem mariti dari credendas esse. Praeterea illud ὡς μὲν ἔκτανον sic respondet verbis: παθοῦσα δ' οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων, ut ex his facillime ad ἔκτανον suppleas τὰ φίλ-

ται, h. e. maritum. — Apud scholiastam A. ad Vs. 99. pro καὶ σφαγεῖσα scribendum est κατασφαγεῖσα.

Versu 103 vulgata lectio est καρδίας σέθεν, in Guelph. et apud Rob. legitur καρδία σέθεν, in Med. apud Weigel. καρδίᾳ σέθεν. Priorum editórum conjecturas atque explicationes praetereo, quamquam sunt, quae uno saltem respectu melius habeant, quam eae, quas in censum vocabimus, ut recentiores.

Vulgatae enim lectionis qui patrocinium susciperet ante hos septem annos exstitit E. A. Ahrens in commentatione critica de quibusdam locis Sophoclis et Aeschyli, Coburgi a. 1829 emissa, p. 30. Ubi haec scripsit vir doctus: »Canter. conj. καρδίας ἔθεν ut ἕθεν pro ἐμέθεν sit, alii καρδίᾳ, alii τάςδε, καρδία, σέθεν, alii ὁρᾷ δὲ πληγὰς τάςδε καρδία σέθεν. Leniori medicina locum sanari posse signo, quod post σέθεν est, anteposito existimo: ὅρα δὲ πληγὰς τάςδε καρδίας· σέθεν εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται. γὰρ tertio loco positum non offendet animum ejus, qui gnaviter Aeschylum legerit (Aesch. Agam. 735. Schaef. Melet. crit. p. 76), et σέθεν, quod semper scribi accentu grammatici docent, initio poni non dubito. Quodsi hic est sensus: Furiam alloquens Clytaemnestrae simulachrum: vide has pectoris plagas; nam animus tuus dormiens i. e. noctu acerrimo videndi acumine instruitur; interdiu vero Furia non persequitur hominum flagitia. Atque ea interpretatione et ἀπόσκοπος, (sic), quod verbum opponitur ὄμμασιν λαμπρύνεται, conservari poterit et magis, quo modo εὕδουσα et ἐν ἡμέρᾳ sibi obstent, perspicitur.« Sic ille.

Contra nuperrime C. F. Halmio in programmate, quo Solemn. annivers. in novo Gymnas. regio Monacensi IX. Calend. Septembres 1835 rite celebranda indixit, p. 12, visum est, versum ita scribere:

ὅρα δὲ πληγὰς τάςδε καρδίας ἔθεν.

»Hac enim,« inquit, »lectione recepta, ne una quidem litera codd. scripturae mutatur (Guelph. Rob. habent καρδία σέθεν) idemque est sensus, quem Hermannus optime perspexit: conspice haec cordis vulnera ab illo (i. e. Oreste) inflicta.«

Cui conjecturae adversatur Hermannus in censura hujus libelli (in Diarr. philoll. Zimmermanni, 1835, Nr. 139. p. 1161), tenens inventum suum:

ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίας ὅθεν:

»vide unde haec vulnera sint,« quo dicit significanter efferri, esse illa vulnera a filio matri inflicta. Contra hanc et similes alias emendationes jure monuit Muellerus, non fuisse cordi illatum vulnus Clytaemnestrae ab Oreste, sed circa collum, laudato nostrae fabulae versu 562:

ξιφουλκῷ χειρὶ πρὸς δέρην τεμών.

Idem testatur Euripides in Oreste Vs. 282 seqq., ubi Orestes:

οἶμαι δὲ πατέρα τὸν ἐμόν, εἰ κατ' ὄμματα
ἐξιστόρουν νιν, μητέρ' εἰ κτεῖναί με χρή,
πολλὰς γενείου τοῦδ' ἂν ἐκτεῖναι λιτάς,
μὴ τῆς τεκούσης εἰς σφαγὰς ὦσαι ξίφος — κ. τ. λ.

Nos unice veram habemus codicis Med. ap. Weigel. lectionem:

ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίᾳ σέθεν,

quam jam antea fuerunt, qui conjectura assequerentur. Vult Clytaemnestra Furias incitare ad Orestem persequendum. Qua de re hortatur eas, ut vulnera ipsi ab Oreste inflicta c o r d e contemplentur, ut scilicet facinoris ratione mente percepta, haud cunctentur id digna poena afficere. Esse autem jam tempus tali contemplationi maxime idoneum, quum dormientium animus aciem habeat acutiorem. — Bene scholiastes A. ad Vs. 104: *τραγικώτερον δὲ τὸ εἴδωλον Κλυταιμνήστρας σώζει τὴν σφαγήν.*

Majorem dubitationem habet versus 105:

ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν

ob singulorum verborum lectionem, nam de sensu in universum antecedens versus:

εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται,

cui hic oppositus est, dubitare non sinit. Scholiastes eum sic explicuit: *ἡ τῆς φρενὸς μοῖρα οὐ προορᾷ ἐν ἡμέρᾳ.* Unde Hermannus conjecit scribendum esse:

ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος φρενῶν,

ubi vocabulum *μοῖρα* circumscriptioni inserviat, ut saepius. Eadem emendatio etiam mihi suboluerat, jam pridem ad scholia attento. Dubitari forsitan possit, an non potius *φρενὸς* reponendum sit, singulari numero, ob antecedentem versum et verba scholiastae. Sed opponas, *φρενῶν* propius accedere ad librorum lectionem *βροτῶν*. — Vereor tamen, ut haec emen-

datio, quamvis admodum blandiatur, cuivis videatur necessaria esse. Tuebuntur importunum verbum βροτῶν cum Abreschio:[1] »nil proprie hic versus cum praecedente ad Eumenidas. Sed solent scilicet poetae Tragici praecipue praecepta et sententiose dicta frequenter interspergere. Interim argumentum continet a minore; quasi dixisset, si, quod in confesso est, mens humana corpore sopito cernit acrius, quanto istud magis de vobis Deabus credi par est.« Hominum mentionem fieri debuisse, quia de iis solis illud constitisset, Hermanno monenti, verba, ut vulgo leguntur, vix aliter intelligi posse, quam: *interdiu fatum hominum praevideri nequit*, quum hoc cuivis auditori prius in mentem venire debuerit, quam illud, verba μοῖρα βροτῶν pro βροτοὶ dicta esse, falsam esse istam suspicionem, objicient, quia ambiguitas atque obscuritas hujus versus tollatur praecedente, plano illo et perspicuo, quos facile sensu esse referri ad se invicem. Denique scholiastam dicent verba τῆς φρενὸς de suo adjecisse, qua in re ne id quidem scrupulum movere, quod βροτῶν non expresserit singulari verbo, quum alibi simili ratione rem suam agat, v. c. ad Vs. 93, poetae verba: ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ sic explicando: ὁρῶν αὐτὸ (sc. τὸ τῶν ἱκετῶν σέβισμα καὶ δέημα) ὁρμώμενον προςηκούσῃ τύχῃ. Et censuerat Stanlejus, »scholiasten τὸ μοῖρα ad τὸ φρὴν, versu praecedenti, referendum putasse, quasi esset ἡ τῆς φρενὸς μοῖρα, periphrastice, pro ἡ φρήν.« Haec hactenus. Quae praestat lectoribus relinquere injudicata. Verbi βροτῶν sane paullo difficilior est mutatio in φρενῶν, ut vel ob hanc caussam non temere agendum sit. — Pro μοῖρ' ἀπρόσκοπος, quod etiam scholiasten legisse vidimus, in cod. Med. et apud Ald. reperitur μοῖρα πρόσκοπος, apud Robort. μοῖρα πρόσκοπτος. Quarum lectionum alterutram possis servare velle, utcunque de reliquis vocabulis statuas, verbis πρόσκοπος vel πρόσκοπτος a κόπτω deductis, ut hoc dicat poeta: *interdiu mens obtusa est*, vel: homines obtusi sunt. Cf. Agam. Vs. 466:

τίς ὧδε παιδνὸς, ἢ φρενῶν κεκομμένος;

Vocabulum ἀπρόσκοπος patet; si ad amussim voluerit poeta haec verba respondere antegressis, non debere de facultate futura praevidendi intelligi, sed

praepositionem *πρὸ* aut augere notionem verbi simplicis, aut eam vim habere, quam illustravit Hermannus ad Viger. p. 862.

Ad sententiam universi loci illustrandam Stanlejus nonnullos veterum scriptorum locos congessit. Adde Hymn. Orph. de somnii deo:

ἡσυχίῃ γὰρ ὕπνου γλυκεροῦ σιγηλὸς ἐπελθὼν
προςφωνῶν ψυχαῖς θνητῶν, νόον αὐτὸς ἐγείρεις,
καὶ γνώμας μακάρων αὐτὸς καθ' ὕπνους ὑποπέμπεις
σιγῶν σιγώσαις ψυχαῖς μέλλοντα προφαίνων —.

Versum 107 vulgo male sejungunt ab antecedente. Recte Muellerus interpunctionis signum post *ἐλείξατε* delevit. De verbis *χοάς τ' ἀοίνους* particula *τε* cum *τῶν ἐμῶν* (*τι*) connexis vid. Klausen. ad Agam. Vs. 194. Robert. Enger. l. l. p. 91.

Versu 108 editores miror fere omnes dedisse *νυκτίσεμνα*, nec vero *νυκτὶ σεμνά*, quod est in bonis libris (Guelph. Ald. Rob.), credo, quod putabant, longorum verborum amantiorem esse Aeschylum. Recte fere Schuetzius: »*νυκτίσεμνα*,« inquit, »dicuntur sacrificia, quae eo ipso, quod noctu fiunt, augustiora sunt et sacrum quasi horrorem incutiunt.« Putaverim tamen, magis efferri dignitatem horum sacrificiorum, si per se, ut ita dicam, vocentur augusta. Verba *ὥραν* — *θεῶν* per appositionem adjecta sunt ad *νυκτί*, quae sententiarum conformatio in deliciis est Nostro. *Νυκτὶ* quodammodo respondet verbo *πολλὰ*, Vs. 106.

Postremo versu lis est inter doctos homines de vocabulo *ὄναρ*. Wakefieldus verba sic verti posse existimat, vel: ego Clytaemnestra, quae sum vobis merum somnium, et nullius aestimata; vel: Vos invoco, quae rem administratis, quasi somnium fueritis, et nihil praeterea. Illud, ut Clytaemnestra se *ὄναρ* vocet, utpote contemta apud inferos, multi probaverunt, in quibus nuper fuit Hermannus. Vulgo: in somnio enim nunc vos Clytaemnestra voco. Sic etiam Muellerus. Patet maxime attendendum esse ad sedem verbi *ὄναρ*, quod quum in fronte versus positum sit, non potest nisi cum vi quadam putari dictum esse. Itaque postrema interpretandi ratio tum tantummodo locum habere potest, quum demonstratur, quo jure

Furiae potissimum ideo ad meditationem et deliberationem compelli fingantur, quod per somnium invocantur a Clytaemnestra. Credo ego eam ob caussam, quae supra Vs. 104 et 105 ab ipso poeta allata est; ut inter verba: *φρονήσατ', ὄναρ γὰρ ὑμᾶς νῦν Κλυταιμνήστρα καλῶ* similis nexus intercedat, tanquam inter Vs. 103 et 104, atque in fine orationis Clytaemnestra eadem fere proferat adhortando, quae antea statim post descriptionem miserabilis sui status apud inferos dixerat. Nec praetervidenda vox *Κλυταιμνήστρα* cum pondere quodam adhibita, hoc modo: ego Clytaemnestra, quae vos, dum vivebam, tanto cultu et veneratione prosequebar, cf. Vs. 106—109. De priori Wakefieldi interpretatione vid. Hermann., qui fere suam fecit.

Vs. 117. 118.

Μύζοιτ' ἄν, ἀνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω·
φίλοις γάρ εἰσιν οὐκ ἐμοῖς προσίκτορες.

Alter versus magnum negotium exhibuit viris doctis, nec defuerunt, qui mutandum censerent. Primus bene ad locum, quo *οὐκ* positum esset, attendi jussit Wellauerus. Cui sensus hic videbatur esse: »sunt enim illi (sc. Orestes et Apollo) (sic) supplices apud Deos, qui mihi non amici sunt (sc. apud Minervam).« Rectam loci explicationem nuperrime Fritzschius sibi visus est repperisse hancce: denn nicht zu meinen Freunden (sc. ad Minervam) gelangen sie (sc. Orestes et Apollo). *Εἰσὶ προσίκτορες* idem esse quod *προςικνοῦνται*. Melius tamen vocabula de eo usurpata credi, qui tanquam supplex aliquo perveniat. Muellerus in commentario p. 147, not. 19: Meine Feinde haben *προςίκτορας*, d. h. Götter, die sie als *προςίκτορας* schützen, gefunden; post, in appendice, accuratius: denn für Freunde, die nicht die meinen sind, giebt es schützende Gottheiten, d. h. denn für Leute, die zwar wohl Anderer Freunde, aber nicht die meinigen sind, giebt es u. s. w. Verbis *φίλοις οὐκ ἐμοῖς* designari Orestem, quem quidem amicum esse dicat, sed non suum amicum; *προςίκτορας* esse Apollinem et Mercurium; hos non nominare Clytaemnestram, quoniam ea numina vereatur libere et palam accusare,

id enim ad Furias pertinere. De qua sententia recte mihi judicasse videtur Hermannus. Wellauerum et Fritzschium haud moror. Equidem de loco sic statuo. Vult Clytaemnestra Vs. 119 ostendere, qui factum sit, ut Orestes aufugerit. Dicit igitur: amicis, qui non mei sunt amici, supplices sunt, amicos intelligens Apollinem, qui Orestae fuit amicissimus; supplices Orestem. Sententiarum nexus hic est: Orestes aufugit, nec mirum, nam amico deo, cui jam ob hoc ipsum curae fuit, supplicavit, unde scilicet factum, quum nefas sit, supplices deserere, cf. Vs. 223 sqq., ut amicus iste deus (Apollo) etiam majorem ejus curam gereret. Sic et *φίλοις* et *προςίκτορες* cum vi positum. Nec verba *οὐκ ἐμοῖς* inepta sunt aut superflua. Partim enim inserviunt vocabulo *φίλοις* accuratius definiendo, partim integram sententiam reddunt probabiliorem, nam quum sic hoc addat Clytaemnestra, eum, cui Orestes supplicaverit, sibi non esse amicum, simul innuit, quanto ob hanc ipsam caussam magis Apollo fugam Orestis adjuvisse credendus sit. — Sic etiam non opus est, verbo *προςίκτορες* aliam, quam vulgatam significationem tribuere. —

Vs. 123. 124.

Ὕπνος πόνος τε κύριοι συνωμόται
δεινῆς δρακαίνης ἐξεκήραναν μένος.

Cum priori versu conferendus locus, qui est Agam. Vs. 636 et 637:

ξυνώμοσαν γὰρ, ὄντες ἔχθιστοι τοπρὶν,
πῦρ καὶ θάλασσα — cett.

Vs. 125.

ΧΟΡΟΣ.
(Μυγμὸς διπλοῦς, ὀξύς.)
Λάβε, λάβε, λάβε, λάβε, φράζου.

De hoc loco haec habet scholiastes, qui de metris Eumenidum egit, ad primum fabulae versum adscripta: *μετὰ δὲ τὸν ρκδ ἕτερα β' κῶλα, ὧν τὸ ἓν δίμετρον βραχυκατάληκτον· τὸ δὲ ἕτερον ἑφθημιμερὲς ἐκ τριβραχέων· εἰ δὲ τροχαϊκὰ τὰ κῶλα ταῦτα εἴποις, οὐκ ἂν ἁμάρ-*

τοις. Ex his verbis Muellerus in notis ad Eumenid. p. 80 conclusit, grammaticum legisse: *Μὺ μῦ, μὺ μῦ, φράζου — λάβε, λάβε, λάβε, λάβε, λάβε*, negantibus Hermanno et Fritzschio. Et ille quidem scholiasten affirmat pro priori versu idem habuisse in libro suo, quod nunc reperiatur in libris mscr. et editionibus veteribus: *μυγμὸς διπλοῦς ὀξύς* itaque de sonis *μὺ μῦ, μὺ μῦ* cogitantem pro *βραχυκατάληκτον* scripsisse *ἀκατάληκτον*. Errorem esse librarii, illud ex antegressis verbis repetentis. Praeterea scholiasten etiam sequentia Chori verba sic legisse, ut in codicibus mscr. habeantur: nam verba:

λάβε λά | βε λάβε | λάβε φρά | ζου

esse *κῶλον ἑφθημιμερές*. Contra Fritzschius in re summa consentiens cum Hermanno, scholiasten putat verba: *ὧν τὸ μὲν ἓν δίμετρον βραχυκατάληκτον* scribentem, non sonos Furiarum, sed parepigraphen: *μυγμὸς διπλοῦς ὀξύς* in animo habuisse. Sic eundem supra parepigraphas *Μυγμὸς* et *Ὠγμὸς* vocasse *κώλου τμήματα μονόμετρα βραχυκατάληκτα*. At hunc vel sola postrema scholiastae verba: *εἰ δὲ τροχαϊκὰ τὰ κῶλα ταῦτα εἴποις, οὐκ ἂν ἁμάρτοις* erroris coarguunt. Porro quominus cum utroque viro docto scholiasten putemus sic, ut vulgo circumferatur, alterum versum scriptum invenisse, prohibent verba ejus: *τὸ δὲ ἕτερον ἑφθημιμερὲς ἐκ τριβραχέων*, accurate considerata. Neque enim liquet, quomodo ultimis verbis (*ἐκ τριβραχέων*) uti potuerit homo, post *λάβε, λάβε, λάβε, λάβε* in libro, quem ante oculos habebat, *φράζου* reperiens. Sed illud testimonium satis certum est, de altero versu verum vidisse Muellerum, *λάβε* quinquies scriptum fuisse in codice scholiastae contendentem. Nam sic demum efficitur *κῶλον ἑφθημιμερὲς ἐκ τριβραχέων*, *φράζου* autem, ut verum dicat homo, ab hoc loco debet abesse. Jam vero si constat, grammaticum illud *φράζου* non repperisse in fine alterius versus, conjectura est maxime probabilis, fuisse id in libro ejus in fine prioris, quum praesertim talis sedis permutatio facillima sit explicatu. Nam id certe vix tibi persuadeas, vocabulum *φράζου* homini omnino non lectum fuisse. Sic sponte concidit correctio scholii ab Hermanno proposita, et fere extra dubita-

tionis aleam positam videtur, scholiasten etiam priorem versum talem ante oculos habuisse, qualem Muellerus voluerit. Qui solummodo in eo falsus esse nobis videtur, quod μὺ μῦ, μὺ μῦ, φράζου scripsit, nec vero: μῦ μύ, μῦ μύ, φράζου, id enim scholiasten voluisse ex eo conjicias, quod in fine scholii versum pro trochaico habendum esse censet. Et confessus est ipse Hermannus, haud displicere sibi vocabulum φράζου, attende, ante λάβε cett. collocatum, de qua re egregie monuerat Muellerus. Ut hac quidem in caussa prorsus non dubitem, contra reliquorum librorum testimonium sequi scholiastae auctoritatem. Addo, mihi eo minus dubitandum videri, num hic grammaticus variam hujus loci lectionem deprehenderit in libro suo, quod jam supra, pag. 10 et. 11 not. *), plura exempla indigitavi, quae eum codice a nostris diverso usum fuisse videantur ostendere. Quibus hoc velim adjungas. —

Vs. 126—128.

Ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ', ἅπερ
κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου.
Τί δρᾷς; ἀνίστω, μή σε νικάτω πόνος — κ. τ. λ.

Postremo versu Hermannus putat sententiam orationis postulare, ut scribatur τὶ δρᾷς; »machst du Anstalt,« expulsa loquutione fere solemni: τί δρᾷς; Non assentior. Apud Robortellum quidem illud ipsum exaratum reperitur, sed hoc quanti aestimandum sit, scient, qui libri istius rationem probe norint. Sententiarum nexus fere idem, qui versuum 121 et 122, quorum posterior:

τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά;

si cum Abreschio sic concipias: »quid unquam factum est a te praeterquam struere mala; H. e. cum nunquam non nocere soles, tum in me quoque more tuo uteris, dum injuriam et vim mihi illatam vindicare negligis,« optime facit ad illud τί δρᾷς; explicandum. Cf. etiam Vs. 121 et 136. Malim tamen post versum 127 interrogationis signum ponere. —

De versu 132 dictum est supra pag. 10 not. *). — Carminis sequentis a partibus Chori cantati, postquam Hermannus in dissertatione I. de Choro Eumenidum scripta primus rem animadvertit, inter singulas personas distribuendi periculum fecerunt: Passovius in Prooem. Lect. in Univ. liter. Vratislav. habend. a. 1830 emisso, Bambergerus in dissertatione de carminibus Aeschyleis a partibus chori cantatis p. 41—47, Muellerus, Hermannus, Fritzschius. Nos ejusmodi disquisitiones, quas vix putamus prius ad liquidum perduci posse, quam de verbis ipsis eorumque junctura prorsus constabit, a consilio hujus libri alienas esse voluimus. —

Vs. 149.

Τί τῶνδ' ἐρεῖ τις δικαίως ἔχειν;

Nescio an praestet scribere:

Τί τῶνδ' ἐρεῖ τίς δ. ἐ.

In ed. Robort. legitur *τίς*, sed inde nihil certi colligi potest. —

Vs. 150—161.

στρ. β. *Ἐμοὶ δ' ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μολὸν*
ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου
μεσολαβεῖ κέντρῳ
ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβόν. πάρεστι μαστίκτορος,
δαΐου δαμίου,
βαρὺ, τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν.
ἀντ. β. *Τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ*
κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον·
φονολιβῆ θρόνον
περὶ πόδα, περὶ κάρα πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν
προςδρακεῖν, αἱμάτων
βλοσυρὸν αἱρούμενον ἄγος ἔχειν.

Haec verba emendaturo et constituturo post nuperrimas virorum doctorum curas praemonendum est, versu 159 voc. *θρόνον* de mendo mihi videri suspectum ob responsionis antistrophicae maximam, quae cum alibi apud Aeschylum, tum in hoc carmine reperiatur;

aequalitatem, et emitendum esse, ut etiam interpunctionis ratio eadem fiat in stropha atque in antistropha. Vide de his rebus jam etiam Roberti Engeri libellum de Aeschyliis Antistrophicorum responsionibus, Vratislaviae nuper emissum, potissimum p. 25 et 91 seq.

Et Hermannus quidem, vocabulo θρόνον cum Wakefieldo in θρόμβον mutato, in stropha atque antistropha ante πάρεστι puncto maximo incidi jussit, verba τοιαῦτα — κάρα sic vertens: solches vollbringen die jungen Götter, die sich gegen alles Recht der Blutspur an Fuss und Haupt bemächtigen: d. h. die sich das Gericht über den an Haupt und Fuss mit Blut bespritzten Mörder anmaassen. Cujus interpretationis haud injuria exagitatae a Muellero atque etiam Fritzschio minime arridentis mireris patrocinium suscepisse Robertum Engerum l. l. p. 25. Eadem interpungendi ratio placuerat Bambergero, l. l. p. 46 et 47, qui, de verbo θρόνον depravato tum nondum cogitans, locum ita interpretatus est: »talia committunt Dei juniores, omnino supra fas solium occupantes circa caput circa pedes ipsorum sanguine stillans;« addita hac nota: »verba θρόνον κρατοῦντες ut omnino Deorum injustitiam incusant, ita Furiam Apollinis solium ante oculos habuisse patet, quod Oreste recepto sanguine maculatum judicat.« Sed etiam haec sententia paucis, opinor, probabitur. Fritzschius, et ipse ante πάρεστι interpungendum censens, pro φονολιβῆ θρόνον scribit: φονολιβεῖ θάκῳ, quae verba dicit cum antegressis jungenda esse. Qua probabilitate ipse videat. Omnino nullam video rationem, qua verba sic construere liceat, ut hi viri docti volunt, nec caussam, ingenue fateor, satis idoneam, cur, quia in stropha atque antistropha eodem loco reperiatur idem verbum πάρεστι, ante hoc potissimum incidendus sit sermo. Scio quidem, recte Bambergerum talia quaesita esse dicere et consilio a poeta posita, sed idem valet de vocabulo ἔχειν eundem in stropha et antistropha locum tenente, ante quod interpunctionis signum patet non esse ponendum.

Videamus jam primum vocabulum θρόνον quomodo emendandum sit. Haud displicet Fritzschii sententia, θρόνον pro interpretamento habendum esse verbi θακῶν,

sed non dubito, quin scribendum sit θόρνον, quod trajecta litera ρ factum ex θρόνον, ut κάρτος ex κράτος, aliis, de quibus vid. Matth. Gr. Gr. Vol. I. p. 64 sq. Quin ejusdem literarum trajectionis exemplum in cognato vocabulo praebet Hesychius, referens, θόρναξ esse ὑποπόδιον, quod aperte dictum est pro θρόναξ, vocabulo a θρόνος derivando. Sic idem mons, qui a Pausania L. II, 36, 2 vocatur Θόρναξ, apud scholiasten Theocrit. XV, 64 audit Θρόναξ, monente Creuzero in Symbol. T. II. p. 585, not. 226, ed. II. Patet autem haec ratio latius, quam adhuc vulgo putavere. Vide de eadem disserentem Th. Bergkium in Diarr. philol. Zimmermanni 1835, № 39, p. 323, et Meinekium in libro de Euphorion. Chalc. Vita et Scriptis p. 148 et 149.

Citavit Fritzschius Aristoph. Ran. Vs. 1515 sq.:

ταῦτα ποιήσω· σὺ δὲ τὸν θρόνον
τὸν ἐμὸν παράδος Σοφοκλεῖ τηρεῖν.

Ubi vulgo scribitur τὸν θᾶκον. Ipse mavult:

ταῦτα ποιήσω σοι· τὸν δὲ θρόνον cett.

Possis etiam hic illud θόρνον reponere velle. Quamquam vulgatae emendandi rationi verba sequentia:

μέμνησο δ' ὅπως ὁ πανοῦργος ἀνὴρ
μηδέποτ' εἰς τὸν θᾶκον τὸν ἐμὸν
μηδ' ἄκων ἐγκαθεδεῖται. —

patrocinari videntur.

In sequentibus quum metrum vocem αἰρούμενον corruptam testetur, una exstat emendatio, quae quidem hoc nomine digna possit haberi, ἀρόμενον, Abreschio primum inventa. Scholiastes: προςδρακεῖν αἱμάτων) λείπει ὁ καί, ὥστε τὸν ὀφθαλμὸν (Stanlejus ὀμφαλὸν, cf. schol. B. ad Vs. 40) ἔχειν αἱμάτων ἄγος ἐπαίροντα — forsan αἱρόμενον legit. In cod. Farn. invenitur αἱρόμενον, in Med. apud Weigel. αἱρούμενον, vulgo αἱρούμενον. Jam ἀρόμενον reponenti Muellero, quem nunc sequutus est Hermannus, quod objicit Fritzschius, participium istud non usurpari ab Atticis scriptoribus, non videtur jure omnino sperni posse, si probabiliora non procul absint. Sed ἐράμενον, quod ipse proposuit vir doctus, minime est ejusmodi, ut illi praeferendum ducatur. Nisi igitur ἑλόμενον scribere velis, in ἀρόμενον acquiescendum erit, et forma notanda.

(me) sanguinem matris effusum, — persequar hunc virum in modum venatoris. *Δίκη* sc. *ἐστὶ* idem quod *δίκαιόν ἐστι*. Cf. Sept. adv. Theb. Vs. 848. Agam. Vs. 250 et 785. Eumen. Vs. 267. Quibus locis similiter *ἐστὶ* omissum est, ut solet in ejusmodi dictionibus, excepto Agam. Vs. 250. —

Vs. 226—234.

Ἄνασσ' Ἀθάνα, Λοξίου κελεύσμασιν
ἥκω, δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα,
οὐ προςτρόπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα,
ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη, προςτετριμμένον τε πρὸς
ἄλλοισιν οἴκοις, καὶ πορεύμασιν βροτῶν.
Ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν,
σώζων ἐφετμὰς Λοξίου χρηστηρίους,
πρόςειμι δῶμα καὶ βρέτας τὸ σὸν, θεά.
Αὐτοῦ φυλάσσων ἀναμένω τέλος δίκης.

In versu 229 jam antea offensi viri docti praepositionem *πρὸς* corrigi voluerunt. Ulterius nuper progressus est Hermannus. Qui quum nec praepositionem *πρὸς* apte collocatam censeret, nec sententiam satis aptam esse, et particulam aliquam copulativam in eo, quod sequatur, commate injuria deesse, scholiasten ob glossam: *ἄλλοισιν οἴκοις*) *ἄλλοις προςτριψάμενον τὸ μύσος* ratus legisse: *προςτετριμμένον μύσος*, una litera mutata, poetae verba transposuit in hunc modum:

οὐ προςτρόπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα,
ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασιν βροτῶν·
ἀλλ', ἀμβλὺς ἤδη προςτετριμμένον μύσος,
ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν cett.

Dicam nihil de violentissima hac mutatione ipsa, quae nemini, opinor, probabitur. Quod vero de scholiasta praedicat vir eximius, in eo vereor, ne nimium sibi sumpserit. Alia in iisdem scholiis explicatio haec est: *προςτετριμμένον*) *κατ' αὐτῶν ἐπελθόντα*. Mea sententia omnino non dubium esse potest, quin illud *τὸ μύσος*, verbis male intellectis, ad vocabulum *προςτετριμμένον* explicandum de suo adjecerit scholiastes, habens in animo versum 186, ubi verbis *τρίβεσθαι μύσος* perperam adscripsit: *μύσος προςτρίβεσθαι*. Deinde quod ad copulam attinet, quam aegre desiderari dicit Hermannus, videat, ne in hac re sensui

sensus hic est: eo quod in aedibus versabar et hominum utebar consuetudine. Hoc purgato licebat, qui hac re etiam purior fiebat. Arcebatur vero aedibus quisquis caedem perpetraverat, quod suum negotium dicunt Furiae Vs. 201 et 399. —

Vs. 239.

Πολλοῖς δὲ μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ σπλάγχνον.

Vocabulum ἀνδροκμὴς usurpatum etiam Choeph. Vs. 876, Eumen. infra Vs. 916, Suppl. Vs. 663, Eurip. Suppl. Vs. 525. Omnibus his locis sonat: viros, homines conficiens. Potes autem verba μόχθοις ἀνδροκμῆσι vel sic intelligere: laboribus, qui tanti sunt, ut homines conficiant; vel labores homines conficientes ideo dictos censere, quod eo fine suscepti erant, ut Orestes vita privaretur. In quam rem cfr. Vs. 254 sqq., Vs. 229 sqq., Vs. 354. Cum universa sententia contendas etiam Sophocl. Aj. Vs. 994 sq.:

ὁδός θ᾽ ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δὴ
μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον, ἣν δὴ νῦν ἔβην. —

Μόχθοι de cursu concitato laborioso, ut πόνος. Vide quae diximus ad Vs. 81. —

Sequens carmen postquam Hermannus in dissert. de Choro Eumen. I. monuit a partibus Chori cantatum esse in commata sua describere conati sunt Lachmann. in libro de chor. syst. p. 91, Bamberger. l. l. p. 65 sqq., Muellerus, Hermannus, Fritzschius. —

Vs. 244.

Ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προςγελᾷ.

Scholiastae haec habent, alter: προςγελᾷ) προςσαίνει, cf. Hesych. προςσαίνων· προςερχόμενος, προςαγόμενος, alter: θέλγει καὶ προςέρχεται. Euripides Troadd. Vs. 1184 sq.: ἔνθεν ἐκγελᾷ ὀστέων ῥαγέντων φόνος, »unde effunditur cruor ossibus confractis.« Cui loco admoveas eum, qui legitur apud Platon. de republ. L. V, C. 18, p. 473, C: εἰρήσεται δ᾽ οὖν, εἰ καὶ μέλλει γέλως τέ τις ἀτεχνῶς ὥςπερ κῦμα ἐκγελῶν καὶ ἀδοξίᾳ κατακλύσειν. Hinc lux affulget loquutioni,

τε credamus; qua re, quia ἔχρανα aperte mendosum, videtur codicis Rob. lectio ἐχρανάς τ' recipienda esse. Ita lucramur syllabam longam pro brevi, ut in versu antistrophico ad amussim respondeat genuina lectio φεύγων. His omnibus pensitatis et calculis rite subductis, ita scriptum fuisse verisimile erit, in stropha:

ἐφεστίῳ δὲ, μάντι, σοὶ μιάσματι
σὸν οἶκον ἔχρανάς τ' αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος,

et in antistropha:

κἀμοί τε λυπρὸς, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται,
ὕπαί τε γᾶν φεύγων, οὐπώποτ' ἐλευθεροῦται.

Versu 163 particula τε sic tantum servari potest, ut eam ad καὶ in κἀμοί Vs. 166 referendam esse statuas. Ita Schuetz. in edit. I. Pears. et VVakef. γ' scribere maluerunt. Prima in ἔχρανας producta offensionem habere possit; non desunt tamen similia exempla. Hoc certissimum, esse utrumque locum maxime interpolatum, ut non audeam dijudicare, utrum veram poetae manum restituerim, nec ne.

Versum 164 codd. mscr. sic exhibent: Med. Guelph. Ald. παρανόμων θεῶν βρότεα μὲν τίων (sed secundum collat. VVeigel. in Med. legitur: παρανόμον), Rob. παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μ. τ., Reg. L. apud Faehsium in Syllog. παρὰ νόμον θεῶν βρετέα μ. τ., Farn. παρανόμων θεῶν βρέτεα μ. τ., schol. B.: παρὰ νόμων) ἔξω νόμων. Glossa permira. Sed voluit homo: πέρα νόμων) ἔ. ν. cf. schol. Γ. ad Prometh. Vs. 30: πέρα δίκης) πέραν, ἔξω δικαιοσύνης, τοῦ δικαίου, et schol. B. ad ejusdem fabulae Vs. 505: καίρου πέρα) ἔξω τοῦ πρέποντος. Apparet, librorum mscr. lectionem maximopere variare. In ea, quae e cod. Rob. post alios a VVellauero et Muellero recepta est, offendit Fritzschius, nescire se dicens, quaenam tandem illa sit deorum lex, cujus hic mentio fiat. Cui Muellerus monstravit Prometh. Vs. 946 sq., ubi Mercurius sic alloquitur Prometheum:

Σὲ τὸν σοφιστὴν, τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον,
τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεοὺς ἐφημέροις
πορόντα τιμάς. —

Et retractavit Fritzschius sententiam suam, addito alio ejusmodi testimonio, quod ibidem legitur Vs. 29 et 30:

Θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον,
βροτοῖσι τιμὰς ὤπασας πέρα δίκης.

Verba sunt Vulcani ad Prometheum. At hi loci minime id demonstrant, quod viri docti crediderunt. Nam in utroque ad τιμὰς supplendum est ex antecedentibus verbis: θεῶν. Innuitur quippe ignis, θεῶν γέρας et proprie Vulcani. Itaque in priori addit Mercurius: τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω. Cfr. Vs. 37 et 38, ubi Robur ad Vulcanum de Prometheo haec verba facit:

Τί τὸν θεοῖς ἔχθιστον οὐ στυγεῖς θεόν,
ὅστις τὸ σὸν θνητοῖσι προὔδωκεν γέρας;

et Vs. 82 et 83, ubi idem Prometheo hoc acclamat:

Ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα
συλῶν, ἐφημέροισι προςτίθει.

Neque obstat nostrae sententiae, quod Prometheus ipse Vs. 107 sq. sic loquitur:

θνητοῖς γὰρ γέρα
πορὼν, ἀνάγκαις ταῖσδ᾽ ὑπέζευγμαι τάλας.

Qua de re ille Fritzschii scrupulus haudquaquam remotus est. Idem alteram addiderat observationem haud ineptam hancce: verba παρανόμων θεῶν ob opposita παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας fere necessario efflagitari. Quam quomodo postmodum prorsus nihili facere potuerit lectionem Robortellianam melius quadrare in antecedentem versum affirmans, non percipio. Praeterea scriptura παρανόμων θεῶν aperte commendationem habet ab auctoritate librorum mscr. De Mediceo quidem hodie non prorsus constat; sed si verum est, inesse in eo παράνομον, facillime intellexeris, qua ratione orta sit lectio παρὰ νόμον, quam ego non possum non pro correctione habere. Etiam schol. B. a nobis emendatus pro terminatione — μων facit. Quodsi autem illud παρανόμων θεῶν genuinum est, non potest aut βρότεα aut βρέτεα ferri. Fuere quidem, qui dictionem: παρανόμων θεῶν βρέτεα μὲν τίων Nostro putarent non abjudicandam esse. Sic nuperrime etiam Fritzschius, sed mox aliter sensit, quamquam illam non desinens poeta dignissimam dicere. Nec dubitandum videtur, quin βρέτεα mera sit correctio corrupti vocabuli βρότεα. Tu versum sic scribe:

παρανόμων θεῶν κράτεα μὲν τίων.

Est haec emendatio profecto facillima, quum praeter-

tim literae β et κ in codicibus, qui Aeschyli fabulas continent, sexcenties confusae reperiantur. Sic Vs. 111 νεκροῦ scriptum pro νεβροῦ, Vs. 237 νεκρὸν pro νεβρόν, Vs. 309 κράκτορες pro πράκτορες, Vs. 923 ἐπικριθεῖς pro ἐπιβριθεῖς, si non in omnibus, certe in uno vel pluribus libris mscr. Etiam in Suppl. Vs. 863 pro corrupta lectione cod. Med. βροτίοσα in Reg. L. reperitur κροτίοσα. Cum loquutione: παρανίμων θεῶν κράτεα τίων cfr. Agam. Vs. 249:

Ἥκω σεβίζων σόν, Κλυταιμνήστρα, κράτος.

Praeterea vide nostrae fabulae Vs. 156 et 157:

τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ
κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον —

et Prometh. Vs. 149 et 150:

Νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου·
νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει. —

De verbis: παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας φθίσας, quae jam sequuntur, interpretandis ambiguum est virorum doctorum judicium. Alii Μοίρας scribunt, prima litera majuscula, alii μοίρας eadem minuscula. Vix dignum refutatione est Wakefieldi commentum, refrictum illud nuperrime a Fritzschio, Μοίρας hic non esse Parcas, sed Furias intelligendas. Provocaverat Wakefieldus Hymnographum Orphicum, Furias sic invocantem:

Ἀλλὰ θεαὶ Μοῖραι, ὀφιοπλόκαμοι, πολύμορφοι.

Addere potuisset scholiastam ad Sophocl. Oedip. Colon. Vs. 229: μοιριδία τίσις) ἡ ἐξ Ἐριννύων. Μοίρας γὰρ νῦν τὰς Ἐριννύας. At talia quis serio contendet argumento esse posse? Porro: scriptores a Fritzschio citati, apud quos Parcarum et Furiarum simul reperitur mentio facta, tantum abest, ut pro ejus sententia faciant, ut contrariam probent. Idem censet, illam explicationem etiam a scholiastis esse prolatam. In quam rem operae pretium erit accuratius inquisivisse. Pertinent autem ad locum hunc scholia haecce: schol. B. παλαιγενεῖς) ἡμᾶς δηλονότι, ὅσον τὸ ἐπὶ σοὶ ἀναιρήσας καὶ φονεύσας, — schol. A. φθίσας) ἡμᾶς ὅσον ἐπὶ σοι. Non advertisse videtur viros doctos illud ὅσον (τὸ) ἐπὶ σοι. Quae verba me quidem commovent, ut conjiciam, spectare in glossis

scholiastarum verbum ἡμᾶς solummodo ad παλαιγενεῖς, qua in re eis ante oculos fuisse videtur quod infra Vs. 802 dicit poeta ἐμὲ παλαιόφρονα, et similia; vocabula ὅσον (τὸ) ἐπί σοι vero ad μοίρας, quam vocem putabant idem valere, quod τὸ σὸν μέρος. Est haec quidem satis mira explicandi ratio, sed haud indigna, opinor, cerebello ejusdem hominis, qui saepe similiter ineptit. Audi Schuetzium: »Hoc vel sic intelligendum, ut vocabulum μοίρας appellativum sit: idemque valeat haec locutio, ac τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἰστοῖ de Jove dictum Prom. Vinct. Vs. 151, vel ut Μοῖραι Parcae sint, quarum leges infringantur Oreste matricidii poenis soluto, utpote quae Eumenidibus officium ejusmodi facinorum ultionem exsequendi demandaverint. Cf. V. 335 (320 Well.) et seqq.« Equidem posteriorem explicationem praetulerim cum propter pluralem numerum, tum propter opposita verba παρανόμων θεῶν. Objecit quidem Fritzschius, eam vix esse probandam, quia sic exclusis Furiis solae Parcae memorentur. Sed injuria. Quaeritur, quatenus versu praecedente Apollo templum suum polluisse dicatur novorum deorum auctoritatem atque imperium venerando. Nempe ideo, quod Orestem matris interfectorem, utpote supplicem, receperat, et id quidem juxta leges de reverentia erga supplices a Jove latas, quibus novi dii utebantur. Atqui ut recte monuit Schuetzius, Furiis contra officium a Parcis mandatum erat, eos, qui propinquos necassent, ad mortem usque persequendi. Ergo sequitur, ut antea novorum deorum (h. e. praecipue Jovis) legis contrariae latorum, sic hoc loco Parcarum, quarum id institutum, quod hoc versu laesum dicitur, perhibebatur fuisse, et debuisse mentionem fieri, et recte factam esse. Furiarum vero commemoratio, quae nihil nisi Parcarum mandatum exsequebantur, in hoc sententiarum nexu omnino non desideratur. Locum, quo infra Vs. 693 seqq. de Parcis ab Apolline deceptis sermo est, nihil facere ad nostrum explicandum, cuivis patet.

Versu 166 in cod. Reg. L. πικρὸς reperitur pro λυπρός. Similiter illud vocabulum e glossa marginali vocis οἰκτρὸν in perpetuitatem verborum illatum est

in duobus libris mscr. in Prometh. Vs. 433, testante etiamnum scholio ad eum locum. —

Qui huic respondet versus antistrophicus aperto mendo laborat. In quo emaculando quamvis enixe occupati fuerint viri docti, praeter Hermanni inventum ἔστιν οἷ, quod licet probatum Muellero, jure suo merito rejecerunt Wellauerus et Fritzschius, una tamen tantummodo digna est, cujus mentio fiat, emendatio ἐξ ἐμοῦ, a Bambergero prolata in dissertatione de carminibus Aeschyleis a partibus chori cantatis p. 44. not. 77). Sed ne haec quidem omnino placet. Quid auxilii e scholiis A. petendum sit, ubi circumscribendo explicatur locus, non intelligo. Equidem ἔκ τινος reponendum censeo pro ἐκείνου, construendum cum πάσεται, quam conjecturam cuivis spero probatum iri, qui reputaverit, quam facilis sit quantaque vi dictum illud τινός, in quam rem egregie facit simillimi loci comparatio, qui exstat apud Pindarum Ol. II, 58—60:

τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις ἐχθρᾷ
λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

Ubi vide Dissenii notam. Innuitur quippe Ἀΐδης. Cf. Vs. 263 seq. Vide praeterea Vs. 324. Suppl. Vs. 409 seqq. coll. Vs. 225 seqq. Ceterum scholiastes, qui versus mensus est, habet πράσσεται, monente jam H. Stephano. Quod si vere profectum est ab homine (apud Schuetz. et Schwenck. scribitur πάσσεται), hic locus iis adnumerandus erit, de quibus supra pag. 10 et 11 not. et ad Vs. 125 diximus. —

V. 170 seq.

Ἔξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος
χωρεῖτ', ἀπαλλάσσεσθε μαντικῶν μυχῶν.

Haec verba si genuina sunt, sequitur, ut jam in templo Apollinis versari Furiae cogitandae sint. Vereor enim, ut assentientem quemquam habeat Hermannus in censura Eumenidum a Muellero conversae et adnotatae p. 164. 165 contendens, ea nil ejusmodi probare. Quomodo hoc convenit cum versu 186:

οὐ χρηστηρίοις
ἐν τοῖσδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος.

Cujus loci hanc interpretationem a Butlero profectam: »non autem par est in hujus oraculi vicinia abominationem talem immorari« etiam eam ob caussam fatendum est probabiliorem ceteris esse, quod sic verba accuratius respondent praecedentibus:

λέοντος ἄντρον αἱματοῤῥόφου
οἰκεῖν τοιαύτας εἰκός.

An, Apollinem extra templum fuisse, statuendum, Furias in templo? Hoc enim fere opponas vertens: in templo hoc vicino. At parum credibile, deum, quum Furias aedibus expellere vellet, has intrare noluisse, sed ante portas stantem sermocinatum esse. Immo patet, alterum utrum locum corruptum esse. Ac maluit Pavus Vs. 186 scribere πλουσίοισι, ut in ipso templo res agi diceretur. Idem placuit Wakefieldo. Contra Abreschio statim post Vs. 170 excessisse Furiae templo videbantur, prout jussae fuissent, ideoque χρίμπτεσθαι dixisse Apollo V. 176. Quae res quum jam per se haud similis sit veri, tum omnino reprobatur eo modo, quo Vs. 176 antecedentibus adjectus est. Verum tamen Paviana emendatio, etsi facillima, haud magnopere placet, quum notionem obtrudat loco prorsus superfluam atque alienam. Sed quod gravissimum est et tam contra Abreschium facit, quam contra Pavum et Wakefieldum, quo jure sumi potest, Furias, quae, ut Orestem, quem e templo aufugisse sentirent, persequerentur, foras exierant et ante aedes in orchestra carmen cantaverant, quod praecedit, rediisse illuc hoc finito? Nam fuisse eas inter canendum et saltandum in orchestra, ut mos ferebat, cum Hermanno mihi maxime probatur, qui quidem illud putat de nonnullis Furiis statuere licere. Vide ejus censuram l. l. At meo judicio id prorsus absonum fuisset. Sic videndum, ne Vs. 170 in vitio sit; quod facillime removebitur, si pro κελεύω scripseris: κελεύθου. Genitivus a κελεύθου pendens non est offensioni. Scilicet in via ad templum, ad introitum ejus versabantur Furiae, in orchestra morantes, atque ex eo quoque loco ut egrediantur, ne sacras aedes contaminent vicinia sua, hortatur deus. Jam vero aptissimi sunt Vs. 176 et 186; quamquam prior etiam ferri posset, si de commoratione in aedibus ipsis sermo esset. Sciscant eruditi. —

Vs. 176—181.

Οὔτοι δόμοισι τοῖςδε χρίμπτεσθαι πρέπει·
ἀλλ' οὐ καρανιστῆρες ὀφθαλμώρυχοι
δίκαι, σφαγαί τε, σπέρματός τ' ἀποφθοραὶ
παίδων, κακοῦ τε χλοῦνις, ἠδ' ἀκρωνία,
λευσμόν τε καὶ μύζουσιν οἰκτισμὸν πολὺν
ὑπὸ ῥάχιν παγέντες.

En locum illum conclamatum, qui quominus recte aut restituatur aut explicetur pariter codicum depravatio atque obscuritas singulorum verborum videtur prohibere. De quo quid statuendum sit exponemus, missis aliorum sententiis parum probabilibus, hac utentes argumentatione.

Ad Vs. 179 haec adscripsit schol. A.: *χλοῦνις) ἡ ἀκμαία ἀποκοπή, παρὰ τὴν χλόην. Ἢ ἐπεὶ χλοῦνις ὁ σῦς, κάπροι δὲ συνεχῶς εὐνουχίζονται, διὰ τοῦτο τὴν ἀποκοπὴν συϊκὴν εἶπεν, οὐκ ἀνθρωπίνην.* Quae velim legantur releganturque. Quid enim, quaeso, quum vocem *χλοῦνις* derivet a *χλόη* scholiastes, num credibile est, eum verbis *ἡ ἀκμαία ἀποκοπή* unam illam solam definire voluisse? Profecto non ita. Nam quo tandem artificio verbum *χλόη* in eum sensum rapi poterit, ut vocabulo *χλοῦνις* inde deducto castrationis insit notio? Potius in propatulo est situm, grammaticum habuisse vocabulum *χλοῦνις* pro adjectivo et in explicatione ejus ad illud spectare solummodo ejusdem classis vocem: *ἀκμαία*, quam quivis videt quo jure verbi *χλοῦνις* a *χλόη* derivati interpretamentum afferri potuerit. Sic videtur praeferenda esse ea ratio, qua apud Robortellum scholion nostrum scriptum reperitur: *χλοῦνις) ἡ ἀκμαία, παρὰ τὴν χλοήν* cett., omissa voce *ἀποκοπή*. Nisi forsan statuere malis, excidisse in lemmate substantivum illud verbum, ad quod *χλοῦνις* pertinebat. Testantur idem sequentia verba aliud explicandi periculum continentia. Quibus accurate perpensis scholiasten videbis haec docere, primum: *χλοῦνιν* sonare: *συϊκήν*, deinde: esse illud verbum hoc loco alii cuidam, quo castratio significetur, adjectum.

Jam vero si vocabulum *χλοῦνις* adjectivum putavit esse, et recte quidem, scholiasta, quale fuit et quod fuit, quo illud spectabat, verbum substantivum? Quale fuerit eatenus quidem facile dictu, quod ex

ipsis grammatici verbis dilucide apparet, quamnam vim habuerit. Nimirum castrationis. Contra de genere dubitari potest, utrum masculinum fuerit, an femininum, si vulgata scholii scribendi ratio vera est; sin vero ea, quae apud Robort. reperitur, a grammatico est profecta, necessario sequitur, ut femininum fuerit. Quod fuerit interroganti jure tuo respondebis, latere illud in κακοῦται vel κακοῦ τε, quae codicum lectio est aperte corrupta. Haec certissima sunt. Postulabis praeterea, ut vox eruatur, codicum lectioni quam simillima. Jam illud τὲ, quod facillime extrices e literarum tractibus, quales in edit. Ald. exhibentur, credas vel eam ob caussam genuinum esse, quod ejusmodi particula copulativa opus sit. At concitatum Apollinis animum haud dedecere videntur verba asyndeta, praesertim in hac ampliore vocabulorum comprehensione, ubi tali variatione potius languorem quendam orationis evitari censeas. Ut brevi dicam, librorum mscr. lectiones κακοῦται et κακοῦ τε nihil aliud continere videntur, quam: ἀποκοπή, quam conjecturam crediderim cuivis probatum iri, qui ad postrema verba scholiastae: διὰ τοῦτο τὴν ἀποκοπὴν συϊκὴν εἶπεν accurate attenderit. Vitii initium hoc videtur fuisse, ut litera *Α* ante *Π* excideret. Quo facto quum *ΠΟΚΟΠΕ* restaret, — nam sic fere ab Aeschylo scriptum fuisse vocabulum constat — librariorum nimia sive cura sive incuria, diremtis literis, ortum est *ΚΑΚΟΥ ΤΑΙ* vel *ΤΕ*. Nec distat illud ab hoc tantopere, quam primo adspectu credere possis, nam literae *Π* et *Κ* et *Τ* non minus quam *Ο* et *Α* saepissime inter se permutatae reperiuntur atque alterum *Ο* ii, qui pro antiquiore scripturae genere primi utebantur recentiore, ad libitum tam literam μονόφθογγον ō, quam δίφθογγον ōυ habere poterant. Tantum proficere licuit e scholiis diligenter excussis.

Reliquum est, ut dicamus cum de universa dictione, qua poeta castrationem significavit, tum de verbo χλοῦνις. Qua in re haud moramur scholiasten, a χλόη deducendum esse vocabulum et idem quod ἀκμαία valere censentem, quum non appareat, quid sibi velit ejusmodi castrationis epitheton. Verae similior haberi potest altera, quam profert, opinio, ab apro desumptam appellationem dicens. Quamquam

cur apro inditum sit nomen χλούνης, et veteres ambigunt grammatici, nec hodie satis constat. Congessit nonnulla huc pertinentia Hermannus in dissertatione de Aeschyli Lycurgia, Opuscc. Tom. V. p. 10 seq., sed veriloquium ne hic quidem patefecit. Cfr. praeterea Stanlejus ad hunc locum. Notanda praecipue Eustathii verba haecce: ὅτι δὲ καὶ ἐκτομίαν ὁ χλούνης δηλοῖ οὐ μόνον Αἰσχύλος δίδωσι χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ Αἰλιανὸς μάλιστα ἐν τοῖς περὶ προνοίας χλούνην λέγων τὸν ἀπόκοπον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ κατὰ τὸν γεωγράφον χλούνην σὺν τὸν τομίαν λέγει. Sic ille ad Homer. Il. p. 772, 53. Quae de vocabulorum stirpe significant secandi vi vel simili quadam instructa, minus illa adhuc cognita atque illustrata. Tu compara Hesychianum illud: Χλιοῦται, σχίζεται. Neque enim dubitari potest, quin hoc verbum ejusdem sit originis. Eodem fere pertinere videtur alia Hesychii glossa: Χλήδης, σπάδων, θλαδίας, εὐνοῦχος, et: Κέλωρ: ἐκτομίας, γάλλος, σπάδων. Haec vox apud Euripidem et Lycophronem filium significat. Ubi similem notionum transitum observare licet, atque in vocabulo κλάδος de κλάω flexo, quod origine non distat a χλήδης. Omnino haec verborum familia longe patet spectantque ad eam plurima vocabula, quae quia notionem sibi induerunt a primaria aliquantum recedentem et formam ostendunt maxime variatam, vulgo creduntur diversissima esse. Sic σκύλλω, σκέλλω, quod primitus secandi vim habuisse docebit σκληρὸς cum ξηρὸς, voce a κείρω deducta, comparatum, κλάω, alia ejusmodi. Qua de re, quamvis aliunde sciamus, illam vocabuli χλούνης interpretationem prorsus improbatam fuisse ab Aristophane grammatico, quum et testimonia ab Eustathio prolata satis locupletia sint atque idonea, et radicem vocabuli ac cognata nonnulla etiamnunc in lingua Graeca agnoscere liceat, non videtur jure dubitandum esse, quin adjectivum χλοῦνις talem vim habere possit, quae melius, quam explicationes ejus a scholiasta nostro propositae, in hunc locum quadret. Patet autem, sic vocabulum χλοῦνις non passivo sensu posse positum esse, ut χλούνης apud Aristotelem atque Aelianum, nam usus Homericus et Hesiodeus sane minime certus est. Sed debet hic active intelligi, ut verbo substantivo ἀπο-

κοπὴ adjectum ejus notionem amplificet et accuratius definiat. Idque merito. Nam ἀποκοπὴ quum per se quamvis detruncationem significare posset, — in Suppl. Vs. 821 verbum de detruncatione capitis usurpatum est — addito χλούνις, cui vocabulo castrationis notio videtur propria fuisse, ad hanc magis efferendam opus erat, praesertim quum statim sequatur ἀκρωνία, quod verbum quomodo capiendum sit mox docebimus.

Ventum est ad vocem ἀκρωνία. De qua ita scholiastes: ἀκρωνία) ἐκτομὴ μορίων. Non est cur aspernari velimus perantiquam hanc forsitan glossam. Fecerunt tamen nuper Hermannus et inprimis Fritzschius, sine auctoritate esse hanc interpretandi rationem contendentes. Nescio sane, quamnam auctoritatem dicant viri docti. Num scholiastae testimonium de loco ipso omnino non dignum hoc nomine est? An vocabuli natura talis, quae illam significationem repudiet? Minime vero. Nam quum τὰ ἄκρα, ὁ ἄκρων idem valeat, quod τὸ ἀκρωτήριον, non video, cur non ἀκρωνία idem sonare possit, quod ἀκρωτηρίασις, ἀκρωτηριασμός? At videamus tamen, quid statuant, ἀκρωνίαν prorsus alio sensu intelligendam esse putantes. Contendunt nimirum, vocem cumulum denotare, esseque verba, quae vulgo ad vocabulum λευσμὸν explicandum adscripta reperiantur: Ἡρωδιανὸς δὲ τὸ σύστημα καὶ ἄθροισμα, huc referenda. Sed illa notio in versu, de quo sermo est, vix ferenda esset ac ne vix quidem, id quod bene monuit Muellerus, cui nescio num satisfecerint quae obloquutus est Hermannus. Hoc igitur, etsi a pluribus comprobatum, nisi omnia singillatim subtilius de monstrantur, perquam leviter dictum censeas. Possit quidem id speciosum videri, quod monent, alibi ἀκρωνίαν explicatam legi ita, ut Herodiani verba a scholiasta allata apprime quadrent ad illud vocabulum. Sed bene notandum, apud lexicographos lectionem minime esse certam, neque ullo loco prodi, Herodiani esse istam vocis ἀκρώνια vel ἀκρωνία vel ἄκρωνα — sic enim variat lectio — explicationem, et quid tum fiet verbis κακῶν ἄθροισιν, quae quarto casu adscripta sunt ad λευσμὸν *), nec prae-

*) Quod apud Robortellum legitur: Λευσμὸν) κακῶν ἄθροισις ἢ λιθοβολία cett. aperte corruptum est.

terea avelli possunt a sequentibus, quia ἢ particula demonstrat luculentissime, antecessisse jam aliam vocabuli λευσμὸν explicationem? Si vero probabile est, verba κακῶν ἄθροισιν partem efficere glossae ad λευσμὸν adscriptae, non potest esse improbabile, etiam sequentia: Ἡρωδιανὸς δὲ τὸ σύστημα καὶ ἄθροισμα pertinere eodem, quo illa, quum non sine specie quadam veri sumere liceat, scholiasten, quod hoc loco de malis sermonem esse videret, reperto vocabulo nonnisi cumulum significante, de suo addidisse verbum κακῶν, ne scilicet sensu prorsus omni phrasis careret.

Expendamus jam scholiastae verba accuratius. Scripsit igitur: λευσμὸν) κακῶν ἄθροισιν, ἢ λιθοβολίαν. Ἡρωδιανὸς δὲ τὸ σύστημα καὶ ἄθροισμα. At enim vero quaerat aliquis, quomodo diversissimae hae explicationes spectare possint ad unum idemque vocabulum λευσμόν. Quod laudabo equidem, si quis ita demonstraverit, ut scrupulus nullus relinquatur. Certe verbum λευσμὸς qui alteram significationem habere possit, difficillimum dictu est, si veriloquium spectes, nec aliud testimonium sic adhibitum fuisse docet. Sed si non turpe est hariolari in tenebris, respondeo, videri posse illud, quum ab Herodiano dicatur significare τὸ σύστημα καὶ ἄθροισμα, cohaerere cum vocabulo λεϜώς, λαϜός, quod a verborum stirpe ΛΑϜ— sive ΛΕϜ— deducendum est, cui talis vis fuerit oportet. Cfr. vocabulum πλῆθος. Latina vox populus ad eandem radicem pertinere videtur, quo πολύς, πίμπλημι, plus, pleo. Idem valet de vocabulo ὄχλος, teste Cretensium verbo πέλχος, prorsus eodem, quod illud et Latinum volgus. Quod vero verbum λευσμὸς jam alibi non reperitur hac significatione praeditum caussa non est idonea, cur id olim in usu fuisse negemus. Quin rarius fuisse et minus notum, vel ex eo concludere licet, quod ad Herodiani auctoritatem provocat homo.

Sed manum de tabula. Protulimus autem haec, quae qualia sint, ipsi probe scimus, ne quid intentatum videremur reliquisse ad verba scholiastae, quae magnum sunt praesidium loci Aeschylei emendandi atque explicandi, servanda ut vulgo leguntur. Jam ipsi nostra vineta caedemus. Et primum quidem quod diximus, verbi ἀκρωνία vulgatam interpretationem

minime carere auctore, quum scholiasta id sic explicet: ἀκρωνία) ἐκτομὴ μορίων, videndum, ne ea cupidior sit opinio. Certe opus esset, hominem postrema vocabula voluisse significare membrorum amputationem. At hoc quis sibi persuadebit verum esse? Nam aperte de castratione dicta sunt. Jam vero num credibile est, ἀκρωνίαν dici a quoquam potuisse castrationem? Nimirum hoc ferri nullo pacto potest, praesertim quum videamus, eundem hominem sic statuisse credendum esse, qui verbis praecedentibus eandem vim tribuerit. Ita credas, glossam corruptam esse et sic quidem, ut lemmatis desit explicatio, ac vicissim explicationis lemma. Verba: ἐκτομὴ μορίων apparet adscripta fuisse dictioni alicui castrationem significanti. Talis autem est ea, quam supra e praecedente scholiastae glossa huic ante oculos fuisse ostendimus, scilicet: ἀποκοπὴ χλοῦνις. Ad hanc igitur illa scholiastae verba spectare dicas. Sic lemma: ἀκρωνία caret explicatione. Contendat aliquis, hujus verbi omnino nullam fuisse rationem in scholiis habitam, et lemma illud deberi librariis somniantibus. At vero, ut verum fateamur, is modus, quo supra conati sumus, ex originatione docere, vocabulo λευσμὸς, etsi hoc uno tantum loco a scholiasta ad Herodianum provocante prodatur τὸ σύστημα καὶ ἄθροισμα significare, posse saltem eam vim fuisse, nimis incertus est atque audax. Scholia innumeris locis turbata esse patet. Hoc etiam in nostro factum esse, uno jam exemplo comprobatum est. Grammaticorum glossae (apud Hesychium s. v. ἀκρώνια, in Etym. Magno p. 53, 41, in Bekkeri Anecdotis p. 372, 2) cum verbis, quae a scholiasta sub Herodiani nomine citantur, comparatae, quum jam viderimus, deesse revera explicationem vocabuli ἀκρωνία, probabilissimam reddunt conjecturam, scholiasten nostrum eodem fere modo illud interpretari voluisse, quo ceteros. Itaque denuo tentemus glossam ad verbum λευσμὸν adscriptam. Ibi scripturam: λεσμὸν) κακῶν ἄθροισις ἢ λιθοβόλια diximus aperte corruptam esse. Et recte quidem. Sed forsan ab una parte veritati propior est, quam vulgata. Nempe eatenus, quod in ea ἄθροισις est, primus casus, nec vero quartus ἄθροισιν. Nam sic scribendum, si scholion, id quod jam veri est simi-

lius, hoc modo in duas hasce glossas dispescendum est, primam: ἀκρωνία vel ἀκρώνια) κακῶν ἄθροισις. Ἡρωδιανὸς δὲ τὸ σύστημα καὶ ἄθροισμα, alteram: λευσμὸν) λιθοβολίαν. Particula ἢ ante λιθοβολίαν ab eo est profecta, qui glossas vel marginales vel suprascriptas, temere sic, ut hodie leguntur, consarcinavit.

Haec quum ita sint, jam videndum, quid in versu, qualem secundum scholiastae testimonium ab Aeschylo credimus scriptum fuisse:

— ἀποκοπὴ χλοῦνις ἠδ' ἀκρωνία,

postremum sibi velit vocabulum. Vix opus est rursus notare, scholiasten, quum dicat: κακῶν ἄθροισις, minime conjunxisse κακοῦ ἀκρωνία. Nam illud κακοῦ satis credo apparere omnino non lectum fuisse ab eo. Monuimus jam supra de ratione, qua additum esset vocabulum. Jam patet grammaticorum verbi ἀκρώνια vel ἀκρωνία explicationem hoc loco ineptissimam esse. Quare non putaverim cum Hermanno aut ceteros grammaticos aut Herodianum, cui illa deberi videtur, nostrum locum in animo habuisse; sed scholiastam censeo diversi vocabuli eandem formam habentis interpretationem ab Herodiano propositam temere ad hunc versum illustrandum applicasse. Contra in aprico est, vulgatam verbi explicandi rationem optime se habere. Sed quaeras haud injuria, num solum per se eum sensum fundere possit. Certe vocum ἀκρωτηρίασις et ἀκρωτηριασμός, quas supra in comparationem vocavimus, paullo diversa ratio est, quum non ab ipso vocabulo ἀκρωτήριον, sed a verbo ἀκρωτηριάζω declinatae sint. Non possum igitur, quin hanc conjecturam superaddam, esse vocabulum ἀκρωνία hoc loco adjectiv m ad ἀποκοπὴ referendum. Existimo autem, adjectivum ἀκρώνιος, ία, ιον a vocabulo ἄκρων, -ωνος, ita derivatum esse, ut ἀγώνιος ab ἀγών, -ῶνος, ἁλώνιος ab ἅλων, -ωνος, alia, et ad substantivum ἀποκοπὴ appositum pro genitivo ἀκρώνων, quod dicendi genus saepius reperitur, praesertim apud poetas. Itaque universa phrasis sic vertenda est ad literam: detruncatio castrans (sive evirans) et ad extrema corporis membra spectans, hoc est: detruncatio genitalium et extremorum corporis membrorum.

Haec hactenus. Transgrediamur jam ad sequen-

tia poetae verba. Fuere, quibus facillimum videretur, quum versu 180 accusativum λευσμὸν ferri nullo modo posse viderent, scribere: λευσμὸς vel: λευσμοί. Est hoc sane facillimum, immo tam facile, ut nulli puero non in mentem veniat ejusmodi emendatio. Cautiores bene perspexerunt, non debere accusativum, utpote quem constanter teneant omnes libri, etsi non quadrantem ad antecedentia, temere mutari. Est igitur vox λευσμὸν cum Hermanno trahenda ad sequentia, ut pendeat quartus casus a verbo μύζουσιν. Cui vocabulorum construendorum rationi apprime favet collocatio vocis μύζουσιν. Solet enim verbum duobus orationis membris commune in principio secundi nonnunquam poni. Vide Disseni notam in commentario ad Tibulli opera p. 21 sq. Qui vir doctus et in hoc libro et in notis ad Pindarum denuo editum saepe verissime loquutus est de hac et similibus sententiarum conformationibus. Nos supra p. 3 indicavimus, adjectivum ambobus membris commune similiter in secundo esse collocatum. Omnino apparet inter singulas verborum classes in hoc loquendi genere nullum discrimen intercedere, earumque sic positarum eandem prorsus rationem esse atque caussam.

Fatendum quidem, si sic statuas, sententiam:

λευσμόν τε, καὶ μύζουσιν οἰκτισμὸν πολὺν
ὑπὸ ῥάχιν παγέντες,

paullo durius esse conformatam. Λευσμὸν μύζειν significat: μῦ clamando de lapidatione queri; οἰκτισμὸν μύζειν: μῦ clamando ejulatum edere. Patet igitur verbum μύζουσιν in utroque commatis hujusce membro vario prorsus modo usurpatum esse. Praeterea in priore membro praedicati μύζουσιν subjectum sunt οἱ λευσμὸν μύζοντες, in altero οἱ ὑπὸ ῥάχιν παγέντες. Etiam hoc aliquid difficultatis habet. Facilior fiet verborum constructio, si scripseris:

λυγμόν τε, καὶ μύζουσιν οἰκτισμὸν πολὺν
ὑπὸ ῥάχιν παγέντες.

Hoc est: ubi μῦ clamando singultum et ejulatum multum edunt sub spina defixi. Hesychius: λυγμός, ὀλολυγμός, θρῆνος, ἀναμυγμός, nam ita aperte scribendum pro ἀνανυγμός.

At non omnino opus videtur, codicum mser.

lectionem, etiam a scholiasta agnitam, deserere, etiamsi orationem aliquanto impeditiorem reddat. —

Vs. 202 sq.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Τί γάρ; γυναικὸς ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἂν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.

Ita recte hi versus inter Apollinem et Chorum distribuuntur; eodem modo divisos in libro, quo utebatur, deprehendebat scholiasta. Sed prior non dubitari potest, quin aliter ab eo lectus fuerit. Scribit enim sic: *Τί γὰρ γυναικὸς) Τί προςτέταχθε ποιεῖν παρὰ ἀνδροφόνου γυναικός;* Apparet facile, addidisse de suo scholiasten verba *προςτέταχθε ποιεῖν*, sententiam putans integram esse ac finitam, quum tamen poeta Apollinis orationem excipi velit atque interpellari a Furia. Sed aeque facile perspici potest, non repperisse hominem in libro suo illud *τί γάρ;* Invenit nimirum locum sic scriptum:

Τί παρὰ γυναικὸς ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ . . .

Hoc si reposueris, versu sequente genitivus *γυναικὸς* facillimam explicationem habebit. Sententiarum nexus hic erit. Dixerat Furia, esse sibi munus matricidarum aedibus expellendarum. Quo facto Apollo quaerit: quale facinus mulieris censes esse, quae virum suum vita privavit? his scilicet verbis haec statim additurus, nisi Furia eum interfata esset: ut Clytaemnestram nulla omnino poena afficias. Sed Furiae responsio talis est, ut deus cum indignatione atque ira primum ei dignitatem matrimonii despectui habitam exprobret, et demum inde a versu 210 id quod supra, quum Vs. 202 proferebat, jam in animo habebat, eloquatur distinctis verbis. Cum versu 203 cfr. Vs. 575. Quam facilis sit permutatio vocularum *γὰρ* et *παρὰ*, pro qua etiam facilius *πάρ* scribere posses, si Vs. 220 ea praepositionis forma vere esset a poeta profecta, quivis videt. Eadem res in animum revocat scholii ad Vs. 159 adscripti verba haecce: *Τὸ δὲ γᾶς ὄμφαλον, ἀντὶ τοῦ, (τὸ) ἐν Πυθοῖ.* Mirum sane esset, si scholiasta voluisset,

verba γᾶς ὀμφαλοῦ significare: ἐν Πυθοῖ; quum omnino non liqueat, quamnam is in tali dictione accusativi rationem putaverit esse. Sed video, apud Robortellum scriptum esse: Τὸ δὲ γὰρ ὀμφαλόν. Unde suspicetur aliquis, eum qui illam glossam composuerit, legisse Vs. 159: παρ' ὀμφαλὸν eaque verba censuisse sonare: ἐν Πυθοῖ. Mox cum verbis αὐθέντης φόνος cfr. Agam. 1554 θανάτοις αὐθένταισιν. Scholiasta: — αὐθέντης, ὅ ἐστι, μιαρός. Minus accurate. At de sensu vocis satis constat; non item de veriloquio. Scribitur αὐθέντης atque αὐτοέντης. Illud πολιτικώτερον vocat grammaticus in Bekkeri Anecdotis T. I., p. 15, 9. Vulgo alteram vocabuli partem a verbo ἱέναι derivant. Sic grammaticus modo laudatus. Schol. ad Apollon. Rhod. II, Vs. 754. atque schol. ad Eurip. Androm. Vs. 172 illud -εντης a verbo ἱέναι videntur deducere voluisse. At utrumque patet ineptum esse. Altera forma αὐτοέντης ostendit, habuisse illud -εντης aliquando digamma primam literam. Hoc in spiritum asperum, quem dicunt, transiit. Sic ortum αὐθέντης. Quae quum ita sint, cogites oportet de stirpe vocabuli ϜΕΝ—. Sed fusius rem alio loco persequi praestat.

Locus, qui jam sequitur:

Ἦ κάρτ' ἄτιμα, καὶ παρ' οὐδὲν ἠρκέσω
Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα,

maculam adspersam habet in fine prioris versus nondum detersam ratione probabili. Est varia lectio in cod. Reg. L. ἀρκέσω. Scripserat poeta fortassis:

Ἦ κάρτ' ἄτιμα καὶ παρ' οὐδὲν εἰργάσω
Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα.

Παρ' οὐδὲν ἐργάζεσθαί τι dictum ut παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τι, similia. Cfr. Agam. Vs. 220 sqq.:

Λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους
παρ' οὐδὲν αἰῶνα παρθένειόν τ'
ἔθεντο φιλόμαχοι βραβῆς.

Illud ἀρκέσω censeas e primitiva scriptura ΕΡΓΑΣΩ, transpositis, ut fit, vocalibus, ortum esse. Verte: profecto valde inhonora reddidisti et rem nihili fecisti Junonis pronubae et Jovis foedera. — Simile mendum haeret in versu quarto Hymni Homer. XXIV, ubi Vesta sic invocatur:

ἔρχεο τόνδ' ἀνὰ οἶκον, ἐπέρχεο θυμὸν ἔχουσα.

Hic quum Barnesius pro ἐπέρχιο scripsisset ἐνηέα, idque Wolf., Ilgen., Matth. recepissent, nuperrimus editor Frankius vitium non in voce ἐπέρχεο latere, sed in ipsis verbis θυμὸν ἔχουσα, putavit. Frustra. Tu scribe: ἐπαρκέα θυμὸν ἔχουσα.

Pro μορσίμη Vs. 208 μόρσιμοι est in Med. ap. Weig., Guelph., Reg. L., ap. Ald.; μόρσιμος ap. Rob. Qua re vulgata lectio etiam mihi admodum sublestae videtur fidei esse, praesertim quum μόρσιμοι illud satis indigitet, unde sit orta. Scilicet e crebra confusione diphthongi οι cum η, postquam μόρσιμος semel casu in μόρσιμοι transiit.

Mox in loco:

Εἰ τοῖσιν οὖν κτείνουσιν ἀλλήλους χαλᾷς,
τὸ μὴ γενέσθαι, μηδ᾽ ἐποπτεύειν κότῳ,
οὔ φημ᾽ Ὀρέστην σ᾽ ἐνδίκως ἀνδρηλατεῖν,

pro γενέσθαι Vs. 211 Hermannus et Fritzschius conjecerunt τίνεσθαι. De cujus emendationis veritate dubitari nequit. Sed palmam viris doctis praeripuerat Meinekius ad Menandr. et Philemon. reliq. p. 226. —

Vs. 217 de phrasi πόνον πλέον τίθου jam pridem mihi convenit cum Fritzschio, sic vertente: mache dir deine Plage voll. Cujus quum Muellerus exempla desideret, moneo equidem, similiter Graecos dicere ἐκπιμπλάναι vel ἀναπιμπλάναι κακά, ἄλγεα, κήδεα, μόχθους, similia. —

Vs. 220 sq.

Μέγας γὰρ ἔμπας πὰρ Διὸς θρόνοις λέγῃ·
ἐγὼ δ᾽, ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας
Μέτειμι τόνδε φῶτα κακκυνηγέτις.

In versu, qui horum primus est, non video, quomodo excusari possit scriptura πὰρ, quamvis ea in omnibus libris mscr. deprehendatur. In edit. Ald. mire exaratum est παρ᾽. Apparet autem, quam facile Α finale excidere potuerit ante sequentis verbi primam literam Δ. Rectius editor Glasguensis παρὰ reposuit. Nisi potius locus graviore vulnere afflictus est. Nec celabimus suspicionem nostram. Notum est enim, quam saepe particula γάρ, si post secundum vel tertium vocabulum posita erat, a librariis deprehendatur transposita. Hoc etiam in codicibus Aeschyleis

passim factum videmus. Cfr. quae monuit Wellauerus ad Agam. Vs. 711. Eandem conjicias hujus loci corrumpendi ansam fuisse. Scripserat poeta:

Μέγας παρ' ἔμπας γὰρ Διὸς θρόνοις λέγῃ.

Librarius quis sedem vocum *παρ'* et *γὰρ* permutavit. Sic orta vulgata lectio. Et favet huic conjecturae imprimis scriptura praepositionis in ed. Ald., quam principio ante verbum a vocali litera incipiens locum habuisse patet. De praepositione interpositis verbis a nomine separata dictum est supra ad Vs. 76. Cum versu nostro conferat aliquis Vs. 395.

Tertio versu vocabulum *κακκυνηγέτις* ferri nequit. Affertur id e cod. Med. Sed ap. Weig. is habet *κάκκονηγέτης*, Guelph. Ald. Rob. *κάκκυνηγέτης*, Reg. L. *καὶ κυνηγέτης*. Conjecit Hermannus nuperrime *κάκκυνηγετῶ*, praeeunte fere Stanlejo, qui dederat *καὶ κυνηγετῶ*. At veram emendationem subministrat lectio cod. Farn., genuinae, ut saepius, nihil aliud, quam interpretamentum:

μέτειμι τόνδε φῶτα γ' ὡς κυνηγέτης.

Posuerat nimirum poeta: *κατὰ κυνηγέτην*, quod aliquis explicaturus vel supra vel in margine scripsit: *ὡς κυνηγέτης*. Id postquam in verborum perpetuitatem irrepsit, addita versus caussa *γ'* particula. Vocabula *καὶ* et *κατὰ* eodem compendio scribi solita sexcenties inter se permutata reperiuntur. Praepositionis *κατὰ* usus, quo modum significat, ad quem quid comparatum est, et similitudinem, in vulgus notus est.

Sed, quod nemo adhuc observavit, etiam prior versus labem contraxit, eamque vel duplicem. In eo secundum codices verba *ἄγει — δίκας* ita repraesentabantur in editionibus, quasi unam eandemque efficerent sententiam, donec Elmslejus statuit (ad Eur. Heracl. 852), ante *δίκας* commate incidendum esse. Sed in cod. Med. ap. Weig., Guelph., Reg. L., apud Ald. est *ἄγειν*, in cod. Farn. *δίκη* pro *δίκας*, quod idem aperte legit schol. A.: *αἷμα μητρῷον) ἡ δίκη τοῦ μητρῴου αἵματος*, quam glossam crediderim primitus ad verbum *δίκη* adscriptam fuisse. Quare integer locus in hunc modum refingi potest:

ἐγὼ δ', ἄγειν γὰρ αἷμά μητρῷον δίκη,
μέτειμι τόνδε φῶτα κατὰ κυνηγέτην,

Verte: ego vero — nam justum est, agitare

(me) sanguinem matris effusum, — persequar hunc virum in modum venatoris. *Δίκη* sc. *ἐστὶ* idem quod *δίκαιόν ἐστι*. Cf. Sept. adv. Theb. Vs. 848. Agam. Vs. 250 et 785. Eumen. Vs. 267. Quibus locis similiter *ἐστὶ* omissum est, ut solet in ejusmodi dictionibus, excepto Agam. Vs. 250. —

Vs. 226—234.

Ἄνασσ᾿ Ἀθάνα, Λοξίου κελεύσμασιν
ἥκω, δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα,
οὐ προστρόπαιον, οὐδ᾿ ἀφοίβαντον χέρα,
ἀλλ᾿ ἀμβλὺν ἤδη, προστετριμμένον τε πρὸς
ἄλλοισιν οἴκοις, καὶ πορεύμασιν βροτῶν.
Ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν,
σώζων ἐφετμὰς Λοξίου χρηστηρίους,
πρόσειμι δῶμα καὶ βρέτας τὸ σὸν, θεά.
Αὐτοῦ φυλάσσων ἀναμένω τέλος δίκης.

In versu 229 jam antea offensi viri docti praepositionem *πρὸς* corrigi voluerunt. Ulterius nuper progressus est Hermannus. Qui quum nec praepositionem *πρὸς* apte collocatam censeret, nec sententiam satis aptam esse, et particulam aliquam copulativam in eo, quod sequatur, commate injuria deesse, scholiasten ob glossam: *ἄλλοισιν οἴκοις*) *ἄλλοις προστριψάμενον τὸ μύσος* ratus legisse: *προστετριμμένον μύσος*, una litera mutata, poetae verba transposuit in hunc modum:

οὐ προστρόπαιον, οὐδ᾿ ἀφοίβαντον χέρα,
ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασιν βροτῶν·
ἀλλ᾿, ἀμβλὺς ἤδη προστετριμμένον μύσος,
ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν cett.

Dicam nihil de violentissima hac mutatione ipsa, quae nemini, opinor, probabitur. Quod vero de scholiasta praedicat vir eximius, in eo vereor, ne nimium sibi sumpserit. Alia in iisdem scholiis explicatio haec est: *προστετριμμένον*) *κατ᾿ αὐτῶν ἐπελθόντα*. Mea sententia omnino non dubium esse potest, quin illud *τὸ μύσος*, verbis male intellectis, ad vocabulum *προστετριμμένον* explicandum de suo adjecerit scholiastes, habens in animo versum 186, ubi verbis *τρίβεσθαι μύσος* perperam adscripsit: *μύσος προστρίβεσθαι*. Deinde quod ad copulam attinet, quam aegre desiderari dicit Hermannus, videat, ne in hac re sensui

suo justo celerius obsequutus sit. Idem de ultimo versu olim statuebat Schuetzius, quem jam nemo audit *καὐτοῦ* scribere volentem. — Denique cur praepositionem *πρὸς* male positam putarent, vellem sane viri docti exposuissent accuratius. Num opinantur praepositiones a Nostro non poni posse in fine versus? At fecit tamen Agam. Vs. 1244, ubi merito Klausenius vulgatam lectionem revocavit. Modo loci natura id patiatur. Nonnulla hujus generis exempla congessit Schwenckius. Contra quem quo jure dicat Wellauerus, non posse nostro loco praepositionem defendi ejusmodi versibus, quos articulus claudat, quippe quorum longe alia sit ratio, nondum exputo. Et laudaverat Schwenckius Boeckhium ad Pind. Olymp. VI, Vs. 53 citantem Sophocl. Oed. Col. Vs. 495, ubi praepositio est in fine versus. Idem apud Sophoclem locum habet: Oed. Reg. Vs. 555, et Philoct. Vs. 626. Cfr. etiam Hermann. Elem. doctr. metr. p. 119. Nihilominus tamen id verum est, non esse adhuc prolatam ullam explicationem, quae ferri quodammodo possit. Verissime Schuetzius »metaphora,« inquit, »in *ἀμβλὺν* sic explicanda. Sicut ferri acies crebra frictione retunditur, sic acies piaculi Oresti inhaerentis retusa et hebetata erat piaculis.« Cfr. Eurip. fr. inc. CLXVII, 5: *νῦν ἀμβλὺς εἰμι*. In eadem autem metaphora permanet poeta subjungens, ut solet rem illustrare amplificando, verbum *προςτετριμμένον*, adtritum, in quo explicando vulgo minus bene sequuntur scholion secundo loco citatum. Hesychius laudatus a Stanlejo in curis secundis: *Τετριμμένον· λεπτόν, καταπεπονημένον, διεφθαρμένον*. Cfr. Vs. 270 sq. Jam verba *πρὸς ἄλλοισιν*, apud alios, alibi, ad antecedentia pertinent, non ad sequentia, ut post *ἄλλοισιν* comma ponendum sit, si perspicuitati consulere velis. Ita recte etiam scholiastes verba junxit, ut apparet e glossa supra citata, cujus lemma vulgo est *ἄλλοισιν οἴκοις*, quum potius debeat esse *προςτετριμμένον πρὸς ἄλλοισιν*, et eodem prorsus modo res se habet in loco gemello Vs. 429, ubi vide quae disputabimus. Postulat hanc verborum structuram praepositionis *πρὸς* collocatio, quae rursus excusationem habet ab illa. Vide etiam Rostium in appendice ad Gramm. graec. §. 17. n. 3, in fine. Verborum *οἴκοισι καὶ πορεύμασιν βροτῶν*

sensus hic est: eo quod in aedibus versabar et hominum utebar consuetudine. Hoc purgato licebat, qui hac re etiam purior fiebat. Arcebatur vero aedibus quisquis caedem perpetraverat, quod suum negotium dicunt Furiae Vs. 201 et 399. —

Vs. 239.

Πολλοῖς δὲ μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ σπλάγχνον.

Vocabulum ἀνδροκμὴς usurpatum etiam Choeph. Vs. 876, Eumen. infra Vs. 916, Suppl. Vs. 663, Eurip. Suppl. Vs. 525. Omnibus his locis sonat: viros, homines conficiens. Potes autem verba μόχθοις ἀνδροκμῆσι vel sic intelligere: laboribus, qui tanti sunt, ut homines conficiant; vel labores homines conficientes ideo dictos censere, quod eo fine suscepti erant, ut Orestes vita privaretur. In quam rem cfr. Vs. 254 sqq., Vs. 229 sqq., Vs. 354. Cum universa sententia contendas etiam Sophocl. Aj. Vs. 994 sq.:

ὁδός θ' ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δὴ
μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον, ἣν δὴ νῦν ἔβην. —

Μόχθοι de cursu concitato laborioso, ut πόνος. Vide quae diximus ad Vs. 81. —

Sequens carmen postquam Hermannus in dissert. de Choro Eumen. I. monuit a partibus Chori cantatum esse in commata sua describere conati sunt Lachmann. in libro de chor. syst. p. 91, Bamberger. l. l. p. 65 sqq., Muellerus, Hermannus, Fritzschius. —

Vs. 244.

Ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προςγελᾷ.

Scholiastae haec habent, alter: προςγελᾷ) προςσαίνει, cf. Hesych. προςσαίνων· προςερχόμενος, προςαγόμενος, alter: θέλγει καὶ προςέρχεται. Euripides Troadd. Vs. 1184 sq.: ἔνθεν ἐκγελᾷ ὀστέων ῥαγέντων φόνος, »unde effunditur cruor ossibus confractis.« Cui loco admoveas eum, qui legitur apud Platon. de republ. L. V, C. 18, p. 473, C: εἰρήσεται δ' οὖν, εἰ καὶ μέλλει γέλως τέ τις ἀτεχνῶς ὥςπερ κῦμα ἐκγελῶν καὶ ἀδοξίᾳ κατακλύσειν. Hinc lux affulget loquutioni,

quae est in Prom. Vs. 89 sq. ποντίων κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα. Ubi in cod. Guelph. verbo γέλασμα suprascriptum reperitur κίνημα. Egregie. Talibus similibusque aliis exemplis commoveor, ut verbum γελᾶν principio statuam motum significasse, praecipue pulsum atque ictum. Quae notio postea ad risum designandum translata est, ita tamen ut primitivi usus vestigia nonnulla passim remanerent. Qui id fieri potuerit hoc loco non vacat accuratius exponere. Exposuit de voce schol. A. ad Prom. Vs. 89. Cohaeret vocabulum mea sententia cum verbo ἐλᾶν, ἐλαύνειν, cujus principio prima litera fuit digamma, quod vocatur. Ejus loco in verbo γελᾶν reperitur γ, ut saepius. Vide Buttmann. Lexil. T. II. p. 161. Aliam verbi ἐλᾶν formam servavit Hesychius: Τέλα· σπεῦδε, explicandam eam e solito transitu literae γ in τ. Conjugata est vox κέλλω. — Possis igitur dubitare, num verbum προςγελᾷ hoc loco sensu tropico usurpatum sit, ut προςσαίνειν Prom. Vs. 837, an proprio, in quam rem conferas Prom. Vs. 115: τίς ὀδμὰ προςέπτα μ' ἀφεγγής. Non male Abreschius utrumque junctum statuit sic reddendo: προςβάλλει ὥστε εὐφραίνεσθαί με. Comparavit idem Aristoph. Pac. Vs. 599: τὰ φυτὰ προςγελάσεταί σε. —

Vs. 245—250.

Ὅρα, ὅρα μάλ' αὖ.
Λεύσσετον πάντα, μὴ λάθῃ φύγδα βὰς
ματροφόνος ἀτίτας.
Ὅδ' αὖτέ γ' οὖν ἀλκὰν ἔχων, περὶ βρέτει
πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου,
ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν.

In secundo versu maximopere turbatum est a criticis, quorum diversissimae sunt sententiae. Interim ingenue fateor, me vel post Muelleri operam in hoc loco collocatam dualis λεύσσετον nullam videre idoneam rationem. Conjecturis plures viae patent. Sed videtur ne litera quidem mutanda esse. Cod. Guelph. habet λεῦσσε τὸν πάντα. Hoc olim probaverat Hermannus, sed explicatione parum apta addita, vid.

dissert. I. de choro Eumenidum, Opusc. Vol. II. p. 127 sq. *Τὸν πάντα* sc. *χρόνον* est: semper, cf. Soph. Elect. Vs. 1075, ubi Neuius laudat Schaefer. ad Lamb. Bos. Ell. Gr. p. 552, et Trach. Vs. 80, de quibus locis non audiendus Bernhard. Synt. p. 189, not. 66. Primum dixerat Furia: vide; tum: vide iterum; denique addit: speculare semper; quod scilicet opus erat, ne aufugeret matricida. Apparet, quam bene cum ob rem ipsam, tum ob antegressa vocabula *ὅρα, ὅρα μάλ᾽ αὖ* hoc loco se habeat ejusmodi verborum *λεῦσσε τὸν πάντα* interpretatio; qua climax oritur aptissima.

Etiam de sequentibus verbis post nuperas virorum doctorum curas aeque incerta omnia, atque antea. Id tamen ratum habendum est, non posse aut *γ᾽ οὖν*, aut quod Rob. loco ejus habeat, *γοῦν*, ferri ullo modo. Et Hermanno quidem non videbatur versus iambicus esse, partim ob doricam formam *ἀλκάν*, partim ob alteram in voce *περὶ* correptam ante *βρέτει*. Ejecit igitur particulam *οὖν*. Idem in iis, quae sequuntur, *χερῶν* post Scaligerum mutavit in *χρεῶν*. Cui in universum non possum non objicere cum Muellero, durinsculam esse illam versus 248 mutationem, quamvis probe sciam, quid ausi sint nonnunquam grammatici trimetrorum iambicorum amantissimi. Singula accuratius perpendenti mirari subit, qui tandem vir doctus tantopere hic offenderit in dorica forma, quum tamen statim versum 256 non neget ob hanc caussam posse esse iambicum. Mea sententia haec quidem res non debet esse offensioni; idem etiam Muellero visum est et Fritzschio. Contra de productione secundae in voce *περὶ* magis facio cum Hermanno, quamvis quaestio de hac re nondum sit prorsus ad liquidum perducta, neque inepta sententia Roberti Engeri l. l. p. 22 sq. Sed potest ea, quae ab hac parte mota est, suspicio tolli facillima mutatione. Equidem de loco sic statuo. In antegressis dixerat Furia aliqua:

καὶ νῦν ὅδ᾽ ἐνθάδ᾽ ἐστί που καταπτακών.

Jam post cohortationem, de qua supra diximus, viso repente Oreste, exclamat vel eadem vel alia:

Ὅδ᾽ αὐτόθ᾽ οὖν ἀλκὰν ἔχων, περὶ βρέτει κ. τ. λ. —

Interpunxi post *οὖν*, cum ut nervosior fiat sententia,

tum ut magis respondeat ei, ad quam referri debet. Similis interpunctio est Vs. 251. Verte: hic illic ergo (est). Particula οὖν duplici modo explicari potest. Prior hic est, ut eam ad verba καὶ νῦν ὅδ' ἐνθάδ' ἐστί που καταπτακὼν respicere dicas. Tum sonat fere: inquam, et statuendum est, eundem, qui illa, etiam haec protulisse. Alterum modum si praeferas, voculam contendas hoc loco sic usurpatam esse, ut saepius in exclamationibus; ubi οὖν recte dicitur ad id referendum esse, quod is, qui loquitur, in animo habet, non illud antea verbis expressum. Tum non opus est, nostrum versum eidem personae tribuere, cui versum 243. Latini similiter utrique rei designandae vocabulum ergo adhibent.

Postrema verba: ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν vulgo sic intelligunt cum Stanlejo: judicio se sistet ob manuum facinus. Confert Muellerus cum illa vocabuli χερῶν significatione usum verborum αὐτόχειρ, παλαμναῖος, εὐχέρεια (Eumen. Vs. 471), hujus quidem minus apte, ut monuit jam Hermannus; nec negaverim equidem, posse vocem χερῶν ejusmodi vim habere, quamquam hanc interpretationem hoc loco censeo duriusculam esse, at quaesiverim tamen, unde tandem sciant Furiae, Orestem judicio se sistere velle. Dixerat quidem Apollo supra Vs. 79 sqq.:

— μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν,
ἵζου παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας,
κἀκεῖ δικαστὰς τῶνδε καὶ θελκτηρίους
μύθους ἔχοντες, μηχανὰς εὑρήσομεν,
ὥστ' ἐς τὸ πᾶν σε τῶνδ' ἀπαλλάξαι πόνων, —

sed tum aut non aderant Furiae, aut, si aderant, dormiebant. Nec locus, qui est infra Vs. 411 sqq., talem horum verborum explicationem suadet. Henricus Vossius sic vertit: will er dem Recht entfliehn dieses Vergelterarms. Hic nimirum pro ὑπόδικος legi voluit φυγόδικος. Hermannus, ut supra vidimus, pro χερῶν scribi jussit: χρεῶν, quod a scholiasta censet lectum fuisse. Idem jam antea placuerat Scaligero ac Wakefieldo. Grammaticus haec habet: πλεχθεὶς θεᾶς) ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ, πρόςφυξ θέλει γενέσθαι τῆς θεοῦ. At vir doctus verbo χρεωστεῖ in errorem se passus est induci. Scholiastes enim, qui verba ὑπόδικος χερῶν unam notionem efficere putavit,

quam vocabulo πρόςφυξ reddidit, et ad dictionem: ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν ex antecedentibus supplevit vocem θεᾶς, ut universam sententiam antithesi expressa magis explicaret, verba: ἀνθ᾽ ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ de suo adjecit. Cfr. Hesychius: ὑπόδικος, ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης. Nos non dubitamus, eam verissimam habere loci explicandi rationem, quam modo diximus scholiastae fuisse. Ὑπόδικος χερῶν idem fere est, quod ὑποχείριος, cliens. —

Vs. 251 sqq.

Τὸ δ᾽ οὐ πάρεστιν· αἷμα μητρῷον χαμαὶ
δυςαγκόμιστον, παπαῖ,
τὸ διερὸν πέδῳ χύμενον οἴχεται.

Interpunctio, quam probavimus, debetur Hermanno. Eodem suadente pro librorum mscr. lectione κεχυμένον scribitur χύμενον, metri caussa. Forsan poeta posuit: πέδοι ᾽κχύμενον. Cfr. infra Vs. 623: τὸ μητρὸς αἷμ᾽ ὅμαιμον ἐκχέας πέδοι. —

Vs. 257 sq.

Καὶ ζῶντά σ᾽ ἰσχνάνασ᾽ ἀπάξομαι κάτω.
Ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνας δύας.

Secundo versu codices habent: Reg. L. Guelph. Ald. τείνεις, Robort. et Med. τείνης (apud Weigel. τείνῃς). Inde varia tentaverunt viri docti. Compluribus etiam versus nullo vinculo colligatus cum praecedente displicuit. Sed omnis correctio incerta est. Patet, versum, si singularem sententiam efficiat, alii personae tribuendum esse. Equidem hoc unum monuerim. Apud Robortellum in antegresso versu legitur: καὶ κάτω. Illud καὶ facile potuit e sequente verbo κάτω originem trahere. Sed si vere a poeta est profectum, integrum locum sic scribere malim:

Καὶ ζῶντά σ᾽ ἰσχνάνασ᾽ ἀπάξω, καὶ κάτω
ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνας δύας.

Neque enim opus videtur, ut pro τίνεις reponatur τινεῖς, quamvis id perquam facile foret factu. Formam μητροφόνας nuperrime etiam Hermannus atque Fritz-

verba γᾶς ὀμφαλοῦ significare: ἐν Πυθοῖ, quum omnino non liqueat, quamnam is in tali dictione accusativi rationem putaverit esse. Sed video, apud Robortellum scriptum esse: Τὸ δὲ γὰρ ὄμφαλον. Unde suspicetur aliquis, eum qui illam glossam composuerit, legisse Vs. 159: παρ' ὄμφαλον eaque verba censuisse sonare: ἐν Πυθοῖ. Max cum verbis αὐθέντης φόνος cfr. Agam. 1554 θανάτοις αὐθένταισιν. Scholiasta: — αὐθέντης, ὅ ἐστι, μιαρός. Minus accurate. At de sensu vocis satis constat; non item de veriloquio. Scribitur αὐθέντης atque αὐτοέντης. Illud πολιτικώτερον vocat grammaticus in Bekkeri Anecdotis T. I, p. 15, 9. Vulgo alteram vocabuli partem a verbo ἱέναι derivant. Sic grammaticus modo laudatus. Schol. ad Apollon. Rhod. II, Vs. 754. atque schol. ad Eurip. Androm. Vs. 172 illud -εντης a verbo ἱέναι videntur deducere voluisse. At utrumque patet ineptum esse. Altera forma αὐτοέντης ostendit, habuisse illud -εντης aliquando digamma primam literam. Hoc in spiritum asperum, quem dicunt, transiit. Sic ortum αὐθέντης. Quae quum ita sint, cogites oportet de stirpe vocabuli *FEN*—. Sed fusius rem alio loco persequi praestat.

Locus, qui jam sequitur:

Ἦ κάρτ' ἄτιμα, καὶ παρ' οὐδὲν ἠρκέσω
Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα,

maculam adspersam habet in fine prioris versus nondum detersam ratione probabili. Est varia lectio in cod. Reg. L. ἀρκέσω. Scripserat poeta fortassis:

Ἦ κάρτ' ἄτιμα καὶ παρ' οὐδὲν εἰργάσω
Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα.

Παρ' οὐδὲν ἐργάζεσθαί τι dictum ut παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τι, similia. Cfr. Agam. Vs. 220 sqq.:

Λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους
παρ' οὐδὲν αἰῶνά παρθένειόν τ'
ἔθεντο φιλόμαχοι βραβῆς.

Illud ἀρκέσω censeas e primitiva scriptura ΈΡΓΑΣΩ, transpositis, ut fit, vocalibus, ortum esse. Verte: profecto valde inhonora reddidisti et rem nihili fecisti Junonis pronubae et Jovis foedera. — Simile mendum haeret in versu quarto Hymni Homer. XXIV, ubi Vesta sic invocatur:

ἔρχεο τόνδ' ἀνὰ οἶκον, ἐπέρχεο θυμὸν ἔχουσα.

Ποταίνιον γὰρ ὂν πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ
Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.

Schaefer. ad Eurip. Orest. ed. Porson. Vs. 283 (273 Well.): »Eum. 283 *καθαρμὸς χοιρόκτονος* idem, quod *καθαρμὸς διὰ χοίρου τυθέντος*. Ibidem Vs. 281 (271 Well.) pariter scribendum puto *μητρόκτονον*, ut *μητρόκτονον μίασμα* sit idem, quod *μίασμα μητρὸς φονευθείσης*.« Recte. *Μητροκτόνον μίασμα* de Oreste ipso dictum esset, ut Choeph. Vs. 1024 *πατροκτόνον μίασμα* de Clytaemnestra.

Versu 272 plurimi interpunxerunt post *Φοίβου*, Blomfieldus ad Choeph. Vs. 1046 et Fritzschius post *ὄν*, Muellerus post *θεοῦ*. — Quaeritur ubi et quando purgatus ab Apolline cogitandus sit Orestes. Esse enim ita statuendum, docent loci, qui sunt Choeph. Vs. 1055 sq., licet verba ex parte corrupta sint, et Eum. Vs. 548. Klausenius quidem ad priorem locum haec adnotavit: »ne fugias, ne exsules, *εἴσω καθαρμός*, intus in aedibus paternis lustrari poteris.« Quae verba eo magis mira, quod idem mox haec addidit: »id quod Oresti suadent servae, ut domi lustretur, repugnat omnibus Graecorum legibus de caede domestica tum latis, tum sensu perceptis.« Sed, ne multus sim in hac sententia refellenda, versus istos ut ad ea trahamus, quae in Eumenidibus ab initio facta videmus, necessario postulat trilogiae ratio. Quae isto loco non sinit nisi de Delphis cogitare. Praeterea, etiamsi de illis verbis vera esset Klausenii sententia, nihil faceret ad rem nostram, quum e sequentibus eluceat, Orestem hoc consilium minime esse exsequutum. Itaque si Delphis purgatus est Orestes, quo tempore hoc factum voluit poeta? Num post versum 34? An post versum 93? Apud ipsum profundum de hac re silentium. Interim sumere licet non statuisse Nostrum Orestem in templo ipso a deo purgatum. Sed hoc fieri debuit ante templum, ut Troezenii apud Pausaniam in Corinthiacis tradunt Orestem expiatum in aedificio ante templum Apollinis sito. Omnino non credibile est, fingi Orestem non purgatum templum dei ingressum. Repugnaret hoc communi Graecorum opinioni. Sed sponte eo deferimur, ut credamus, Aeschylum voluisse, matricidam ante introitum in templum purgatum ab Apolline

statui; cui sententiae non refragantur dicta a Pythia Vs. 40 sqq. et a Furiis Vs. 158 sqq. . Nam alias ex Vs. 235 sqq. aequo jure concludi posset, Orestem ne tum quidem, quum Athenis esset, purgatum fuisse. Guellius ad Virg. Aeneid. IV, Vs. 473 apud Stanlej. in cur. sec. ad Vs. 46, quum sic scribebat: »Forsitan et hic Maronis locus non inepte referri possit ad fabulam Aeschyli Eumenidas, per quam totam statuitur Orestes Delphis in Apollinis aede conclusus et obsessus a Furiis, ne ad indicatum sibi ab Apolline *καθαρμὸν* templum Minervae, Athenas effugere possit:« cett., quidnam sibi voluerit vocabulo *καθαρμόν*, non percipio. — Ex interpungendi rationibus supra laudatis et prima et secunda ferri potest. Addas etiam tertiam hanc, ut comma ponatur post vocabulum *ἑστίᾳ*. Tum *πρὸς ἑστίᾳ* est: domi. Cf. Agam. Vs. 415, Choeph. Vs. 960, Pers. 846, al. . De re vide Choeph. Vs. 1051. — De verbo *ποταίνιος* dixit Blomfield. in Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 102. Cfr. Eustath. ad Hom. Il. ώ. p. 1374: *παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον πρόσφατον τὸ νεαρὸν καὶ ὡς εἰπεῖν ἐγγὺς φατὸν ἤτοι φανὲν καὶ δειχθέν· ἢ καὶ ἄλλως ἐγγὺς καὶ προσεχῶς φατὸν ἤτοι λεκτόν, ἐξ οὗ καὶ φατειὸς, οὗ καθ' ὁμοιότητα καὶ ποταίνιον οἱ ὕστερον τὸ νεωστὶ συμβὰν εἶπον, ταὐτὸν θέντες εἶναι τὸ ποτὶ καὶ τὸ πρός, ὁμοίως καὶ τὸ αἶνος καὶ τὸ φατός, κἀντεῦθεν εἰς ὅμοιον ἥκειν τὸ ποταίνιον καὶ τὸ πρόσφατον.* —

Ad versum 275 scholiastes haec adnotavit: *ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ) ἐβλάπτοντο γὰρ οἱ μυσαροὶ ξυντυγχάνοντες.* Quae aperte inepta sunt ac vitiosa. Tu scribe: *οἱ μυσαροῖς συντυγχάνοντες.* —

De sequente versu cfr. Hermannus in censura Eumenidum a Muellero conversae p. 55 sq. et nostra infra ad Vs. 429 sq. . Singulari modo Welckerus in libro, quem de trilogia Aeschylea scripsit, p. 448, not. 735 locum cepit. Cum verbis *χρόνος γηράσκων ὁμοῦ* cfr. Agam. Vs. 107: *σύμφυτος αἰών;* Sophocl. Oedip. Reg. Vs. 612: *τὸν παρ' αὑτῷ βίοτον*, Oed. Col. Vs. 7: *ὁ χρόνος ξυνὼν μακρός*, alia. Sententiam ipsam et similes frequentari notum. Dictio *γηράσκων χρόνος* reperitur etiam Prom. Vs. 983. —

Vs. 282—287.

Ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς,
Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου,
τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα,
φίλοις ἀρήγουσ', εἴτε Φλεγραίαν πλάκα,
θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ, ἐπισκοπεῖ,
ἔλθοι. —

De hoc loco et olim et nuperrime plurima disputata sunt diversas in partes, neque tamen ita, ut in iis acquiescere possimus. Quae longum est recensere omnia et singillatim refutare. Lubenter fateor, jam pridem suspicionem mihi esse ortam, secundum haec verba scholiastae: καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ latere in κατηρεφῆ vocabulum aliquod ex κατὰ et φέρω compositum, quam eandem sententiam postea Hermannus prodidit jam alii cuidam in mentem venisse et fusius proposuit Fritzschius in append. p. 38 sqq., κατηφερῆ scribi jubens. Post vero intellexi, nihil mutandum esse. Meminerit aliquis loci, qui est Choeph. Vs. 762:

ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος,

qui prima specie similis videri possit. Sed frustra. Operae pretium erit, quae vis sit vocabuli κατηρεφής, disquirere accuratius, locis Homericis, Hesiodeis, Sophocleis, Euripideis, ubi reperitur, in censum vocatis. Primo loco dicamus de Homero atque Hesiodo.

Il. XVIII, Vs. 589 sunt κατηρεφέες κλισίαι vel σηκοί, in Od. V, Vs. 367 κῦμα κατηρεφές, ubi Passovius in Lex. comparat κῦμα κυρτόν (cf. Il. IV, Vs. 426 et XIII, Vs. 799), Nitzschius in notis Vs. 313, ut etiam a scholiasta κατηρεφές declaratur κατακαλύψαν, ib. IX, Vs. 183 σπέος ὑψηλόν, δάφνῃσι κατηρεφές, XIII, Vs. 349 σπέος ἐστὶ κατηρεφές. Apud Hesiodum in Theog. Vs. 594 reperitur ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι, Vs. 778 δώματα ναίει μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα. Idem fere valet ἐπηρεφής, quod Od. XIII, Vs. 349 pro varia lectione est; cf. Hes. Theog. Vs. 598 ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους, quo idem denotatur, quod antea verbis ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι. Il. XII, Vs. 54 sunt κρημνοὶ ἐπηρεφέες, Od. X, Vs. 131 ἐπηρεφέες πέτραι, ib. XII, Vs. 59 πέτραι ἐπηρεφέες.

Hesychius, ut hunc unum nominem: κατηρεφέας; καταστέγους. Κατηρεφές, κατεστεγασμένον. Κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ταπεινοστεγῶν κατηρεφέας, cett. Κατηρεφέστερον, κατεστεγασμένον μᾶλλον. — Ἐπηρεφέας, ἐπεστεγασμένας. Ἐπηρεφέος, ἐπεστεγασμένου. — Similiter alii et recentiores, nisi quod utrumque vocabulum nonnullis locis active significare credunt.

Sed haec significatio, quae postea sane invaluit, apud Homerum et Hesiodum nondum submovit alteram eamque priorem. Hic enim vocabula κατηρεφὴς et ἐπηρεφὴς sonant: cavus, cameratus. Vide de iis disserentem Dammium in Lex. Homerico et Pindarico s. vv., quocum mihi, nondum inspecto libro, de plurimis locis convenit. Saepissime conferre licet vocem κοῖλος, nonnunquam etiam κυρτός. Illud notum est antri epitheton, ut κατηρεφὴς et ἐπηρεφής. Similiter de mari et fluviis usurpatur eodem fere sensu, quo Od. V, Vs. 367 κῦμα κατηρεφὲς dictum est, ubi etiam aptius conferas vocabuli κυρτὸς usum Il. IV, Vs. 426 et XIII, Vs. 799. Nam haec loci explicatio praestare videtur vulgatae, ex qua significat: contegens more camerae, quam etiam Dammius amplexus est. Od. XII, Vs. 59 cur cavatos dicat scopulos, ipse videtur declarare poeta, subjungens verba:

πρὸτὶ δ' αὐτὰς
Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης.

Etiam in locis Od. IX, Vs. 183 δάφνῃσι κατηρεφὲς et Hes. Theog. Vs. 778 μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα valet propria notio verbi κατηρεφής, concameratus, nec vertendum est: tectus. Cfr. Aeschyl. Prom. Vs. 300 πετρηρεφῆ αὐτόκτιτ' ἄντρα. Nusquam simpliciter significat: κατεστεγασμένος vel σκεπαστός, aut activo sensu positum est. Loci Il. XVIII, 589 ratio paullo impeditior. Scribitur ibi:

σταθμούς τε κλισίας τε κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς.

Potest igitur vox κατηρεφέας trahi tam ad κλισίας, quam ad σηκούς. Hoc si facis σηκοὶ utpote tecti opponuntur σταθμοῖς, qui tum sub diu fuisse cogitandi sunt. Κλισίαι sunt casae pastorales. Utcunque statuas, non opus videtur aut κλισίας κατηρεφέας aut κατηρεφέας σηκοὺς aliter intelligere, quam casas pastorales concameratas vel stabula pecorum conca-

merata, nisi potius verbum eam hoc loco vim habet, de qua mox dicemus.

Transeamus jam ad tragicos poetas, Sophoclem atque Euripidem, nam de loco Aeschyleo in fine disputationis dicendum erit.

Apud Sophoclem Electr. Vs. 381 legitur: ἐν κατηρεφεῖ στέγῃ, ubi scholiastes: κατηρεφεῖ) κατεσκεπασμένῃ, σκοτεινῇ. Laudatur locus a Suida s. v. κατηρεφέα· κατεστεγασμένα. Antig. Vs. 885 invenitur dictio: κατηρεφεῖ τύμβῳ. De eadem re Vs. 774 est: πετρώδει ἐν κατώρυχι, Vs. 1100 ἐκ κατώρυχος στέγης. Philoct. Vs. 272 scriptum est: ἐν κατηρεφεῖ πέτρᾳ. Usus idem, qui apud Hom. in re simili.

Apud Euripidem semel tantum reperitur vocabulum, idque loco procul dubio corrupto, Hippolyt. Vs. 473 sq.:

> οὐδὲ στέγην γὰρ ἧς κατηρεφεῖς δόμοι
> καλῶς ἀκριβώσειαν.

Qua de re ejus nulla ratio haberi potest. — Porro opus est, ut de etymo vocabulorum dicamus. In verbo ἐρέφω prius ε euphonicum est. Cohaeret cum ῥόμβος, quae vox eodem modo pertinet ad ΡΕΦΩ, quo στρόμβος ad στρέφω. Nam verbum ῥέμβω, a quo vulgo derivant ῥόμβος, flexum de stirpe ΡΕΦ—. Nec dubitandum, quin ἐρέφω idem sit origine, quod στρέφω, ut ῥόμβος et στρόμβος. In derivato igitur hoc vocabulo servata ea notio, quae in verbo ipso jam perierat. Sic ἐπηρεφὴς forma tantum differt ab ἐπιστρεφής, curvatus, sed καταστρεφὴς non fuit in usu. Cum ἐρέφω (ΡΕΦΩ) cognatum est: ῥέπω, ut vergo cum verto, 'ΕΡΕΠΤΩ (cf. ἀνερέπτω, ὑπερέπτω, ἐρέπτομαι, apud Pindarum Boeckhio docente ἐρέπτω idem est, quod ἐρέφω), ἐρείπω (cf. ἀνερείπομαι), ἐρείκω (cfr. Hesych.: κατηρεγμένος, πεπτωκώς, καμπτόμενος), alia multa. Etiam κοῖλος et σκολιὸς conjugata verba sunt. — Latinum vocabulum concavus nonnunquam idem significat, quod curvatus, flexus — et derivanda a σκέλλω, torreo, cujus primaria notio fuit seco. Ab hoc forma tantum differt σκύλλω. Secandi notio magis servata est in verbis κολεός, κολούω cett.; cf. σκόλοψ, σκῶλος. Pertinet huc quod habet Hesychius: κελλόν, στρεβλόν, πλάγιον et κελλῶσαι, πλαγιάσαι, item κυλλός. Similiter κυρτός cohaeret cum κείρω.

Vides verbum κατηρεφὴς principio esse: flexus, curvatus. Inde orta significatio: cavus, cameratus. Sed — id quod adhuc de industria non adnotavimus — idem veteres grammatici etiam χθαμαλὸς valuisse tradunt. Cfr. v. c. Eustathius ad Hom. Od. XIII, Vs. 349: Ἐπηρεφὲς δὲ καινότερον μὲν τὸ αὐτόροφον· οἱ δὲ παλαιοὶ γράφουσι καὶ χθαμαλόν. Spectant eodem Hesychii verba supra citata: κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ταπεινοστεγῶν. Nec aliam verbi vim in animo habuit scholiastes ad locum Aeschyleum, de quo sermo est, scribens illud: καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ. Unde apparet, errasse, qui ex his verbis eum concluserint diversam lectionem ante oculos habuisse. At quaerat aliquis, quomodo vocabulo κατηρεφὴς talis notio subesse possit. Nempe hoc facillimum erit demonstratu, si ad contrarium verbum ὀρθὸς respexeris. Etenim sicuti hoc rectus sonat et simul erectus, sic id vocabulum, cujus primitiva significatio fuit: flexus, curvatus, optime transire potuit in hanc, ut humilitatem designaret. Quae quum ita sint, videndum, an non verbum, de quo agitur, in eo loco Homerico, ubi aedificii epitheton est, potius hoc sensu dictum statuendum sit. Idem vix dicas de simili loco Sophocleo. Quam in rem cfr. etiam glossa Hesychiana bis citata et Eustath. ad Od. IX, Vs. 183: ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ καὶ κατηρεφὲς οἴκημα λέγεται τὸ ταπεινόν. Certe ea interpretandi ratio non videtur caruisse locupletibus auctoribus. Redeamus jam ad locum Aeschyleum.

Patet, sicuti vocabulum ὀρθὸν duplici modo intelligi possit, sic scilicet, ut aut rectum vertendum sit, aut erectum, similiter etiam κατηρεφῆ aut de curvato pede intelligi posse, aut de pede ad terram depresso. Hoc voluit scholiastes. Num igitur de solo gradiendo cogitandum est, ubi pedem et erigimus et deprimimus, quare vel una ista actio duplici hac phrasi praesertim sic conjuncta signari possit? An simul de eundo, quod fere denotari posse credas verbis πόδα ὀρθὸν τιθέναι h. e. ὀρθοῦν, atque stando, quum πόδα κατηρεφῆ τιθέναι h. e. καταβάλλειν non inepte dicatur is, qui stat? Sin praeferas verba ὀρθὸν et κατηρεφῆ vertere: rectum et flexum sive curvatum, dicendum est, rectum pedem esse stantis,

flexum sive curvatum sedentis vel euntis, nam etiam ingredientes pedes habemus flexos. Sic de Minerva vel stante vel sedente eunteve cogitari possit. Offendas quidem in eo, quod Minerva amicis auxilium ferens sedere dicitur. Sed non opus est de auxilio in bello lato cogitare. Potuit autem, quamquam stans vel sedens, Minerva dici auxilium ferre, nam vel sola ejus praesentia ad hanc rem sufficiebat. Ceteri loci Aeschylei, ubi loquutio *τιθέναι πόδα* invenitur, Agam. Vs. 880: *μὴ χαμαὶ τιθεὶς τὸν σ᾽ν πόδα* et Suppl. Vs. 32: *πρὶν πόδα χέρσῳ τῆδ᾽ ἐν ἀσώδει θεῖναι,* non omnino similes sunt. *Ὀρθόπους* aut significat rectos pedes habentem, aut eum, quem pedes recta ferunt. Sed altera haec verbi notio vix hoc loco in comparationem vocari potest. Poetam certam quandam fabulam in animo habuisse, ut Fritzschio visum est, non credo. —

Vs. 289—292.

Οὔτοι σ᾽ Ἀπόλλων οὐδ᾽ Ἀθηναίας σθένος
ῥύσαιτ᾽ ἄν, ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον
ἔῤῥειν, τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ᾽ ὅπου φρενῶν,
ἀναίματον βόσκημα δαιμόνων σκιάν.

Versu postremo Hermannus jam in editione fabulae a. 1799 curata ante *δαιμόνων* interpungi jussit, quam etiam nunc tenet sententiam, verbis *δαιμόνων σκιὰν* acerbam quandam allusionem inesse putans ad Homericum illud de diis dictum: *τοὔνεκ᾽ ἀναίμονές εἰσι,* Il. V, Vs. 342. Germanice ita expressit sententiam: du wirst ein Götterschatten sein, da die Götter kein Blut haben. Quasi vero dii, quod sanguine hominum atque animalium carent, umbrae vocari possent, et, si possent, talis divina umbra, ne-umbra, ut hoc uti liceat, aptum hoc loco sensum funderet. Interim etiam Wakefieldus duo illa verba arctissime conjungenda statuit et jam ante hunc Spanhemius, ut apparet e nota ejus ad Sept. adv. Thebas Vs. 984, quam publici juris fecit Hauptius. Et hic quidem quomodo verba explicanda censeat, non significat accuratius, conjicias tamen, voluisse eum vocabulum *σκιὰν* circumscriptioni inservire, ut non multum distare putem sententiam ejus ab illa, quam Wakefiel-

dus protulit his verbis: »pecus vivens sine sanguine (Vs. 267. i. e. 257 Well.); daemonum (i. e. nostrum vid. Eur. Alcest. Vs. 1162) umbra.« Sed l. l. haec scripserat vir doctus: »δαιμόνων· τῶν νεκρῶν, mortuorum, ut interpretatus est scholiastes: et defendet fortasse locutionem Aeschylus Eumen. Vs. 302. ad hunc modum interpunctus:

ἀναίματον βόσκημα, δαιμόνων σκιά.

mortuorum umbra i. e. vel vivus, umbra, quasi mortuus: cui favere videtur scholiastes.« Etiam Stanlejus, quamquam in curis secundis aliter locum intellexit, in nota mscr. ad versionem apud Butlerum sic vertit: »victima sine sanguine, umbra larvarum.« Et possent sane ita construi vocabula, si modo probabile esset, apud Aeschylum sonasse δαίμονας mortuos, quam verbi significationem ne apud Euripidem quidem ferendam esse arbitror. Notum est autem Stoicos et Platonicos dixisse δαίμονας manes, lemures, quos sequebantur serioris aevi scriptores, vide quos laudavit Lennep. ad Phalar. epist. p. 105, ut nec poetam sequatur ob ineptam interpretis explicationem voci δαιμόνων illam vim tribuisse, nec, quae Monkii est sententia, scholiastam verisimile sit νερτέρων pro δαιμόνων scriptum repperisse. Sed in loco Euripideo mea sententia recte Aug. Matthiae e quinque codicibus reposuit: δαιμόνων τῷ κυρίῳ. Ita quum appareat, in versu, de quo loquimur, cum sequente voce non posse jungi δαιμόνων, necesse est, ut ad antecedentia vocabula trahatur. Atque ita etiam scholiastes videtur statuisse: ὁ μηδὲ αἷμα σχήσων ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ γενησόμενος σκιά, ubi verba ἐξ ἡμῶν ad δαιμόνων spectant. Neque audiendus Hermannus, Furiam sic non se, sed alia numina denotare objiciens ob vocabulum δαιμόνων. Quod mihi potius cum emphasi quadam de se ipsis a Furiis usurpatum videtur. Similiter Prom. Vs. 590 Io de se ipsa verba faciens:

κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου;

et ib. Vs. 611:

θρόει, φράζε τᾷ δυςπλάνῳ παρθένῳ.

Cfr. infra Vs. 318 et 327, ubi scholiastes verbum Ἐριννύων similiter atque hoc loco δαιμόνων reddit voce ἡμῶν. Nec δαιμόνων simpliciter est: numinum, sed:

quam vocabulo πρόςφυξ reddidit, et ad dictionem: ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν ex antecedentibus supplevit vocem θεᾶς, ut universam sententiam antithesi expressa magis explicaret, verba: ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ de suo adjecit. Cfr. Hesychius: ὑπόδικος, ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης. Nos non dubitamus, eam verissimam habere loci explicandi rationem, quam modo diximus scholiastae fuisse. Ὑπόδικος χερῶν idem fere est, quod ὑποχείριος, cliens. —

Vs. 251 sqq.

Τὸ δ' οὐ πάρεστιν· αἷμα μητρῷον χαμαὶ
δυςαγκόμιστον, παπαῖ,
τὸ διερὸν πέδοι χύμενον οἴχεται.

Interpunctio, quam probavimus, debetur Hermanno. Eodem suadente pro librorum mscr. lectione κεχυμένον scribitur χύμενον; metri caussa. Forsan poeta posuit: πέδοι ᾽κχύμενον. Cfr. infra Vs. 623: τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδοι. —

Vs. 257 sq.

Καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξομαι κάτω.
Ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνας δύας.

Secundo versu codices habent: Reg. L. Guelph. Ald. τείνεις, Robort. et Med. τείνης (apud Weigel. ει τείνης). Inde varia tentaverunt viri docti. Compluribus etiam versus nullo vinculo colligatus cum praecedente displicuit. Sed omnis correctio incerta est. Patet, versum, si singularem sententiam efficiat, alii personae tribuendum esse. Equidem hoc unum monuerim. Apud Robortellum in antegresso versu legitur: καὶ κάτω. Illud καὶ facile potuit e sequente verbo κάτω originem trahere. Sed si vere a poeta est profectum, integrum locum sic scribere malim:

Καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξω, καὶ κάτω
ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνας δύας.

Neque enim opus videtur, ut pro τίνεις reponatur τινεῖς, quamvis id perquam facile foret factu. Formam μητροφόνας nuperrime etiam Hermannus atque Fritz-

schius haud ferendam censuerunt. Habet Cod. Reg. L. μητροφόνου, teste Faehsio, quod verbum Casaubonus et Schuetzius poetae voluerunt ex correctione obtrudere. Sed huic libro in hac quidem caussa nihil est tribuendum. Nescio an Aeschylus, qui v. c. alibi vocabula ἀκάκης et πτολιπόρθης usurpavit (cfr. Pers. Vs. 841 et Agam. Vs. 459), non minus, quam ἄκακε et πολιπόρθ' (cfr. Pers. 653 et 658 atque Agam. Vs. 757), potuerit uti voce μητροφόνης, etiamsi vel in ipso hoc cantico Vs. 247 sit ματροφόνος. Sed vide quae disputabimus infra ad Vs. 990. —

V. 259 sqq.

Ὄψει δὲ κεἴ τις ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν
ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' ἀσεβῶν
ἢ τοκέας φίλους,
ἔχονθ' ἕκαστον τῆς δίκης ἐπαξία.

Post verba ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' excidisse aliquid, metrum docet. Hermannus dochmiacum numerum restituere voluit scribendo: οὐκ εὐσεβῶν pro ἀσεβῶν. De qua conjectura dixit Fritzschius in appendice. Hic eodem loco legi mavult: τιν' ἀσεβῶν τις ἢ τις τοκέας φίλους. Ego reposuerim: τιν'. ἀσεβῶν ἤτοι τοκέας ἐς φίλους. Apparet, quam facile τοι ante τοκ- et ἐς post -ας excidere potuerit. Ejusmodi autem emendandi via in hac et similibus caussis probabilissima est. Possis quidem ἤτοι primo loco positum velle, sed hoc non omnino necessarium videtur esse. Vide Dissen. ad Pind. Nem. VI, 5, explicatt. p. 404 ed. Boeckh.; Matth. Gr. Gr. T. II, §. 619, not. z, p. 1256; Stallbaum. ad Plat. de republ. I. p. 344, E. — Versum 266 scholiastes sic circumscripsit: ἐγώ, διδαχθεὶς σὺν κακῷ τῷ ἐμαυτῷ, καὶ οἷον διδασκάλοις χρησάμενος ταῖς ἐμαῖς συμφοραῖς cett. Indene sequitur, eum legisse ἐγὼ διδαχθεὶς σὺν κακοῖς? Caussa lectionum varietatis in promptu esset. —

Vs. 270—273.

Βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χερός,
μητροκτόνον μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει.

Ποταίνιον γὰρ ὂν πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ
Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.

Schaefer. ad Eurip. Orest. ed. Porson. Vs. 283 (273 Well.): »Eum. 283 *καθαρμὸς χοιρόκτονος* idem, quod *καθαρμὸς διὰ χοίρου τυθέντος*. Ibidem Vs. 281 (271 Well.) pariter scribendum puto *μητρόκτονον*, ut *μητρόκτονον μίασμα* sit idem, quod *μίασμα μητρὸς φονευθείσης*.« Recte. *Μητροκτόνον μίασμα* de Oreste ipso dictum esset, ut Choeph. Vs. 1024 *πατροκτόνον μίασμα* de Clytaemnestra.

Versu 272 plurimi interpunxerunt post *Φοίβου*, Blomfieldus ad Choeph. Vs. 1046 et Fritzschius post *ὄν*, Muellerus post *θεοῦ*. — Quaeritur ubi et quando purgatus ab Apolline cogitandus sit Orestes. Esse enim ita statuendum, docent loci, qui sunt Choeph. Vs. 1055 sq., licet verba ex parte corrupta sint, et Eum. Vs. 548. Klausenius quidem ad priorem locum haec adnotavit: »ne fugias, ne exsules, *εἴσω καθαρμός*, intus in aedibus paternis lustrari poteris.« Quae verba eo magis mira, quod idem mox haec addidit: »id quod Oresti suadent servae, ut domi lustretur, repugnat omnibus Graecorum legibus de caede domestica tum latis, tum sensu perceptis.« Sed, ne multus sim in hac sententia refellenda, versus istos ut ad ea trahamus, quae in Eumenidibus ab initio facta videmus, necessario postulat trilogiae ratio. Quae isto loco non sinit nisi de Delphis cogitare. Praeterea, etiamsi de illis verbis vera esset Klausenii sententia, nihil faceret ad rem nostram, quum e sequentibus eluceat, Orestem hoc consilium minime esse exsequutum. Itaque si Delphis purgatus est Orestes, quo tempore hoc factum voluit poeta? Num post versum 54? An post versum 93? Apud ipsum profundum de hac re silentium. Interim sumere licet non statuisse Nostrum Orestem in templo ipso a deo purgatum. Sed hoc fieri debuit ante templum, ut Troezenii apud Pausaniam in Corinthiacis tradunt Orestem expiatum in aedificio ante templum Apollinis sito. Omnino non credibile est, fingi Orestem non purgatum templum dei ingressum. Repugnaret hoc communi Graecorum opinioni. Sed sponte eo deferimur, ut credamus, Aeschylum voluisse, matricidam ante introitum in templum purgatum ab Apolline

statui; cui sententiae non refragantur dicta a Pythia Vs. 40 sqq. et a Furiis Vs. 158 sqq. . Nam alias ex Vs. 235 sqq. aequo jure concludi posset, Orestem ne tum quidem, quum Athenis esset, purgatum fuisse. Guellius ad Virg. Aeneid. IV, Vs. 473 apud Stanlej. in cur. sec. ad Vs. 46, quum sic scribebat: »Forsitan et hic Maronis locus non inepte referri possit ad fabulam Aeschyli Eumenidas, per quam totam statuitur Orestes Delphis in Apollinis aede conclusus et obsessus a Furiis, ne ad indicatum sibi ab Apolline *καθαρμὸν* templum Minervae, Athenas effugere possit:« cett., quidnam sibi voluerit vocabulo *καθαρμὸν*, non percipio. — Ex interpungendi rationibus supra laudatis et prima et secunda ferri potest. Addas etiam tertiam hanc, ut comma ponatur post vocabulum *ἑστίᾳ*. Tum *πρὸς ἑστίᾳ* est: d o m i. Cf. Agam. Vs. 415, Choeph. Vs. 960, Pers. 846, al. . De re vide Choeph. Vs. 1051. — De verbo *ποταίνιος* dixit Blomfield. in Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 102. Cfr. Eustath. ad Hom. Il. ώ. p. 1374: *παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον πρόσφατον τὸ νεαρὸν καὶ ὡς εἰπεῖν ἐγγὺς φατὸν ἤτοι φανὲν καὶ δειχθέν· ἢ καὶ ἄλλως ἐγγὺς καὶ προσεχῶς φατὸν ἤτοι λεκτόν, ἐξ οὗ καὶ φατειὸς, οὗ καθ' ὁμοιότητα καὶ ποταίνιον οἱ ὕστερον τὸ νεωστὶ συμβὰν εἶπον, ταὐτὸν θέντες εἶναι τὸ ποτὶ καὶ τὸ πρός, ὁμοίως καὶ τὸ αἶνος καὶ τὸ φατός, κἀντεῦθεν εἰς ὅμοιον ἥκειν τὸ ποταίνιον καὶ τὸ πρόσφατον.* —

Ad versum 275 scholiastes haec adnotavit: *ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ) ἐβλάπτοντο γὰρ οἱ μυσαροὶ ξυντυγχάνοντες.* Quae aperte inepta sunt ac vitiosa. Tu scribe: *οἱ μυσαροῖς συντυγχάνοντες.* —

De sequente versu cfr. Hermannus in censura Eumenidum a Muellero conversae p. 55 sq. et nostra infra ad Vs. 429 sq. . Singulari modo Welckerus in libro, quem de trilogia Aeschylea scripsit, p. 448, not. 735 locum cepit. Cum verbis *χρόνος γηράσκων ὁμοῦ* cfr. Agam. Vs. 107: *σύμφυτος αἰών;* Sophocl. Oedip. Reg. Vs. 612: *τὸν παρ' αὑτῷ βίοτον*, Oed. Col. Vs. 7: *ὁ χρόνος ξυνὼν μακρός*, alia. Sententiam ipsam et similes frequentari notum. Dictio *γηράσκων χρόνος* reperitur etiam Prom. Vs. 983. —

Vs. 282—287.

Ἀλλ᾽ εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς,
Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου,
τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα,
φίλοις ἀρήγουσ᾽, εἴτε Φλεγραίαν πλάκα,
θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ, ἐπισκοπεῖ,
ἔλθοι. —

De hoc loco et olim et nuperrime plurima disputata sunt diversas in partes, neque tamen ita, ut in iis acquiescere possimus. Quae longum est recensere omnia et singillatim refutare. Lubenter fateor, jam pridem suspicionem mihi esse ortam, secundum haec verba scholiastae: καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ latere in κατηρεφῆ vocabulum aliquod ex κατὰ et φέρω compositum, quam eandem sententiam postea Hermannus prodidit jam alii cuidam in mentem venisse et fusius proposuit Fritzschius in append. p. 38 sqq., κατηφερῆ scribi jubens. Post vero intellexi, nihil mutandum esse. Meminerit aliquis loci, qui est Choeph. Vs. 762:

ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος,

qui prima specie similis videri possit. Sed frustra. Operae pretium erit, quae vis sit vocabuli κατηρεφής, disquirere accuratius, locis Homericis, Hesiodeis, Sophocleis, Euripideis, ubi reperitur, in censum vocatis. Primo loco dicamus de Homero atque Hesiodo.

Il. XVIII, Vs. 589 sunt κατηρεφέες κλισίαι vel σηκοί, in Od. V, Vs. 367 κῦμα κατηρεφές, ubi Passovius in Lex. comparat κῦμα κυρτόν (cf. Il. IV, Vs. 426 et XIII, Vs. 799), Nitzschius in notis Vs. 313, ut etiam a scholiasta κατηρεφές declaratur κατακαλύψαν, ib. IX, Vs. 183 σπέος ὑψηλόν, δάφνῃσι κατηρεφές, XIII, Vs. 349 σπέος ἐστὶ κατηρεφές. Apud Hesiodum in Theog. Vs. 594 reperitur ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι, Vs. 778 δώματα ναίει μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα. Idem fere valet ἐπηρεφής, quod Od. XIII, Vs. 349 pro varia lectione est; cf. Hes. Theog. Vs. 598 ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους, quo idem denotatur, quod antea verbis ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι. Il. XII, Vs. 54 sunt κρημνοὶ ἐπηρεφέες, Od. X, Vs. 131 ἐπηρεφέες πέτραι, ib. XII, Vs. 59 πέτραι ἐπηρεφέες.

Hesychius, ut hunc unum nominem: κατηρεφέας, καταστέγους. Κατηρεφές, κατεστεγασμένον. Κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ταπεινοστεγῶν κατηρεφέας, cett. Κατηρεφέστερον, κατεστεγασμένον μᾶλλον. — Ἐπηρεφέας, ἐπεστεγασμένας. Ἐπηρεφέος, ἐπεστεγασμένου. — Similiter alii et recentiores, nisi quod utrumque vocabulum nonnullis locis active significare credunt.

Sed haec significatio, quae postea sane invaluit, apud Homerum et Hesiodum nondum submovit alteram eamque priorem. Hic enim vocabula κατηρεφὴς et ἐπηρεφὴς sonant: cavus, cameratus. Vide de iis disserentem Dammium in Lex. Homerico et Pindarico s. vv., quocum mihi, nondum inspecto libro, de plurimis locis convenit. Saepissime conferre licet vocem κοῖλος, nonnunquam etiam κυρτός. Illud notum est antri epitheton, ut κατηρεφὴς et ἐπηρεφής. Similiter de mari et fluviis usurpatur eodem fere sensu, quo Od. V, Vs. 367 κῦμα κατηρεφὲς dictum est, ubi etiam aptius conferas vocabuli κυρτὸς usum Il. IV, Vs. 426 et XIII, Vs. 799. Nam haec loci explicatio praestare videtur vulgatae, ex qua significat: contegens more camerae, quam etiam Dammius amplexus est. Od. XII, Vs. 59 cur cavatos dicat scopulos, ipse videtur declarare poeta, subjungens verba:

προτὶ δ᾽ αὐτὰς
Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης.

Etiam in locis Od. IX, Vs. 183 δάφνῃσι κατηρεφὲς et Hes. Theog. Vs. 778 μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα valet propria notio verbi κατηρεφής, concameratus, nec vertendum est: tectus. Cfr. Aeschyl. Prom. Vs. 300 πετρηρεφῆ αὐτόκτιτ᾽ ἄντρα. Nusquam simpliciter significat: κατεστεγασμένος vel σκεπαστός, aut activo sensu positum est. Loci Il. XVIII, 589 ratio paullo impeditior. Scribitur ibi:

σταθμούς τε κλισίας τε κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς.

Potest igitur vox κατηρεφέας trahi tam ad κλισίας, quam ad σηκούς. Hoc si facis σηκοὶ utpote tecti opponuntur σταθμοῖς, qui tum sub diu fuisse cogitandi sunt. Κλισίαι sunt casae pastorales. Utcunque statuas, non opus videtur aut κλισίας κατηρεφέας aut κατηρεφέας σηκοὺς aliter intelligere, quam casas pastorales concameratas vel stabula pecorum conca-

merata, nisi potius verbum eam hoc loco vim habet, de qua mox dicemus.

Transeamus jam ad tragicos poetas, Sophoclem atque Euripidem, nam de loco Aeschyleo in fine disputationis dicendum erit.

Apud Sophoclem Electr. Vs. 381 legitur: ἐν κατηρεφεῖ στέγῃ, ubi scholiastes: κατηρεφεῖ) κατεσκεπασμένῃ, σκοτεινῇ. Laudatur locus a Suida s. v. κατηρεφέα· κατεστεγασμένα. Antig. Vs. 885 invenitur dictio: κατηρεφεῖ τύμβῳ. De eadem re Vs. 774 est: πετρώδει ἐν κατώρυχι, Vs. 1100 ἐκ κατώρυχος στέγης. Philoct. Vs. 272 scriptum est: ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ. Usus idem, qui apud Hom. in re simili.

Apud Euripidem semel tantum reperitur vocabulum, idque loco procul dubio corrupto, Hippolyt. Vs. 473 sq.:

> οὐδὲ στέγην γὰρ ἧς κατηρεφεῖς δόμοι
> καλῶς ἀκριβώσειαν.

Qua de re ejus nulla ratio haberi potest. — Porro opus est, ut de etymo vocabulorum dicamus. In verbo ἐρέφω prius ε euphonicum est. Cohaeret cum ῥόμβος, quae vox eodem modo pertinet ad *ΡΕΦΩ*, quo στρόμβος ad στρέφω. Nam verbum ῥέμβω, a quo vulgo derivant ῥόμβος, flexum de stirpe *ΡΕΦ*—. Nec dubitandum, quin ἐρέφω idem sit origine, quod στρέφω, ut ῥόμβος et στρόμβος. In derivato igitur hoc vocabulo servata ea notio, quae in verbo ipso jam perierat. Sic ἐπηρεφὴς forma tantum differt ab ἐπιστρεφής, curvatus, sed καταστρεφὴς non fuit in usu. Cum ἐρέφω (*ΡΕΦΩ*) cognatum est: ῥέπω, ut vergo cum verto, *'ΕΡΕΠΤΩ* (cf. ἀνερέπτω, ὑπερέπτω, ἐρέπτομαι, apud Pindarum Boeckhio docente ἐρέπτω idem est, quod ἐρέφω), ἐρείπω (cf. ἀνερείπομαι), ἐρείκω (cfr. Hesych.: κατηρεγμένος, πεπτωκώς, καμπτόμενος), alia multa. Etiam κοῖλος et σκολιὸς conjugata verba sunt. — Latinum vocabulum concavus nonnunquam idem significat, quod curvatus, flexus — et derivanda a σκέλλω, torreo, cujus primaria notio fuit seco. Ab hoc forma tantum differt σκύλλω. Secandi notio magis servata est in verbis κολεός, κολούω cett.; cf. σκόλοψ, σκῶλος. Pertinet huc quod habet Hesychius: κελλόν, στρεβλόν, πλάγιον et κελλῶσαι, πλαγιάσαι, item κυλλόςι. Similiter κυρτός cohaeret cum κείρω.

Vides verbum κατηρεφὴς principio esse: flexus, curvatus. Inde orta significatio: cavus, cameratus. Sed — id quod adhuc de industria non adnotavimus — idem veteres grammatici etiam χθαμαλὸς valuisse tradunt. Cfr. v. c. Eustathius ad Hom. Od. XIII, Vs. 349: Ἐπηρεφὲς δὲ καινότερον μὲν τὸ αὐτόροφον· οἱ δὲ παλαιοὶ γράφουσι καὶ χθαμαλόν. Spectant eodem Hesychii verba supra citata: κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ταπεινοστεγῶν. Nec aliam verbi vim in animo habuit scholiastes ad locum Aeschyleum, de quo sermo est, scribens illud: καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ. Unde apparet, errasse, qui ex his verbis eum concluserint diversam lectionem ante oculos habuisse. At quaerat aliquis, quomodo vocabulo κατηρεφὴς talis notio subesse possit. Nempe hoc facillimum erit demonstratu, si ad contrarium verbum ὀρθὸς respexeris. Etenim sicuti hoc rectus sonat et simul erectus, sic id vocabulum, cujus primitiva significatio fuit: flexus, curvatus, optime transire potuit in hanc, ut humilitatem designaret. Quae quum ita sint, videndum, an non verbum, de quo agitur, in eo loco Homerico, ubi aedificii epitheton est, potius hoc sensu dictum statuendum sit. Idem vix dicas de simili loco Sophocleo. Quam in rem cfr. etiam glossa Hesychiana bis citata et Eustath. ad Od. IX, Vs. 183: ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ καὶ κατηρεφὲς οἴκημα λέγεται τὸ ταπεινόν. Certe ea interpretandi ratio non videtur caruisse locupletibus auctoribus. Redeamus jam ad locum Aeschyleum.

Patet, sicuti vocabulum ὀρθὸν duplici modo intelligi possit, sic scilicet, ut aut rectum vertendum sit, aut erectum, similiter etiam κατηρεφῆ aut de curvato pede intelligi posse, aut de pede ad terram depresso. Hoc voluit scholiastes. Num igitur de solo gradiendo cogitandum est, ubi pedem et erigimus et deprimimus, quare vel una ista actio duplici hac phrasi praesertim sic conjuncta signari possit? An simul de eundo, quod fere denotari posse credas verbis πόδα ὀρθὸν τιθέναι h. e. ὀρθοῦν, atque stando, quum πόδα κατηρεφῆ τιθέναι h. e. καταβάλλειν non inepte dicatur is, qui stat? Sin praeferas verba ὀρθὸν et κατηρεφῆ vertere: rectum et flexum sive curvatum, dicendum est, rectum pedem esse stantis,

flexum sive curvatum sedentis vel euntis, nam etiam ingredientes pedes habemus flexos. Sic de Minerva vel stante vel sedente eunteve cogitari possit. Offendas quidem in eo, quod Minerva amicis auxilium ferens sedere dicitur. Sed non opus est de auxilio in bello lato cogitare. Potuit autem, quamquam stans vel sedens, Minerva dici auxilium ferre, nam vel sola ejus praesentia ad hanc rem sufficiebat. Ceteri loci Aeschylei, ubi loquutio τιθέναι πόδα invenitur, Agam. Vs. 880: μὴ χαμαὶ τιθεὶς τὸν σ'ν πόδα et Suppl. Vs. 32: πρὶν πόδα χέρσῳ τῇδ' ἐν ἀσώδει θεῖναι, non omnino similes sunt. Ὀρθόπους aut significat rectos pedes habentem, aut eum, quem pedes recta ferunt. Sed altera haec verbi notio vix hoc loco in comparationem vocari potest. Poetam certam quandam fabulam in animo habuisse, ut Fritzschio visum est, non credo. —

Vs. 289—292.

Οὔτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναίας σθένος
ῥύσαιτ' ἄν, ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον
ἔῤῥειν, τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν,
ἀναίματον βόσκημα δαιμόνων σκιάν.

Versu postremo Hermannus jam in editione fabulae a. 1799 curata ante δαιμόνων interpungi jussit, quam etiam nunc tenet sententiam, verbis δαιμόνων σκιάν acerbam quandam allusionem inesse putans ad Homericum illud de diis dictum: τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, Il. V, Vs. 342. Germanice ita expressit sententiam: du wirst ein Götterschatten sein, da die Götter kein Blut haben. Quasi vero dii, quod sanguine hominum atque animalium carent, umbrae vocari possent, et, si possent, talis divina umbra, ne-umbra, ut hoc uti liceat, aptum hoc loco sensum funderet. Interim etiam Wakefieldus duo illa verba arctissime conjungenda statuit et jam ante hunc Spanhemius, ut apparet e nota ejus ad Sept. adv. Thebas Vs. 984, quam publici juris fecit Hauptius. Et hic quidem quomodo verba explicanda censeat, non significat accuratius, conjicias tamen, voluisse eum vocabulum σκιάν circumscriptioni inservire, ut non multum distare putem sententiam ejus ab illa, quam Wakefiel-

dus protulit his verbis: »pecus vivens sine sanguine (Vs. 267. i. e. 257 Well.); daemonum (i. e. nostrum vid. Eur. Alcest. Vs. 1162) umbra.« Sed l. l. haec scripserat vir doctus: »δαιμόνων· τῶν νεκρῶν, mortuorum, ut interpretatus est scholiastes: et defendet fortasse locutionem Aeschylus Eumen. Vs. 302. ad hunc modum interpunctus:

ἀναίματον βόσκημα, δαιμόνων σκιά.

mortuorum umbra i. e. vel vivus, umbra, quasi mortuus: cui favere videtur scholiastes.« Etiam Stanlejus, quamquam in curis secundis aliter locum intellexit, in nota mscr. ad versionem apud Butlerum sic vertit: »victima sine sanguine, umbra larvarum.« Et possent sane ita construi vocabula, si modo probabile esset, apud Aeschylum sonasse δαίμονας mortuos, quam verbi significationem ne apud Euripidem quidem ferendam esse arbitror. Notum est autem Stoicos et Platonicos dixisse δαίμονας manes, lemures, quos sequebantur serioris aevi scriptores, vide quos laudavit Lennep. ad Phalar. epist. p. 105, ut nec poetam sequatur ob ineptam interpretis explicationem voci δαιμόνων illam vim tribuisse, nec, quae Monkii est sententia, scholiastam verisimile sit νερτέρων pro δαιμόνων scriptum repperisse. Sed in loco Euripideo mea sententia recte Aug. Matthiae e quinque codicibus reposuit: δαιμόνων τῷ κυρίῳ. Ita quum appareat, in versu, de quo loquimur, cum sequente voce non posse jungi δαιμόνων, necesse est, ut ad antecedentia vocabula trahatur. Atque ita etiam scholiastes videtur statuisse: ὁ μηδὲ αἷμα σχήσων ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ γενησόμενος σκιά, ubi verba ἐξ ἡμῶν ad δαιμόνων spectant. Neque audiendus Hermannus, Furiam sic non se, sed alia numina denotare objiciens ob vocabulum δαιμόνων. Quod mihi potius cum emphasi quadam de se ipsis a Furiis usurpatum videtur. Similiter Prom. Vs. 590 Io de se ipsa verba faciens:

κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου;

et ib. Vs. 611:

θρόει, φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.

Cfr. infra Vs. 318 et 327, ubi scholiastes verbum Ἐριννύων similiter atque hoc loco δαιμόνων reddit voce ἡμῶν. Nec δαιμόνων simpliciter est: numinum, sed:

quam vocabulo πρόςφυξ reddidit, et ad dictionem: ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν ex antecedentibus supplevit vocem θεᾶς, ut universam sententiam antithesi expressa magis explicaret, verba: ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ de suo adjecit. Cfr. Hesychius: ὑπόδικος, ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης. Nos non dubitamus, eam verissimam habere loci explicandi rationem, quam modo diximus scholiastae fuisse. Ὑπόδικος χερῶν idem fere est, quod ὑποχείριος, cliens. —

Vs. 251 sqq.

> Τὸ δ' οὐ πάρεστιν· αἷμα μητρῷον χαμαὶ
> δυςαγκόμιστον, παπαῖ,
> τὸ διερὸν πέδοι χύμενον οἴχεται.

Interpunctio, quam probavimus, debetur Hermanno. Eodem suadente pro librorum mscr. lectione κεχυμένον scribitur χύμενον, metri caussa. Forsan poeta posuit: πέδοι 'κχύμενον. Cfr. infra Vs. 623: τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδοι. —

Vs. 257 sq.

> Καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξομαι κάτω,
> Ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνας δύας.

Secundo versu codices habent: Reg. L. Guelph. Ald. τείνεις, Robort. et Med. τείνης (apud Weigel. τείνῃς). Inde varia tentaverunt viri docti. Compluribus etiam versus nullo vinculo colligatus cum praecedente displicuit. Sed omnis correctio incerta est. Patet, versum, si singularem sententiam efficiat, alii personae tribuendum esse. Equidem hoc unum monuerim. Apud Robortellum in antegresso versu legitur: καὶ κάτω. Illud καὶ facile potuit e sequente verbo κάτω originem trahere. Sed si vere a poeta est profectum, integrum locum sic scribere malim:

> Καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξω, καὶ κάτω
> ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνας δύας.

Neque enim opus videtur, ut pro τίνεις reponatur τινεῖς, quamvis id perquam facile foret factu. Formam μητροφόνας nuperrime etiam Hermannus atque Fritz-

schius haud ferendam censuerunt. Habet Cod. Reg. L. μητροφόνου, teste Faehsio, quod verbum Casaubonus et Schuetzius poetae voluerunt ex correctione obtrudere. Sed huic libro in hac quidem caussa nihil est tribuendum. Nescio an Aeschylus, qui v. c. alibi vocabula ἀκάκης et πτολιπόρθης usurpavit (cfr. Pers. Vs. 841 et Agam. Vs. 459), non minus, quam ἄκακε et πολιπόρθ' (cfr. Pers. 653 et 658 atque Agam. Vs. 757), potuerit uti voce μητροφόνης, etiamsi vel in ipso hoc cantico Vs. 247 sit ματροφόνος. Sed vide quae disputabimus infra ad Vs. 990. —

V. 259 sqq.

Ὄψει δὲ κεἴ τις ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν
ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' ἀσεβῶν
ἢ τοκέας φίλους,
ἔχονθ' ἕκαστον τῆς δίκης ἐπαξία.

Post verba ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' excidisse aliquid, metrum docet. Hermannus dochmiacum numerum restituere voluit scribendo: οὐκ εὐσεβῶν pro ἀσεβῶν. De qua conjectura dixit Fritzschius in appendice. Hic eodem loco legi mavult: τιν' ἀσεβῶν τις ἢ τις τοκέας φίλους. Ego reposuerim: τιν' ἀσεβῶν ἤτοι τοκέας ἐς φίλους. Apparet, quam facile τοι ante τοκ- et ἐς post -ας excidere potuerit. Ejusmodi autem emendandi via in hac et similibus caussis probabilissima est. Possis quidem ἤτοι primo loco positum velle; sed hoc non omnino necessarium videtur esse. Vide Dissen. ad Pind. Nem. VI, 5, explicatt. p. 404 ed. Boeckh.; Matth. Gr. Gr. T. II, §. 619, not. z, p. 1256; Stallbaum. ad Plat. de republ. I. p. 344, E. — Versum 266 scholiastes sic circumscripsit: ἐγώ, διδαχθεὶς σὺν κακῷ τῷ ἐμαυτῷ, καὶ οἷον διδασκάλοις χρησάμενος ταῖς ἐμαῖς συμφοραῖς cett. Indene sequitur, eum legisse ἐγὼ διδαχθεὶς σὺν κακοῖς? Caussa lectionum varietatis in promptu esset. —

Vs. 270 — 273.

Βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χερός,
μητροκτόνον μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει.

Ποταίνιον γὰρ ὂν πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ
Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.

Schaefer. ad Eurip. Orest. ed. Porson. Vs. 283 (273 Well.): »Eum. 283 *καθαρμὸς χοιρόκτονος* idem, quod *καθαρμὸς διὰ χοίρου τυθέντος*. Ibidem Vs. 281 (271 Well.) pariter scribendum puto *μητρόκτονον*, ut *μητρόκτονον. μίασμα* sit idem, quod *μίασμα μητρὸς φονευθείσης*.« Recte. *Μητροκτόνον μίασμα* de Oreste ipso dictum esset, ut Choeph. Vs. 1024 *πατροκτόνον μίασμα* de Clytaemnestra.

Versu 272 plurimi interpunxerunt post *Φοίβου*, Blomfieldus ad Choeph. Vs. 1046 et Fritzschius post *ὄν*, Muellerus post *θεοῦ*. — Quaeritur ubi et quando purgatus ab Apolline cogitandus sit Orestes. Esse enim ita statuendum, docent loci, qui sunt Choeph. Vs. 1055 sq., licet verba ex parte corrupta sint, et Eum. Vs. 548. Klausenius quidem ad priorem locum haec adnotavit: »ne fugias, ne exsules, *εἴσω καθαρμός*, intus in aedibus paternis lustrari poteris.« Quae verba eo magis mira, quod idem mox haec addidit: »id quod Oresti suadent servae, ut domi lustretur, repugnat omnibus Graecorum legibus de caede domestica tum latis, tum sensu perceptis.« Sed, ne multus sim in hac sententia refellenda, versus istos ut ad ea trahamus, quae in Eumenidibus ab initio facta videmus, necessario postulat trilogiae ratio. Quae isto loco non sinit nisi de Delphis cogitare. Praeterea, etiamsi de illis verbis vera esset Klausenii sententia, nihil faceret ad rem nostram, quum e sequentibus eluceat, Orestem hoc consilium minime esse exsequutum. Itaque si Delphis purgatus est Orestes, quo tempore hoc factum voluit poeta? Num post versum 54? An post versum 93? Apud ipsum profundum de hac re silentium. Interim sumere licet non statuisse Nostrum Orestem in templo ipso a deo purgatum. Sed hoc fieri debuit ante templum, ut Troezenii apud Pausaniam in Corinthiacis tradunt Orestem expiatum in aedificio ante templum Apollinis sito. Omnino non credibile est, fingi Orestem non purgatum templum dei ingressum. Repugnaret hoc communi Graecorum opinioni. Sed sponte eo deferimur, ut credamus, Aeschylum voluisse, matricidam ante introitum in templum purgatum ab Apolline

statui; cui sententiae non refragantur dicta a Pythia Vs. 40 sqq. et a Furiis Vs. 158 sqq. . Nam alias ex Vs. 235 sqq. aequo jure concludi posset, Orestem ne tum quidem, quum Athenis esset, purgatum fuisse. Guellius ad Virg. Aeneid. IV, Vs. 473 apud Stanlej. in cur. sec. ad Vs. 46, quum sic scribebat: »Forsitan et hic Maronis locus non inepte referri possit ad fabulam Aeschyli Eumenidas, per quam totam statuitur Orestes Delphis in Apollinis aede conclusus et obsessus a Furiis, ne ad indicatum sibi ab Apolline *καθαρμὸν* templum Minervae, Athenas effugere possit:« cett., quidnam sibi voluerit vocabulo *καθαρμόν*, non percipio. — Ex interpungendi rationibus supra laudatis et prima et secunda ferri potest. Addas etiam tertiam hanc, ut comma ponatur post vocabulum *ἑστίᾳ*. Tum *πρὸς ἑστίᾳ* est: d o m i. Cf. Agam. Vs. 415, Choeph. Vs. 960, Pers. 846, al. . De re vide Choeph. Vs. 1051. — De verbo *ποταίνιος* dixit Blomfield. in Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 102. Cfr. Eustath. ad Hom. Il. ώ. p. 1374: *παρὰ τοῖς μεθ᾿ Ὅμηρον πρόσφατον τὸ νεαρὸν καὶ ὡς εἰπεῖν ἐγγὺς φατὸν ἤτοι φανὲν καὶ δειχθέν· ἢ καὶ ἄλλως ἐγγὺς καὶ προσεχῶς φατὸν ἤτοι λεκτόν, ἐξ οὗ καὶ φατειὸς, οὗ καθ᾿ ὁμοιότητα καὶ ποταίνιον οἱ ὕστερον τὸ νεωστὶ συμβὰν εἶπον, ταὐτὸν θέντες εἶναι τὸ ποτὶ καὶ τὸ πρός, ὁμοίως καὶ τὸ αἶνος καὶ τὸ φατός, κἀντεῦθεν εἰς ὅμοιον ἥκειν τὸ ποταίνιον καὶ τὸ πρόσφατον.* —

Ad versum 275 scholiastes haec adnotavit: *ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ) ἐβλάπτοντο γὰρ οἱ μυσαροὶ ξυντυγχάνοντες.* Quae aperte inepta sunt ac vitiosa. Tu scribe: *οἱ μυσαροῖς συντυγχάνοντες.* —

De sequente versu cfr. Hermannus in censura Eumenidum a Muellero conversae p. 55 sq. et nostra infra ad Vs. 429 sq. . Singulari modo Welckerus in libro, quem de trilogia Aeschylea scripsit, p. 448, not. 735 locum cepit. Cum verbis *χρόνος γηράσκων ὁμοῦ* cfr. Agam. Vs. 107: *σύμφυτος αἰών;* Sophocl. Oedip. Reg. Vs. 612: *τὸν παρ᾿ αὐτῷ βίοτον*, Oed. Col. Vs. 7: *ὁ χρόνος ξυνὼν μακρός*, alia. Sententiam ipsam et similes frequentari notum. Dictio *γηράσκων χρόνος* reperitur etiam Prom. Vs. 983. —

Vs. 282—287.

Ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς,
Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου,
τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα,
φίλοις ἀρήγουσ', εἴτε Φλεγραίαν πλάκα,
θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ, ἐπισκοπεῖ,
ἔλθοι. —

De hoc loco et olim et nuperrime plurima disputata sunt diversas in partes, neque tamen ita, ut in iis acquiescere possimus. Quae longum est recensere omnia et singillatim refutare. Lubenter fateor, jam pridem suspicionem mihi esse ortam, secundum haec verba scholiastae: *καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ* latere in *κατηρεφῆ* vocabulum aliquod ex *κατὰ* et *φέρω* compositum, quam eandem sententiam postea Hermannus prodidit jam alii cuidam in mentem venisse et fusius proposuit Fritzschius in append. p. 38 sqq., *κατηφερῆ* scribi jubens. Post vero intellexi, nihil mutandum esse. Meminerit aliquis loci, qui est Choeph. Vs. 762:

ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος,

qui prima specie similis videri possit. Sed frustra. Operae pretium erit, quae vis sit vocabuli *κατηρεφής*, disquirere accuratius, locis Homericis, Hesiodeis, Sophocleis, Euripideis, ubi reperitur, in censum vocatis. Primo loco dicamus de Homero atque Hesiodo.

Il. XVIII, Vs. 589 sunt *κατηρεφέες κλισίαι* vel *σηκοί*, in Od. V, Vs. 367 *κῦμα κατηρεφές*, ubi Passovius in Lex. comparat *κῦμα κυρτόν* (cf. Il. IV, Vs. 426 et XIII, Vs. 799), Nitzschius in notis Vs. 313, ut etiam a scholiasta *κατηρεφές* declaratur *κατακαλύψαν*, ib. IX, Vs. 183 *σπέος ὑψηλόν, δάφνῃσι κατηρεφές*, XIII, Vs. 349 *σπέος ἐστὶ κατηρεφές*. Apud Hesiodum in Theog. Vs. 594 reperitur *ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι*, Vs. 778 *δώματα ναίει μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα*. Idem fere valet *ἐπηρεφής*, quod Od. XIII, Vs. 349 pro varia lectione est; cf. Hes. Theog. Vs. 598 *ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους*, quo idem denotatur, quod antea verbis *ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι*. Il. XII, Vs. 54 sunt *κρημνοὶ ἐπηρεφέες*, Od. X, Vs. 131 *ἐπηρεφέες πέτραι*, ib. XII, Vs. 59 *πέτραι ἐπηρεφέες*.

Hesychius, ut hunc unum nominem: κατηρεφέας; καταστέγους. Κατηρεφές, κατεστεγασμένον. Κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ταπεινοστεγῶν κατηρεφέας, cett. Κατηρεφέστερον, κατεστεγασμένον μᾶλλον. — Ἐπηρεφέας, ἐπεστεγασμένας. Ἐπηρεφέος, ἐπεστεγασμένου. — Similiter alii et recentiores, nisi quod utrumque vocabulum nonnullis locis active significare credunt.

Sed haec significatio, quae postea sane invaluit, apud Homerum et Hesiodum nondum submovit alteram eamque priorem. Hic enim vocabula κατηρεφὴς et ἐπηρεφὴς sonant: cavus, cameratus. Vide de iis disserentem Dammium in Lex. Homerico et Pindarico s. vv., quocum mihi, nondum inspecto libro, de plurimis locis convenit. Saepissime conferre licet vocem κοῖλος, nonnunquam etiam κυρτός. Illud notum est antri epitheton, ut κατηρεφὴς et ἐπηρεφής. Similiter de mari et fluviis usurpatur eodem fere sensu, quo Od. V, Vs. 367 κῦμα κατηρεφὲς dictum est, ubi etiam aptius conferas vocabuli κυρτὸς usum Il. IV, Vs. 426 et XIII, Vs. 799. Nam haec loci explicatio praestare videtur vulgatae, ex qua significat: contegens more camerae, quam etiam Dammius amplexus est. Od. XII, Vs. 59 cur cavatos dicat scopulos, ipse videtur declarare poeta, subjungens verba:

προτὶ δ' αὐτὰς
Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης.

Etiam in locis Od. IX, Vs. 183 δάφνῃσι κατηρεφὲς et Hes. Theog. Vs. 778 μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα valet propria notio verbi κατηρεφής, concameratus, nec vertendum est: tectus. Cfr. Aeschyl. Prom. Vs. 300 πετρηρεφῆ αὐτόκτιτ' ἄντρα. Nusquam simpliciter significat: κατεστεγασμένος vel σκεπαστός, aut activo sensu positum est. Loci Il. XVIII, 589 ratio paullo impeditior. Scribitur ibi:

σταθμούς τε κλισίας τε κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς.

Potest igitur vox κατηρεφέας trahi tam ad κλισίας, quam ad σηκούς. Hoc si facis σηκοὶ utpote tecti opponuntur σταθμοῖς, qui tum sub diu fuisse cogitandi sunt. Κλισίαι sunt casae pastorales. Utcunque statuas, non opus videtur aut κλισίας κατηρεφέας aut κατηρεφέας σηκοὺς aliter intelligere, quam casas pastorales concameratas vel stabula pecorum conca-

merata, nisi potius verbum eam hoc loco vim habet, de qua mox dicemus.

Transeamus jam ad tragicos poetas, Sophoclem atque Euripidem, nam de loco Aeschyleo in fine disputationis dicendum erit.

Apud Sophoclem Electr. Vs. 381 legitur: ἐν κατηρεφεῖ στέγῃ, ubi scholiastes: κατηρεφεῖ) κατεσκεπασμένῃ, σκοτεινῇ. Laudatur locus a Suida s. v. κατηρεφέα· κατεστεγασμένα. Antig. Vs. 885 invenitur dictio: κατηρεφεῖ τύμβῳ. De eadem re Vs. 774 est: πετρώδει ἐν κατώρυχι, Vs. 1100 ἐκ κατώρυχος στέγης. Philoct. Vs. 272 scriptum est: ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ. Usus idem, qui apud Hom. in re simili.

Apud Euripidem semel tantum reperitur vocabulum, idque loco procul dubio corrupto, Hippolyt. Vs. 473 sq.:

οὐδὲ στέγην γὰρ ἧς κατηρεφεῖς δόμοι
καλῶς ἀκριβώσειαν.

Qua de re ejus nulla ratio haberi potest. — Porro opus est, ut de etymo vocabulorum dicamus. In verbo ἐρέφω prius ἐ euphonicum est. Cohaeret cum ῥόμβος, quae vox eodem modo pertinet ad ΡΕΦΩ, quo στρόμβος ad στρέφω. Nam verbum ῥέμβω, a quo vulgo derivant ῥόμβος, flexum de stirpe ΡΕΦ—. Nec dubitandum, quin ἐρέφω idem sit origine, quod στρέφω, ut ῥόμβος et στρόμβος. In derivato igitur hoc vocabulo servata ea notio, quae in verbo ipso jam perierat. Sic ἐπηρεφὴς forma tantum differt ab ἐπιστρεφής, curvatus, sed καταστρεφὴς non fuit in usu. Cum ἐρέφω (ΡΕΦΩ) cognatum est: ῥέπω, ut vergo cum verto, ἘΡΕΠΤΩ (cf. ἀνερέπτω, ὑπερέπτω, ἐρέπτομαι, apud Pindarum Boeckhio docente ἐρέπτω idem est, quod ἐρέφω), ἐρείπω (cf. ἀνερείπομαι), ἐρείκω (cfr. Hesych.: κατηρειγμένος, πεπτωκώς, καμπτόμενος), alia multa. Etiam κοῖλος et σκολιὸς conjugata verba sunt. — Latinum vocabulum concavus nonnunquam idem significat, quod curvatus, flexus — et derivanda a σκέλλω, torreo, cujus primaria notio fuit seco. Ab hoc forma tantum differt σκύλλω. Secandi notio magis servata est in verbis κολεός, κολούω cett.; cf. σκόλοψ, σκῶλος. Pertinet huc quod habet Hesychius: κελλόν, στρεβλόν, πλάγιον et κελλῶσαι, πλαγιάσαι, item κυλλός. Similiter κυρτός cohaeret cum κείρω.

Vides verbum κατηρεφὴς principio esse: flexus, curvatus. Inde orta significatio: cavus, cameratus. Sed — id quod adhuc de industria non adnotavimus — idem veteres grammatici etiam χθαμαλὸς valuisse tradunt. Cfr. v. c. Eustathius ad Hom. Od. XIII, Vs. 349: Ἐπηρεφὲς δὲ καινότερον μὲν τὸ αὐτέροφον· οἱ δὲ παλαιοὶ γράφουσι καὶ χθαμαλόν. Spectant eodem Hesychii verba supra citata: κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ταπεινοστεγῶν. Nec aliam verbi vim in animo habuit scholiastes ad locum Aeschyleum, de quo sermo est, scribens illud: καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ. Unde apparet, errasse, qui ex his verbis eum concluserint diversam lectionem ante oculos habuisse. At quaerat aliquis, quomodo vocabulo κατηρεφὴς talis notio subesse possit. Nempe hoc facillimum erit demonstratu, si ad contrarium verbum ὀρθὸς respexeris. Etenim sicuti hoc rectus sonat et simul erectus, sic id vocabulum, cujus primitiva significatio fuit: flexus, curvatus, optime transire potuit in hanc, ut humilitatem designaret. Quae quum ita sint, videndum, an non verbum, de quo agitur, in eo loco Homerico, ubi aedificii epitheton est, potius hoc sensu dictum statuendum sit. Idem vix dicas de simili loco Sophocleo. Quam in rem cfr. etiam glossa Hesychiana bis citata et Eustath. ad Od. IX, Vs. 183: ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ καὶ κατηρεφὲς οἴκημα λέγεται τὸ ταπεινόν. Certe ea interpretandi ratio non videtur caruisse locupletibus auctoribus. Redeamus jam ad locum Aeschyleum.

Patet, sicuti vocabulum ὀρθὸν duplici modo intelligi possit, sic scilicet, ut aut rectum vertendum sit, aut erectum, similiter etiam κατηρεφῆ aut de curvato pede intelligi posse, aut de pede ad terram depresso. Hoc voluit scholiastes. Num igitur de solo gradiendo cogitandum est, ubi pedem et erigimus et deprimimus, quare vel una ista actio duplici hac phrasi praesertim sic conjuncta signari possit? An simul de eundo, quod fere denotari posse credas verbis πόδα ὀρθὸν τιθέναι h. e. ὀρθοῦν, atque stando, quum πόδα κατηρεφῆ τιθέναι h. e. καταβάλλειν non inepte dicatur is, qui stat? Sin praeferas verba ὀρθὸν et κατηρεφῆ vertere: rectum et flexum sive curvatum, dicendum est, rectum pedem esse stantis,

flexum sive curvatum sedentis vel eantis, nam etiam ingredientes pedes habemus flexos. Sic de Minerva vel stante vel sedente eunteve cogitari possit. Offendas quidem in eo, quod Minerva amicis auxilium ferens sedere dicitur. Sed non opus est de auxilio in bello lato cogitare. Potuit autem, quamquam stans vel sedens, Minerva dici auxilium ferre, nam vel sola ejus praesentia ad hanc rem sufficiebat. Ceteri loci Aeschylei, ubi loquutio *τιθέναι πόδα* invenitur, Agam. Vs. 880: *μὴ χαμαὶ τιθεὶς τὸν σ'ν πόδα* et Suppl. Vs. 32: *πρὶν πόδα χέρσῳ τῇδ' ἐν ἀσώδει θεῖναι*, non omnino similes sunt. *Ὀρθόπους* aut significat rectos pedes habentem, aut eum, quem pedes recta ferunt. Sed altera haec verbi notio vix hoc loco in comparationem vocari potest. Poetam certam quandam fabulam in animo habuisse, ut Fritzschio visum est, non credo. —

Vs. 289—292.

Οὔτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναίας σθένος
ῥύσαιτ' ἄν, ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον
ἔῤῥειν, τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν,
ἀναίματον βόσκημα δαιμόνων σκιάν.

Versu postremo Hermannus jam in editione fabulae a. 1799 curata ante *δαιμόνων* interpungi jussit, quam etiam nunc tenet sententiam, verbis *δαιμόνων σκιάν* acerbam quandam allusionem inesse putans ad Homericum illud de diis dictum: *τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι*, Il. V, Vs. 342. Germanice ita expressit sententiam: du wirst ein Götterschatten sein, da die Götter kein Blut haben. Quasi vero dii, quod sanguine hominum atque animalium carent, umbrae vocari possent, et, si possent, talis divina umbra, ne umbra, ut hoc uti liceat, aptum hoc loco sensum funderet. Interim etiam Wakefieldus duo illa verba arctissime conjungenda statuit et jam ante hunc Spanhemius, ut apparet e nota ejus ad Sept. adv. Thebas Vs. 984, quam publici juris fecit Hauptius. Et hic quidem quomodo verba explicanda censeat, non significat accuratius, conjicias tamen, voluisse eum vocabulum *σκιάν* circumscriptioni inservire, ut non multum distare putem sententiam ejus ab illa, quam Wakefiel-

dus protulit his verbis: »pecus vivens sine sanguine (Vs. 267. i. e. 257 Well.); daemonum (i. e. nostrum vid. Eur. Alcest. Vs. 1162) umbra.« Sed l. l. haec scripserat vir doctus: »δαιμόνων· τῶν νεκρῶν, mortuorum, ut interpretatus est scholiastes: et defendet fortasse locutionem Aeschylus Eumen. Vs. 302. ad hunc modum interpunctus:

ἀναίματον βόσκημα, δαιμόνων σκιά.

mortuorum umbra i. e. vel vivus, umbra, quasi mortuus: cui favere videtur scholiastes.« Etiam Stanlejus, quamquam in curis secundis aliter locum intellexit, in nota mscr. ad versionem apud Butlerum sic vertit: »victima sine sanguine, umbra larvarum.« Et possent sane ita construi vocabula, si modo probabile esset, apud Aeschylum sonasse δαίμονας mortuos, quam verbi significationem ne apud Euripidem quidem ferendam esse arbitror. Notum est autem Stoicos et Platonicos dixisse δαίμονας manes, lemures, quos sequebantur serioris aevi scriptores, vide quos laudavit Lennep. ad Phalar. epist. p. 105, ut nec poetam sequatur ob ineptam interpretis explicationem voci δαιμόνων illam vim tribuisse, nec, quae Monkii est sententia, scholiastam verisimile sit νερτέρων pro δαιμόνων scriptum repperisse. Sed in loco Euripideo mea sententia recte Aug. Matthiae e quinque codicibus reposuit: δαιμόνων τῷ κυρίῳ. Ita quum appareat, in versu, de quo loquimur, cum sequente voce non posse jungi δαιμόνων, necesse est, ut ad antecedentia vocabula trahatur. Atque ita etiam scholiastes videtur statuisse: ὁ μηδὲ αἷμα σχήσων ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ γενησόμενος σκιά, ubi verba ἐξ ἡμῶν ad δαιμόνων spectant. Neque audiendus Hermannus, Furiam sic non se, sed alia numina denotare objiciens ob vocabulum δαιμόνων. Quod mihi potius cum emphasi quadam de se ipsis a Furiis usurpatum videtur. Similiter Prom. Vs. 590 Io de se ipsa verba faciens:

κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου;

et ib. Vs. 611:

θρόει, φράζε τᾷ δυςπλάνῳ παρθένῳ.

Cfr. infra Vs. 318 et 327, ubi scholiastes verbum Ἐριννύων similiter atque hoc loco δαιμόνων reddit voce ἡμῶν. Nec δαιμόνων simpliciter est: numinum, sed:

quam vocabulo πρόσφυξ reddidit, et ad dictionem: ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν ex antecedentibus supplevit vocem θεᾶς, ut universam sententiam antithesi expressa magis explicaret, verba: ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ de suo adjecit. Cfr. Hesychius: ὑπό-δικος, ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης. Nos non dubitamus, eam verissimam habere loci explicandi rationem, quam modo diximus scholiastae fuisse. Ὑπόδικος χερῶν idem fere est, quod ὑποχείριος, cliens. —

Vs. 251 sqq.

Τὸ δ' οὐ πάρεστιν· αἷμα μητρῷον χαμαί·
δυςαγκόμιστον, παπαῖ,
τὸ διερὸν πέδοι χύμενον οἴχεται.

Interpunctio, quam probavimus, debetur Hermanno. Eodem suadente pro librorum mscr. lectione κεχυμένον scribitur χύμενον, metri caussa. Forsan poeta posuit: πέδοι 'κχύμενον. Cfr. infra Vs. 623: τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδοι. —

Vs. 257 sq.

Καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξομαι κάτω.
Ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνας δύας.

Secundo versu codices habent: Reg. L. Guelph. Ald. τείνεις, Robort. et Med. τείνης (apud Weigel. τείνηις). Inde varia tentaverunt viri docti. Compluribus etiam versus nullo vinculo colligatus cum praecedente displicuit. Sed omnis correctio incerta est. Patet, versum, si singularem sententiam efficiat, alii personae tribuendum esse. Equidem hoc unum monuerim. Apud Robortellum in antegresso versu legitur: καὶ κάτω. Illud καὶ facile potuit e sequente verbo κάτω originem trahere. Sed si vere a poeta est profectum, integrum locum sic scribere malim:

Καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξω, καὶ κάτω
ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνας δύας.

Neque enim opus videtur, ut pro τίνεις reponatur τινεῖς, quamvis id perquam facile foret factu. Formam μητροφόνας nuperrime etiam Hermannus atque Fritz-

Τοὺς μὲν καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντας cett.

Hoc eo verisimilius videri possit, quod illi duo poetae loci ipsi simillimi sunt, praesertim e sententia scholiastae, ut in altero tractando facile alter ei in mentem venire potuerit. Si vera est conjectura nostra, magnum fert variae lectioni Turnebianae praesidium. — At difficillimum est dictu, quomodo vulgata lectio orta sit, cum praesertim facilius tibi persuadeas, *ἔχοντας* interpretamentum esse verbi *νέμοντας*, quam contrarium; cf. varias lectiones ad Sept. contra Theb. Vs. 572. Praeterea unde venit praepositio? Metro magis satisfacit lectio: *προνέμοντας*, sed haec quum in uno tantum extet cod. Farn., correctori videtur deberi. Dicas sane in loco emendando auxilium petendum esse ab oppositis verbis:

ὅστις δ' ἀλιτρῶν, ὥσπερ ὅδ' ἁνήρ,
χεῖρας φονίας ἐπικρύπτει,

et potissimum pro *προσνέμοντας* tale verbum reponendum esse, quod vocabulo *ἐπικρύπτει* accuratius respondeat; sed hae sententiae, quamvis sibi invicem opponantur, quoad singula verba vario modo conformatae sunt, nec ausim equidem eam ipsam ob caussam in altera pro *ἀλιτρῶν* cum Aurato, Doederlino, (ad Soph. Oed. Colon. p. 320), Hermanno *ἀλιτὼν* scribere, quum etiam illud vocabulum sensum satis bonum fundat. Loquutionem *χεῖρας προνέμειν* plurimi de manibus inter preces faciendas porrectis intelligunt; Hermannus verba:

τοὺς μὲν καθαρὰς
καθαρῶς χεῖρας προνέμοντας,

sic enim de conjectura scripsit antistrophica restituturus, hac explicatione illustravit: seine Hände rein zu den Geschäften bringt, wer, von Schuld rein, das was er thut, so thut, dass es auch bei diesem Thun rein bleibt. Mihi simplicissima videntur verba et aptissima sententia, si *ἔχοντας* scribas. Periculum antistrophicorum restituendorum etiam ego audacius censeo esse, nec necessarium. —

Vs. 320—324.

Τοῦτο γὰρ λάχος διανταία
Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν, θνατῶν,

Ποταίνιον γὰρ ὂν πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ
Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.

Schaefer. ad Eurip. Orest. ed. Porson. Vs. 283 (273 Well.): »Eum. 283 *καθαρμὸς χοιρόκτονος* idem, quod *καθαρμὸς διὰ χοίρου τυθέντος.* Ibidem Vs. 281 (271 Well.) pariter scribendum puto *μητρόκτονον*, ut *μητρόκτονον μίασμα* sit idem, quod *μίασμα μητρὸς φονευθείσης.*« Recte. *Μητροκτόνον μίασμα* de Oreste ipso dictum esset, ut Choeph. Vs. 1024 *πατροκτόνον μίασμα* de Clytaemnestra.

Versu 272 plurimi interpunxerunt post *Φοίβου*, Blomfieldus ad Choeph. Vs. 1046 et Fritzschius post *ὄν*, Muellerus post *θεοῦ*. — Quaeritur ubi et quando purgatus ab Apolline cogitandus sit Orestes. Esse enim ita statuendum, docent loci, qui sunt Choeph. Vs. 1055 sq., licet verba ex parte corrupta sint, et Eum. Vs. 548. Klausenius quidem ad priorem locum haec adnotavit: »ne fugias, ne exsules, *εἴσω καθαρμός*, intus in aedibus paternis lustrari poteris.« Quae verba eo magis mira, quod idem mox haec addidit: »id quod Oresti suadent servae, ut domi lustretur, repugnat omnibus Graecorum legibus de caede domestica tum latis, tum sensu perceptis.« Sed, ne multus sim in hac sententia refellenda, versus istos ut ad ea trahamus, quae in Eumenidibus ab initio facta videmus, necessario postulat trilogiae ratio. Quae isto loco non sinit nisi de Delphis cogitare. Praeterea, etiamsi de illis verbis vera esset Klausenii sententia, nihil faceret ad rem nostram, quum e sequentibus eluceat, Orestem hoc consilium minime esse exsequutum. Itaque si Delphis purgatus est Orestes, quo tempore hoc factum voluit poeta? Num post versum 34? An post versum 93? Apud ipsum profundum de hac re silentium. Interim sumere licet non statuisse Nostrum Orestem in templo ipso a deo purgatum. Sed hoc fieri debuit ante templum, ut Troezenii apud Pausaniam in Corinthiacis tradunt Orestem expiatum in aedificio ante templum Apollinis sito. Omnino non credibile est, fingi Orestem non purgatum templum dei ingressum. Repugnaret hoc communi Graecorum opinioni. Sed sponte eo deferimur, ut credamus, Aeschylum voluisse, matricidam ante introitum in templum purgatum ab Apolline

statui; cui sententiae non refragantur dicta a Pythia Vs. 40 sqq. et a Furiis Vs. 158 sqq. . Nam alias ex Vs. 235 sqq. aequo jure concludi posset, Orestem ne tum quidem, quum Athenis esset, purgatum fuisse. Guellius ad Virg. Aeneid. IV, Vs. 473 apud Stanlej. in cur. sec. ad Vs. 46, quum sic scribebat: »Forsitan et hic Maronis locus non inepte referri possit ad fabulam Aeschyli Eumenidas, per quam totam statuitur Orestes Delphis in Apollinis aede conclusus et obsessus a Furiis, ne ad indicatum sibi ab Apolline καθαρμὸν templum Minervae, Athenas effugere possit:« cett., quidnam sibi voluerit vocabulo καθαρμόν, non percipio.— Ex interpungendi rationibus supra laudatis et prima et secunda ferri potest. Addas etiam tertiam hanc, ut comma ponatur post vocabulum ἑστίᾳ. Tum πρὸς ἑστίᾳ est: domi. Cf. Agam. Vs. 415, Choeph. Vs. 960, Pers. 846, al.. De re vide Choeph. Vs. 1051.— De verbo ποταίνιος dixit Blomfield. in Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 102. Cfr. Eustath. ad Hom. Il. ώ. p. 1374: παρὰ τοῖς μεθ᾽ Ὅμηρον πρόσφατον τὸ νεαρὸν καὶ ὡς εἰπεῖν ἐγγὺς φατὸν ἤτοι φανὲν καὶ δειχθέν· ἢ καὶ ἄλλως ἐγγὺς καὶ προσεχῶς φατὸν ἤτοι λεκτόν, ἐξ οὗ καὶ φατειὸς, οὗ καθ᾽ ὁμοιότητα καὶ ποταίνιον οἱ ὕστερον τὸ νεωστὶ συμβὰν εἶπον, ταὐτὸν θέντες εἶναι τὸ ποτὶ καὶ τὸ πρός, ὁμοίως καὶ τὸ αἶνος καὶ τὸ φατός, κἀντεῦθεν εἰς ὅμοιον ἥκειν τὸ ποταίνιον καὶ τὸ πρόσφατον. —

Ad versum 275 scholiastes haec adnotavit: ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ) ἐβλάπτοντο γὰρ οἱ μυσαροὶ ξυντυγχάνοντες. Quae aperte inepta sunt ac vitiosa. Tu scribe: οἱ μυσαροῖς συντυγχάνοντες. —

De sequente versu cfr. Hermannus in censura Eumenidum a Muellero conversae p. 55 sq. et nostra infra ad Vs. 429 sq.. Singulari modo Welckerus in libro, quem de trilogia Aeschylea scripsit, p. 448, not. 735 locum cepit. Cum verbis χρόνος γηράσκων ὁμοῦ cfr. Agam. Vs. 107: σύμφυτος αἰών; Sophocl. Oedip. Reg. Vs. 612: τὸν παρ᾽ αὑτῷ βίοτον, Oed. Col. Vs. 7: ὁ χρόνος ξυνὼν μακρός, alia. Sententiam ipsam et similes frequentari notum. Dictio γηράσκων χρόνος reperitur etiam Prom. Vs. 983. —

Vs. 282—287.

Ἀλλ᾽ εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς,
Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου,
τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα,
φίλοις ἀρήγουσ᾽, εἴτε Φλεγραίαν πλάκα,
θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ, ἐπισκοπεῖ,
ἔλθοι. —

De hoc loco et olim et nuperrime plurima disputata sunt diversas in partes, neque tamen ita, ut in iis acquiescere possimus. Quae longum est recensere omnia et singillatim refutare. Lubenter fateor, jam pridem suspicionem mihi esse ortam, secundum haec verba scholiastae: *καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ* latere in *κατηρεφῆ* vocabulum aliquod ex *κατὰ* et *φέρω* compositum, quam eandem sententiam postea Hermannus prodidit jam alii cuidam in mentem venisse et fusius proposuit Fritzschius in append. p. 38 sqq., *κατηφερῆ* scribi jubens. Post vero intellexi, nihil mutandum esse. Meminerit aliquis loci, qui est Choeph. Vs. 762:

ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος,

qui prima specie similis videri possit. Sed frustra. Operae pretium erit, quae vis sit vocabuli *κατηρεφής*, disquirere accuratius, locis Homericis, Hesiodeis, Sophocleis, Euripideis, ubi reperitur, in censum vocatis. Primo loco dicamus de Homero atque Hesiodo.

Il. XVIII, Vs. 589 sunt *κατηρεφέες κλισίαι* vel *σηκοί*, in Od. V, Vs. 367 *κῦμα κατηρεφές*, ubi Passovius in Lex. comparat *κῦμα κυρτόν* (cf. Il. IV, Vs. 426 et XIII, Vs. 799), Nitzschius in notis Vs. 313, ut etiam a scholiasta *κατηρεφές* declaratur *κατακαλύψαν*, ib. IX, Vs. 183 *σπέος ὑψηλόν, δάφνῃσι κατηρεφές*, XIII, Vs. 349 *σπέος ἐστὶ κατηρεφές*. Apud Hesiodum in Theog. Vs. 594 reperitur *ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι*, Vs. 778 *δώματα ναίει μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα*. Idem fere valet *ἐπηρεφής*, quod Od. XIII, Vs. 349 pro varia lectione est; cf. Hes. Theog. Vs. 598 *ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους*, quo idem denotatur, quod antea verbis *ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι*. Il. XII, Vs. 54 sunt *κρημνοὶ ἐπηρεφέες*, Od. X, Vs. 131 *ἐπηρεφέες πέτραι*, ib. XII, Vs. 59 *πέτραι ἐπηρεφέες*.

Hesychius, ut hunc unum nominem: κατηρεφέας· καταστέγους. Κατηρεφές, κατεστεγασμένον. Κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ταπεινοστεγῶν κατηρεφέας, cett. Κατηρεφέστερον, κατεστεγασμένον μᾶλλον. — Ἐπηρεφέας, ἐπεστεγασμένας. Ἐπηρεφέος, ἐπεστεγασμένου. — Similiter alii et recentiores, nisi quod utrumque vocabulum nonnullis locis active significare credunt.

Sed haec significatio, quae postea sane invaluit, apud Homerum et Hesiodum nondum submovit alteram eamque priorem. Hic enim vocabula κατηρεφὴς et ἐπηρεφὴς sonant: cavus, cameratus. Vide de iis disserentem Dammium in Lex. Homerico et Pindarico s. vv., quocum mihi, nondum inspecto libro, de plurimis locis convenit. Saepissime conferre licet vocem κοῖλος, nonnunquam etiam κυρτός. Illud notum est antri epitheton, ut κατηρεφὴς et ἐπηρεφής. Similiter de mari et fluviis usurpatur eodem fere sensu, quo Od. V, Vs. 367 κῦμα κατηρεφὲς dictum est, ubi etiam aptius conferas vocabuli κυρτὸς usum Il. IV, Vs. 426 et XIII, Vs. 799. Nam haec loci explicatio praestare videtur vulgatae, ex qua significat: contegens more camerae, quam etiam Dammius amplexus est. Od. XII, Vs. 59 cur cavatos dicat scopulos, ipse videtur declarare poeta, subjungens verba:

προτὶ δ' αὐτὰς
Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης.

Etiam in locis Od. IX, Vs. 183 δάφνῃσι κατηρεφὲς et Hes. Theog. Vs. 778 μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα valet propria notio verbi κατηρεφής, concameratus, nec vertendum est: tectus. Cfr. Aeschyl. Prom. Vs. 300 πετρηρεφῆ αὐτόκτιτ' ἄντρα. Nusquam simpliciter significat: κατεστεγασμένος vel σκεπαστός, aut activo sensu positum est. Loci Il. XVIII, 589 ratio paullo impeditior. Scribitur ibi:

σταθμούς τε κλισίας τε κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς.

Potest igitur vox κατηρεφέας trahi tam ad κλισίας, quam ad σηκούς. Hoc si facis σηκοὶ utpote tecti opponuntur σταθμοῖς, qui tum sub diu fuisse cogitandi sunt. Κλισίαι sunt casae pastorales. Utcunque statuas, non opus videtur aut κλισίας κατηρεφέας aut κατηρεφέας σηκοὺς aliter intelligere, quam casas pastorales concameratas vel stabula pecorum conca-

merata, nisi potius verbum eam hoc loco vim habet, de qua mox dicemus.

Transeamus jam ad tragicos poetas, Sophoclem atque Euripidem, nam de loco Aeschyleo in fine disputationis dicendum erit.

Apud Sophoclem Electr. Vs. 381 legitur: ἐν κατηρεφεῖ στέγῃ, ubi scholiastes: κατηρεφεῖ) κατεσκεπασμένῃ, σκοτεινῇ. Laudatur locus a Suida s. v. κατηρεφέα· κατεστεγασμένα. Antig. Vs. 885 invenitur dictio: κατηρεφεῖ τύμβῳ. De eadem re Vs. 774 est: πετρώδει ἐν κατώρυχι, Vs. 1100 ἐκ κατώρυχος στέγης. Philoct. Vs. 272 scriptum est: ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ. Usus idem, qui apud Hom. in re simili.

Apud Euripidem semel tantum reperitur vocabulum, idque loco procul dubio corrupto, Hippolyt. Vs. 473 sq.:

οὐδὲ στέγην γὰρ ἧς κατηρεφεῖς δόμοι
καλῶς ἀκριβώσειαν.

Qua de re ejus nulla ratio haberi potest. — Porro opus est, ut de etymo vocabulorum dicamus. In verbo ἐρέφω prius ἐ euphonicum est. Cohaeret cum ῥόμβος, quae vox eodem modo pertinet ad *ΡΕΦΩ*, quo στρόμβος ad στρέφω. Nam verbum ῥέμβω, a quo vulgo derivant ῥόμβος, flexum de stirpe *ΡΕΦ*—. Nec dubitandum, quin ἐρέφω idem sit origine, quod στρέφω, ut ῥόμβος et στρόμβος. In derivato igitur hoc vocabulo servata ea notio, quae in verbo ipso jam perierat. Sic ἐπηρεφὴς forma tantum differt ab ἐπιστρεφής, curvatus, sed καταστρεφὴς non fuit in usu. Cum ἐρέφω (*ΡΕΦΩ*) cognatum est: ῥέπω, ut vergo cum verto, *ἘΡΕΠΤΩ* (cf. ἀνερέπτω, ὑπερέπτω, ἐρέπτομαι, apud Pindarum Boeckhio docente ἐρέπτω idem est, quod ἐρέφω), ἐρείπω (cf. ἀνερείπομαι), ἐρείκω (cfr. Hesych.: κατηρεγμένος, πεπτωκώς, καμπτόμενος), alia multa. Etiam κοῖλος et σκολιὸς conjugata verba sunt. — Latinum vocabulum concavus nonnunquam idem significat, quod curvatus, flexus — et derivanda a σκέλλω, torreo, cujus primaria notio fuit seco. Ab hoc forma tantum differt σκύλλω. Secandi notio magis servata est in verbis κολεός, κολούω cett.; cf. σκόλοψ, σκῶλος. Pertinet huc quod habet Hesychius: κελλόν, στρεβλόν, πλάγιον et κελλῶσαι, πλαγιάσαι, item κυλλός. Similiter κυρτός cohaeret cum κείρω.

Vides verbum κατηρεφὴς principio esse: flexus, curvatus. Inde orta significatio: cavus, cameratus. Sed — id quod adhuç de industria non adnotavimus — idem veteres grammatici etiam χθαμαλὸς valuisse tradunt. Cfr. v. c. Eustathius ad Hom. Od. XIII, Vs. 349: Ἐπηρεφὲς δὲ καινότερον μὲν τὸ αὐτόροφον· οἱ δὲ παλαιοὶ γράφουσι καὶ χθαμαλόν. Spectant eodem Hesychii verba supra citata: κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ταπεινοστεγῶν. Nec aliam verbi vim in animo habuit scholiastes ad locum Aeschyleum, de quo sermo est, scribens illud: καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ. Unde apparet, errasse, qui ex his verbis eum conclu- serint diversam lectionem ante oculos habuisse. At quaerat aliquis, quomodo vocabulo κατηρεφὴς talis notio subesse possit. Nempe hoc facillimum erit demonstratu, si ad contrarium verbum ὀρθὸς respexeris. Etenim sicuti hoc rectus sonat et simul erectus, sic id vocabulum, cujus primitiva significatio fuit: flexus, curvatus, optime transire potuit in hanc, ut humilitatem designaret. Quae quum ita sint, videndum, an non verbum, de quo agitur, in eo loco Homerico, ubi aedificii epitheton est, potius hoc sensu dictum statuendum sit. Idem vix dicas de simili loco Sophocleo. Quam in rem cfr. etiam glossa Hesychiana bis citata et Eustath. ad Od. IX, Vs. 183: ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ καὶ κατηρεφὲς οἴκημα λέγεται τὸ ταπεινόν. Certe ea interpretandi ratio non videtur caruisse locupletibus auctoribus. Redeamus jam ad locum Aeschyleum.

Patet, sicuti vocabulum ὀρθὸν duplici modo intelligi possit, sic scilicet, ut aut rectum vertendum sit, aut erectum, similiter etiam κατηρεφῆ aut de curvato pede intelligi posse, aut de pede ad terram depresso. Hoc voluit scholiastes. Num igitur de solo gradiendo cogitandum est, ubi pedem et erigimus et deprimimus, quare vel una ista actio duplici hac phrasi praesertim sic conjuncta signari possit? An simul de eundo, quod fere denotari posse credas verbis πόδα ὀρθὸν τιθέναι h. e. ὀρθοῦν, atque stando, quum πόδα κατηρεφῆ τιθέναι h. e. καταβάλλειν non inepte dicatur is, qui stat? Sin praeferas verba ὀρθὸν et κατηρεφῆ vertere: rectum et flexum sive curvatum, dicendum est, rectum pedem esse stantis,

flexum sive curvatum sedentis vel euntis, nam etiam ingredientes pedes habemus flexos. Sic de Minerva vel stante vel sedente eunteve cogitari possit. Offendas quidem in eo, quod Minerva amicis auxilium ferens sedere dicitur. Sed non opus est de auxilio in bello lato cogitare. Potuit autem, quamquam stans vel sedens, Minerva dici auxilium ferre, nam vel sola ejus praesentia ad hanc rem sufficiebat. Ceteri loci Aeschylei, ubi loquutio *τιθέναι πόδα* invenitur, Agam. Vs. 880: *μὴ χαμαὶ τιθεὶς τὸν σ᾽ν πόδα* et Suppl. Vs. 32: *πρὶν πόδα χέρσῳ τῇδ᾽ ἐν ἀσώδει θεῖναι,* non omnino similes sunt. *Ὀρθόπους* aut significat rectos pedes habentem, aut eum, quem pedes recta ferunt. Sed altera haec verbi notio vix hoc loco in comparationem vocari potest. Poetam certam quandam fabulam in animo habuisse, ut Fritzschio visum est, non credo. —

Vs. 289—292.

Οὔτοι σ᾽ Ἀπόλλων οὐδ᾽ Ἀθηναίας σθένος
ῥύσαιτ᾽ ἄν, ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον
ἔῤῥειν, τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ᾽ ὅπου φρενῶν,
ἀναίματον βόσκημα δαιμόνων σκιάν.

Versu postremo Hermannus jam in editione fabulae a. 1799 curata ante *δαιμόνων* interpungi jussit, quam etiam nunc tenet sententiam, verbis *δαιμόνων σκιὰν* acerbam quandam allusionem inesse putans ad Homericum illud de diis dictum: *τοὔνεκ᾽ ἀναίμονές εἰσι,* Il. V, Vs. 342. Germanice ita expressit sententiam: du wirst ein Götterschatten sein, da die Götter kein Blut haben. Quasi vero dii, quod sanguine hominum atque animalium carent, umbrae vocari possent, et, si possent, talis divina umbra, ne-umbra, ut hoc uti liceat, aptum hoc loco sensum funderet. Interim etiam Wakefieldus duo illa verba arctissime conjungenda statuit et jam ante hunc Spanhemius, ut apparet e nota ejus ad Sept. adv. Thebas Vs. 984, quam publici juris fecit Hauptius. Et hic quidem quomodo verba explicanda censeat, non significat accuratius, conjicias tamen, voluisse eum vocabulum *σκιὰν* circumscriptioni inservire, ut non multum distare putem sententiam ejus ab illa, quam Wakefiel-

dus protulit his verbis: »pecus vivens sine sanguine (Vs. 267. i. e. 257 Well.); daemonum (i. e. nostrum vid. Eur. Alcest. Vs. 1162) umbra.« Sed l. l. haec scripserat vir doctus: »δαιμόνων· τῶν νεκρῶν, mortuorum, ut interpretatus est scholiastes: et defendet fortasse locutionem Aeschylus Eumen. Vs. 302. ad hunc modum interpunctus:

ἀναίματον βόσκημα, δαιμόνων σκιά.

mortuorum umbra i. e. vel vivus, umbra, quasi mortuus: cui favere videtur scholiastes.« Etiam Stanlejus, quamquam in curis secundis aliter locum intellexit, in nota mscr. ad versionem apud Butlerum sic vertit: »victima sine sanguine, umbra larvarum.« Et possent sane ita construi vocabula, si modo probabile esset, apud Aeschylum sonasse δαίμονας mortuos, quam verbi significationem ne apud Euripidem quidem ferendam esse arbitror. Notum est autem Stoicos et Platonicos dixisse δαίμονας manes, lemures, quos sequebantur serioris aevi scriptores, vide quos laudavit Lennep. ad Phalar. epist. p. 105, ut nec poetam sequatur ob ineptam interpretis explicationem voci δαιμόνων illam vim tribuisse, nec, quae Monkii est sententia, scholiastam verisimile sit νερτέρων pro δαιμόνων scriptum repperisse. Sed in loco Euripideo mea sententia recte Aug. Matthiae e quinque codicibus reposuit: δαιμόνων τῷ κυρίῳ. Ita quum appareat, in versu, de quo loquimur, cum sequente voce non posse jungi δαιμόνων, necesse est, ut ad antecedentia vocabula trahatur. Atque ita etiam scholiastes videtur statuisse: ὁ μηδὲ αἷμα σχήσων ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ γενησόμενος σκιά, ubi verba ἐξ ἡμῶν ad δαιμόνων spectant. Neque audiendus Hermannus, Furiam sic non se, sed alia numina denotare objiciens ob vocabulum δαιμόνων. Quod mihi potius cum emphasi quadam de se ipsis a Furiis usurpatum videtur. Similiter Prom. Vs. 590 Io de se ipsa verba faciens:

κλύεις φθέγμα τᾶς βουκέρω παρθένου;

et ib. Vs. 611:

θρόει, φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.

Cfr. infra Vs. 318 et 327, ubi scholiastes verbum Ἐριννύων similiter atque hoc loco δαιμόνων reddit voce ἡμῶν. Nec δαιμόνων simpliciter est: numinum, sed:

numinum infensorum, mala mittentium, *ἀλαστόρων*. Probabilius dicas esse, quod idem Hermannus, si cum Schuetzio post *δαιμόνων* interpunxeris; vocabulum *σκιάν* sic nude positum in fine versus admodum languere ait. Quamquam etiam de hac re, quae tota a sensu pendet, alii aliter statuere possunt. Librorum lectio non est *σκιάν*, sed *σκιά*. Hanc qui defendere volet, verba *ἀνάιματον βόσκημα* et *σκιὰ* vocativo casu posita esse dicet, ut in appellatione. Sed displicuit haec ratio viris doctis fere omnibus; et recte, ut videtur. Uterque scrupulus removebitur, si versum sic scripseris:

ἀναίματον βόσκημα δαιμόνων σκιᾶς.

Ubi nemo in duplici genitivo offendet; cfr., si tanti est, Bernhard. Synt. p. 162 sq. Jam arctissime cohaerent, ut unam quasi notionem efficiant, verba *βόσκημα δαιμόνων*. De genitivo *σκιᾶς* cf. Bernhard. l. l. p. 163, §. 45. —

Vs. 303—305.

Τοὺς μὲν καθαρὰς χεῖρας προςνέμοντας
οὔτις ἀφ᾽ ἡμῶν μῆνις ἐφέρπει,
ἀσινὴς δ᾽ αἰῶνα διοιχνεῖ.

In primo versu quum Turnebus pro corrupto verbo *προςνέμοντας* ab aliis *ἔχοντας* legi referat, non possum, quin de re sane memorabili moneam. Nimirum scholiastes A. ad Sept. contra Theb. Vs. 683 Schuetz. haec ad verba: *κακὸς οὐ κεκλήσῃ* adscripsit: *καλῶς γὰρ καὶ ἐναρέτως ζήσας πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τὸν βίον εὖ διάξας, οὐ νομισθήσῃ φαῦλος. Οὐδὲ ἡ τὴν φοβερὰν καὶ μέλαιναν ἔχουσα αἰγίδα Ἐριννὺς εἶσι καὶ εἰςέρχεται ἐπὶ τὸν οἶκον ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου, οὗ ἂν ἐκ τῶν χειρῶν θεοὶ θυσίαν προςδέχωνται. Ἀντὶ τοῦ καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντος.* Ultima verba facile quivis videt non exhibere accuratam loci Aeschylei explicationem vocabulorum quodque exprimentem, sed potius sententiam, quam Aeschyleae similem sensu putaverit esse grammaticus. Oritur ita suspicio, eum hanc aliunde depromptam in usum suum convertisse; quaerasque num forsan nostro e loco, sic scripto:

Τοὺς μὲν καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντας cett.
Hoc eo verisimilius videri possit, quod illi duo poetae loci ipsi simillimi sunt, praesertim e sententia scholiastae, ut in altero tractando facile alter ei in mentem venire potuerit. Si vera est conjectura nostra, magnum fert variae lectioni Turnebianae praesidium. — At difficillimum est dictu, quomodo vulgata lectio orta sit, cum praesertim facilius tibi persuadeas, *ἔχοντας* interpretamentum esse verbi *νέμοντας*, quam contrarium; cf. varias lectiones ad Sept. contra Theb. Vs. 572. Praeterea unde venit praepositio? Metro magis satisfacit lectio: *προνέμοντας*, sed haec quum in uno tantum extet cod. Farn., correctori videtur deberi. Dicas sane in loco emendando auxilium petendum esse ab oppositis verbis:

ὅστις δ᾽ ἀλιτρῶν, ὥςπερ ὅδ᾽ ἀνὴρ,
χεῖρας φονίας ἐπικρύπτει,

et potissimum pro *προςνέμοντας* tale verbum reponendum esse, quod vocabulo *ἐπικρύπτει* accuratius respondeat; sed hae sententiae, quamvis sibi invicem opponantur, quoad singula verba vario modo conformatae sunt, nec ausim equidem eam ipsam ob caussam in altera pro *ἀλιτρῶν* cum Aurato, Doederlino, (ad Soph. Oed. Colon. p. 320), Hermanno *ἀλιτὼν* scribere, quum etiam illud vocabulum sensum satis bonum fundat. Loquutionem *χεῖρας προνέμειν* plurimi de manibus inter preces faciendas porrectis intelligunt; Hermannus verba:

τοὺς μὲν καθαρὰς
καθαρῶς χεῖρας προνέμοντας,

sic enim de conjectura scripsit antistrophica restituturus, hac explicatione illustravit: seine Hände rein zu den Geschäften bringt, wer, von Schuld rein, das was er thut, so thut, dass es auch bei diesem Thun rein bleibt. Mihi simplicissima videntur verba et aptissima sententia, si *ἔχοντας* scribas. Periculum antistrophicorum restituendorum etiam ego audacius censeo esse, nec necessarium. —

Vs. 320—324.

Τοῦτο γὰρ λάχος διανταία
Μοῖρ᾽ ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν, θνατῶν,

τοῖσιν αὐτουργίαι ξυμπέσωσιν μάταιοι,
τοῖς ὁμαρτεῖν, ὄφρ' ἂν
γᾶν ὑπέλθῃ· θανὼν δ' οὐκ ἄγαν ἐλεύθερος.

Versum, qui horum tertius est, vertunt fere cum Schuetzio: »quibuscunque mortalium hoc acciderit, ut se scelestis consanguineorum caedibus pollnerent.« In Med. apud Weigel., Guelph., Ald., Rob. est αὐτουργίαις, quod idem legit scholiastes et vereor, ne recipiendum sit. Cfr. Sophocl. Trachin. Vs. 20:

ὅς εἰς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν μάχης
ἐκλύεταί με.

Jam vox τοῖς ante ὁμαρτεῖν spectat ad verba θνατῶν τοῖσι cett., quibus occisi designantur, ad vocem ὑπέλθῃ subaudiendum: ὁ μάταιος, cum dictione τοῖς ὁμαρτεῖν cfr. Vs. 308: μάρτυρες ὀρθαὶ τοῖσι θανοῦσιν παραγιγνόμεναι, qui locus in universum prorsus convenit cum nostro. In postremis verbis miror suspectum visum esse Th. Bergkio in Zimmermanni diariis, a. 1835, p. 960, ἄγαν, ut molestum et languidum. De sententia cfr. Vs. 167 et quos locos ibi citavimus. —

Vs. 318 sq. 327 sq.

Ὕμνος ἐξ Ἐριννύων,
δέσμιος φρενῶν, ἀφόρμικτος, αὐονὰ βροτοῖς.

Sic vulgo interpungitur, ut vox ἀφόρμικτος ad vocabulum ὕμνος referenda sit, et αὐονὰ siccitatem significet, ut solet. Cum Muellero comma post ἀφόρμικτος delenti et verbum αὐονὰ de clamore sonituque intelligenti convenit Bergkio in Zimmermanni diariis, a. 1835, p. 959, cui ἀφόρμικτος αὐονὰ ita dictum videtur ut apud Euripidem in Phoenissis ἄλυρον ἀμφὶ Μοῦσαν. Nobis vulgata explicandi ratio praeplacet cum Fritzschio atque Hermanno, qui notat, vocabulum αὐονά, ubi clamorem significet, quum apud solum Simonidem Iambographum (Fr. VIII, Vs. 20 ed. Welcker.) deprehendatur, Ionibus videri proprium fuisse. —

Vs. 329—331.

Γιγνομέναισι λάχη τάδ' ἐφ' ἁμὶν ἐκράνθη·

ἀθανάτων δ' ἀπέχειν χέρας, οὐδέ τις ἐστὶ
συνδαίτωρ μετάκοινος.

In phrasi ἀθανάτων ἀπέχειν χέρας primus offendit Evers Lubeccensis, unus e discipulis Muelleri. Reposuit is: ἀθανάτων ἀπ' ἔχειν γέρας, probatum Muellero. Sed jure aliud quid desiderat Hermannus, qui et ipse locum de mendo suspectum habet, in Zimmermanni diariis, 1835, № 112, p. 900. Facillima mutatione scripseris:

ἀθανάτων δ' ἀπέχειν χροός.

Hesychius habet locutionem ἄπεχε χροός, quam explicat ἀπέχεσθαι ἐποίει τοῦ χρωτός, ut mox ἄπεχε, ἐκώλυε. Idem postea: ἀπέχω, πόῤῥω εἰμί. Patet sane dictionem ἀπέχειν χέρας τινὸς, si ei usitatam significationem tribuas, ut fecit poeta Suppl. Vs. 737: ἡμῶν χεῖρ' ἀποσχῶνται, ferri non posse, testibus sequentibus verbis: οὐδέ τις ἐστὶ συνδαίτωρ μετάκοινος. Si quis igitur codicum lectionem tenere volet, statuat oportebit, loquutioni illi hoc loco alium esse sensum. Usurpatur sane v. c. phrasis προςβάλλειν χεῖρας in utramque partem, ut quaerere liceat, num contraria: ἀπέχειν τινὸς χεῖρας significare possit: non amplecti aliquem, sive: nullum consortium habere cum aliquo. Wakefieldus citavit Diog. Laert. VI, 65:

τοὺς ἄλλους ἐράνιζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

Sed eo loco equidem abuti nolim ad nostrum defendendum. Scholiastes: ἀθανάτων ἀπέχειν) μὴ πλησιάζειν ἡμᾶς τοῖς θεοῖς. Unde quid ante oculos habuerit vix certo licet concludere.

In postremo versu mirum est, melioris notae codices uno consensu pro συνδαίτωρ, quod Turnebo atque Victorio debetur, praebere συνδάτωρ. In versu antistrophico est brevis syllaba ἐς. Qua de re alicui in mentem veniat putare, Aeschylum hanc vocem usurpasse eadem vi, qua illam, quum praesertim verbum δατήρ spondere videatur, potuisse saltem formam δάτωρ in usu esse. Judicent homines docti. —

Vs. 340—342.

Σπευδόμεναι δ' ἀφελεῖν τινὰ τάςδε μερίμνας·
Θεῶν δ' ἀτέλειαν ἐμαῖσι λιταῖς ἐπικραίνειν,
Μηδ' ἐς ἄγκρισιν ἐλθεῖν.

Vexatissimo huic loco ut manum admovere audeamus faciunt scholiastae verba haecce: ἐμαῖσι λιταῖς) εὔχομαι τοῖς θεοῖς, τελέσαι μου τὸ βούλημα καὶ μὴ εἰς μάχην μοι ἐλθεῖν. Quorum prior pars usque ad βούλημα pertinet ad Vs. 340 et 341, altera ad sequentem versum. Unde efficitur, neque illic, nec vero hic vulgatam lectionem ante oculos fuisse grammatico. Is enim pro ratione, qua primos duos versus construit, non potest legisse illud δ', quod est post θεῶν. Et potuit Δ facillime originem trahere e sequente litera Α. Praeterea scholiastes certissime in libro suo habebat τᾶςδε μερίμνας. Idem est apud Robort. et in cod. Med. apud Weig. Nam verbis τελέσαι μου τὸ βούλημα nihil aliud expressit, nisi haec poetae: ἀφελεῖν τᾶςδε μερίμνας ἀτέλειαν, quum ἀφελεῖν ἀτέλειαν sit τελέσαι, et junxit voces τινὰ θεῶν. Ceterum minime ad verbum facta interpretatio. Ad verba poetae: σπευδόμεναι δ' ἐμαῖσι λιταῖς ἐπικραίνειν unum vocabulum εὔχομαι spectat. — Pergunt, poeta: μηδ' ἐς ἄγκρισιν ἐλθεῖν, scholiastes: καὶ μὴ εἰς μάχην μοι ἐλθεῖν. Sed illud ἐς ἄγκρισιν ex emendatione Stephani invexerunt viri docti, quod potius furcillis debebant extrudere. Codicum lectiones diversissimae; in Guelph. ἐς ἄκρισιν, ap. Rob. et in Farn. ἐς ἔγκρισιν, ap. Stephanum idem et ἐς ἄγχρισιν pro varia lectione, in ed. Ald. ἐπ' ἄκρισιν. Unde quid extricari debeat monstrat scholiastae interpretamentum: εἰς μάχην. Et Fritzschius quidem, qui hoc bene perspexit, scribi jussit εἰς ἀρκεσιν, in censura p. 33, universum locum sic legendum esse ratus:

Σπευδόμεναι δ' ἀφελεῖν τινα τᾶςδε μερίμνας,
θεῶν δ' ἀτέλειαν ἐμαῖς τελεταῖς ἐπικραίνειν,
μηδ' εἰς ἄρκεσιν ἐλθεῖν.

»Und dass die Götter nicht dem Mörder zu Hülfe kommen.« Quam sententiam dicit eo aptiorem esse, quod Apollo revera Orestae auxilium tulerit. Sed credas fere, poetam, si tale quid voluisset, verba »dem Mörder« peculiari vocabulo expressurum fuisse. Et praeterea, ut cetera, quae objici possint, taceam, difficillimum fuerit probatu, scholiastam, quum scriberet: καὶ μὴ εἰς μάχην μοι ἐλθεῖν, illa verba in mente habuisse. Verbum ἄρκεσιν sane a lectione, quae est in cod. Guelph. et in ed. Ald. aliquid habet commen-

dationis. Sed illi libri inscr. hoc loco videntur maximopere in vitio esse et magis tribuendum ceteris, qui ἐς ἔγκρισιν vel ἐς ἄγχρισιν praebent. Horum auctoritate fretus et scholiastae explicatione conjicio, poetam dedisse ἐς ἔγχρισιν, singulari vocis vi ac notione. Nempe ἐγχρίω, ut origine cognatum est cum ἐγχρίμπτω (ἐγχρίπτω), ita nonnumquam etiam significatum eundem habet, ut sit invadere sive impetum facere. Ἔγχρισις igitur potest impetum significare et ἐς ἔγχρισιν ἐλθεῖν impetum facere sive impugnare. Talis vero loquutio, quam bene a scholiasta potuerit verbis εἰς μάχην ἐλθεῖν explicari, in propatulo situm est.

Universus locus sic legendus:

Σπευδόμεναι δ', ἀφελεῖν τινὰ τᾶςδε μερίμνας
θεῶν ἀτέλειαν, ἐμαῖσι λιταῖς ἐπικραίνειν,
μηδ' ἐς ἔγχρισιν ἐλθεῖν.

Verte: studemus nostris precibus efficere, ut deus quis hanc curam ratam facere velit, neve nos impugnet. De secunda vocis ἐγχρ. syllaba vid. Buttm. Gr. T. II, p. 259. Cum primis verbis cf. Vs. 367 sqq.:

Τίς οὖν τάδ' οὐχ ἅζεται
τε καὶ δέδοικεν βροτῶν,
ἐμοῦ κλύων θεσμὸν
τὸν μοιρόκραντον, ἐκ θεῶν
δοθέντα τέλεον;

Ceterum laudo, quae ab Hermanno de voce σπευδόμεναι deque structura verborum disputata sunt. Num propter vocabulum εὔχομαι opus sit, ut statuatur, scholiasten σπευδομένα legisse, vix poterit dijudicari. Praepositio ἐς, nisi probare velis, quae supra suspicati sumus de voce συνδάτωρ, quae a verbo δατέομαι derivanda foret, etiam mihi videtur in εἰς mutanda esse. Strophici versus si necesse esse putes ut nostro loco etiam accuratius respondeant, delenda erit particula δ' ante ἀπέχειν, quae sane facillime eodem modo orta esse potest, quo in antistropha, et dicas in hanc rem cum Fritzschio, videri eam non fuisse in exemplari scholiastae, si modo id certo inde concludi potest, quod neque in lemmate, neque in explicatione invenitur. Tum τάδ' Vs. 329 non ad versum 320 sq., sed ad sequentia verba spectaret. At ingenue fateor, me adhuc dubitare, num etiam versus

strophici haec, quamvis facillima, mutatio necessaria sit ob illam caussam. —

Vs. 354:

ὀρχησμοῖς τ' ἐπιφθόνοις ποδός

codicum lectio *ἐπιφόνοις* cessit ei, quod Heathius de conjectura dedit. Dubito, num recte. Patet enim, ad sensum *ὀρχησμοὺς ποδὸς* optime dici *ἐπιφόνους*, quum Furiae aggrediantur sontes vita privaturae; cf. Vs. 254 seqq.; Vs. 292 seqq., al. Secunda vero vocabuli syllaba quum longa esse debeat, reputandum, literae φ eandem naturam esse, atque literae χ, cf. Wolf. praef. Il. p. LXXI; Schaef. ad Theogn. Vs. 1057; Reisig. de constr. anastr. p. 5, laudatos a Passovio in Lex. sub litera φ. Quare, sicuti in Choephoris Vs. 1045 *φαιοχίτωνες* reperitur secunda producta, videndum, ne etiam de voce *ἐπιφόνοις* idem valere possit. —

Versum 355:

πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ

scholiastes sic reddidit: *περιφρονῶν γὰρ οὐκ αἰσθάνεται τοῦ κακοῦ*. Ad quae Stanlejus: »lege, inquit, *παραφρονῶν*. Ita enim explicat *τὸ πίπτων ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ*.« Minime vero. Sed scholiastes locum sic reperiebat scriptum:

πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπέρφρονι λύμᾳ,

ubi sane junxit verba *πίπτων ὑπέρφρονι λύμᾳ*, et idem quod *περιφρονῶν* valere voluit. Contrario modo ad Suppl. Vs. 760 Schuetz.: *περίφρονες*) *ἀντὶ τοῦ ὑπέρφρονες*. De locutione *πίπτειν τινὶ* cf. Wellauer. ad Eumen. Vs. 68. Seidler. ad Eurip. Electr. Vs. 424. —

Vs. 356—366.

Τοῖον ἐπὶ κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπόταται,
καὶ δνοφεράν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος
αὐδᾶται πολύστονος φάτις.
Μένει γάρ· εὐμήχανοι
δὲ καὶ τέλειοι, κακῶν
τε μνήμονες, σεμναί,

καὶ δυςπαρήγοροι βροτοῖς,
ἄτιμ' ἀτίετα διόμεναι
λάχη, θεῶν διχοστατοῦντ'
ἀνηλίῳ λάμπᾳ, δυςοδοπαίπαλα
δερκομένοισι καὶ δυςομμάτοις ὁμῶς.

Disceptatur, quomodo intelligenda sint verba *πολύστονος φάτις*, utrum de luctuosis sermonibus populi, an de ejulatu sontis puniti. E quibus sententiis neutra satis placet. Sed *π. φ.* significat clamorem occisi. Is pulchre dicitur contra domum (in perniciem domus scil. occisoris) eloqui obscuras tenebras h. e. ingentem calamitatem et luctum, quia Furiae audito hoc clamore nece cognita incipiunt insidias struere et interitum parare scelesto.

Mox de verbis *μένει γὰρ* acriter certatum est. Sed, opinor, non potest dubium esse, ea peculiarem sententiam efficere, cum ob sensum, tum quia sic orationi longe major vis accedit. Quaeritur autem, quid dicatur manere. De qua re alii aliter statuunt. Nobis quidem aptissimum videtur, ex antegressis repetere vocabulum *ἀχλύς*, id quod etiam Wellauero visum est. Sequentibus verbis *εὐμήχανοι δὲ* cett. caussa affertur, cur si semel caedes perpetrata sit, domus occisoris semper tenebris obvoluta sit; scilicet quia Furiae, quas sibi ea re iratas reddiderit, solertes sint et efficaces et memores, graves, et aegre mitigandae hominibus, ut et velint vindictam sumere ex mandato iis dato et vero etiam possint optime, neque absistant priusquam poenas peccati luerit. Ceterum etiam scholiastes post *μένει γὰρ* interpunxit et sequentia verba eodem modo cepit: *ἡμεῖς γὰρ εὐμήχανοί ἐσμεν, ἐπιτελεστικαὶ καὶ τῶν κακῶν μνήμονες.* Idem verbum *σεμναὶ* pro adjectivo habuit, non pro nomine proprio, quod vocant (quam rationem et ipse et hoc loco et infra Vs. 993 veram esse arbitror, vel invito Fritzschio), ut videre est ex hisce ejus verbis: *λείπει τὸ ἐσμέν. Μνήμονες*, quasi proprio epitheto, vocantur Furiae etiam Prometh. Vs. 514. *Τελεία* dicitur *'Αρὰ* Sept. contra Theb. Vs. 815. Cfr. ibid. Vs. 369: *'Ερινὺς ἐπέκρανεν.* Ad versum 357 vix opus est monere, e vocabulo *τοῖον* supplendum esse: *τοίαν.* — In verbis scholiastae Vs. 365 ad vocem *δυςοδοπαίπαλα*

adscriptis: δυςπαράβατα. καὶ τράχεα ζῶσι καὶ τοῖς θνήσκουσι vide ne pro τοῖς θνήσκουσι scribendum sit: τεθνηκόσι. —

Versus 365 non satis recte respondet antistrophico:

ἀτιμίας κυρῶ, καίπερ ὑπὸ χθόνα.

Sufficit ad aequalitatem restituendam facillima Hermanni correctio: κύρω, nisi forsan cum Seidlero de verss. dochm. p. 25 statuere malis, λάμπᾳ priorem brevem habere posse. Verbum λάμπᾳ idem vulgo esse censent, quod λαμπάδι, immo Hermannus et Fritzschius eo progressi sunt, ut illud infra Vs. 994 eadem scilicet cum vi positum ex emendatione inveherent. Mihi hoc temerarium videtur. Nam etiamsi optime in hunc locum quadret ejusmodi significatio, nec desint verba similiter formata, non liquet tamen, cur opus sit, novum verbi usum fingere, si is, qui notus est, aptum sensum fundat. Vere Wellauerus in Lex. Aeschyl. et Passov. in Lex. s. v. vocem λάμπη hic, ut alibi, situm significare contendunt, ille additis verbis »significantur loca infera situ et tenebris obsita.« Mirum, quod Hesychius habet: ἀνήλιον, ἀδούλευτον καὶ τὸ μὴ ἔχον ἥλιον. Ubi Guieti in partes nemo discedet. Longe melius, id quod obiter moneo, Bentlejus pro ἀδούλευτον reponi jussit ἀδιόδευτον, tradente Wakefieldo in delectu Tragoediarum T. I, p. 185. Sed haec significatio nihil ad hunc locum. Cfr. infra phrasin: δυςήλιον κνέφας. Jam si λάμπη non est lampade, sed situ, possis etiam versus aequare velle repònenda altera ejus verbi forma λάπᾳ, ut Vs. 894 pro ἀμπλακήματα scribitur ἀπλ. —

Vs. 371—373.

— ἔπι δέ μοι
γέρας παλαιόν, οὐδ'
ἀτιμίας κυρῶ, —

Versus 272 quum respondere debeat versui 364:

λάχη θεῶν διχοστατοῦντ',

patet alterutrum corruptum esse. In illo mendum latere putavit Hermannus, quare post παλαιὸν inseruit

ἐστίν, probantibus Schuetzio, Bothio, Muellero; contra Wellauero placuit in strophico λάχη ejicere. Utraque emendandi ratio parum probabilis. Hermanno praeterea aperte refragatur scholiastae glossa: ἔπι δέ μοι) ἔπεστι. Mihi versu 272 ante παλαιὸν excidisse videtur πάλαι, quod quam facile fieri potuerit, in aprico est. Amant autem poetae, praesertim tragici, hujusmodi dictiones. Supra Vs. 363 eodem modo conjuncta vides verba ἄτιμ' ἀτίετα. Cfr. Eur. Orest. Vs. 802:

πάλαι παλαιᾶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων. —

Hi fere sunt cantici loci, quos probabili modo emendari posse putem. Reliquorum, nec sunt ii pauci numero et satis aperto in vitio, corrigendorum periculum facere nolui. Fecerunt quidem alii, sed, quo successu, ipsi videant. — In fine addere placet novam de verbis ἀφόρμικτος, αὐονὰ βροτοῖς explicandis conjecturam. Probavimus supra cum Herm. et Fritzsch. vulgatam interpungendi atque interpretandi rationem, rejecta ea, qua vox αὐονὰ clamorem significare creditur. Et habet illa sane optime. Sed si verum est, quod a scholiasta refertur, verba ἀφόρμικτος innui, hoc carmen cantatum esse nullis instrumentis musicis adspirantibus, alicui in mentem venire possit, hymnum ob hoc ipsum αὐονὰν vocari, eadem fere vocabuli vi, qua Latini assam vocem dicunt. Tum interpunctionis signum post ἀφόρμικτος tollendum esset. Interpretatio, opinor, Aeschylio scribendi genere haud indigna. Videndum tamen non solum, num jure illi praeferenda sit, sed etiam, num ab usu vocabuli αὐονὴ commendationem aliquam habeat. Adjectivum αὖος, ubi ad sonum transfertur, crepitum significat, ut in Homerico illo: αὖον ἀΰτεῖν, Il. XII, Vs. 160. Ξηρὸς, si de voce usurpatur, sonat: raucus sive asper. An simili metaphora hoc loco αὐονὰ est epitheton hymni Furiarum et comparandus in hanc rem Sept. c. Theb. Vs. 849: τὸν δυςκέλαδον θ' ὕμνον Ἐριννύος? Etiam sic arctius jungi possit vocabulum cum ἀφόρμικτος. Haec satis habeo monuisse; nam nec posteriori rationi jure postponatur vulgata, de qua recte exposuit Hermannus. Βροτοῖς in hac explicatione minime offendit. Furiae universe loquun-

tur, ut saepissime fieri solet, etiamsi res jam ad solum Orestem pertineat. Cum voc. ἀφόρμικτος cfr. Agam. Vs. 963 sq.:

τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὑμνῳδεῖ
θρῆνον Ἐρινύος,

qui locus jam a Fritzschio citatus est. — Ceterum patet, per stropham atque antistropham tertiam et stropham quartam unam eandemque sententiam continuari, cujus primariam partem et quasi fontem contineat stropha tertia. Ad hanc vario modo referuntur versus 355 et 356 sqq., nisi versum 356 malis ad solum Vs. 355 respicere. Ad Vs. 357 proxime spectant verba μένει γάρ, quae rursus explicantur sequentibus. Si illa cum Hermanno aliisque statuere velis sequentem sententiam pro subjecto, quod vocant, habere, opus est, ut pro δὲ post εὐμήχανοι reponas τε. At neutrum necessarium; et ista explicandi ratio potius reprobatur librorum omnium lectione, non temere mutanda. — In versibus 349 et 350 explicandis vel emendandis velim memineris, a Nostro Sept. c. Theb. Vs. 733 vocari καμψίποδα Ἐρινύν, et simili epitheto ab aliis καμπεσίγουνον. —

Vs. 381—383.

Ἔνθεν διώκουσ' ἦλθον ἄτρυτον πόδα,
πτερῶν ἄτερ, ῥοιβδοῦσα κόλπον αἰγίδος,
πώλοις ἀκμαίοις τόνδ' ἐπιζεύξασ' ὄχον.

Hi versus maximum viris doctis negotium fecerunt. Ut de reliquis taceam, licet haud inficias ire velim, sententiam Muelleri jam aliis fere probatam *)

*) Adnotavit haec Muellerus, ad Eumenidas p. 112: »Athena hat bei ihrer Fahrt über das Meer die Aegis, wie sie selbst sagt (382), wie ein Segel in der Luft sausen lassen. Dies Aegis-Segel hat aber, nach Aeschylos kühner Erfindung, einem mit Rossen bespannten Wagen gleichsam zur Schwinge gedient, auf welchem Athena, wie die Worte des Dichters besagen, hereinfährt. Wie Aeschylos, der an der Einführung auffallender Gestalten ein besonderes Gefallen fand, dergleichen eingerichtet, darüber wäre es zwecklos, weitere Vermuthungen aufzustellen.«

ab Hermanno recte esse repudiatam, tamen haud ita difficile est demonstratu, ne hujus quidem opinionem, nec illam ab ipso profectam, ferri posse, quae insuper, ut *πώλοις*, quod verbum etiam in scholiastae libro deprehendebatur, in *κώλοις* mutetur de conjectura Wakefieldi, flagitat *). Primum enim non opus, ut cum Hermanno statuamus, ob verba: *διώκουσ' ἄτρυτον πόδα* poetam sibi informasse Minervam pedibus incedentem, nisi forsan, ut uno saltem exemplo defungar, Euripidem contendere aliquis velit, quum Ion. Vs. 160 sq. Matth. dicat:

οὐκ ἄλλᾳ
φοινικοφαῆ πόδα κινήσεις;

idem de cygno statuisse. Sed recte jam olim Heathius et nuperrime Fritzschius monuerunt, illam locutionem non prohibere, quominus sumamus, Minervam curru vectam fingi. Significari enim sic a poetis posse quemvis motus modum. Heathii verba, quae mihi maxime probantur, praeterea haec sunt: »Quod ad *ἄτρυτον πόδα* attinet, nihil aliud verbis istis significatur, nisi eam cursu indefesso, id est, nulla interposita requie, advenisse.« De dictione vide etiam Sept. c. Theb. Vs. 353: *σπουδῇ διώκων πομπίμους*

*) Hermannus, postquam nonnulla alia protulit ad Muelleri sententiam refellendam, sic ratiocinatur in censura l. l. p. 175: ›In dem Originale geht, fliegt und fährt die Göttin‹ cett., et mox p. 176: ›Hätte (der Dichter) die Göttin auf einem Wagen kommen lassen, so hätte er nicht *διώκουσ' ἄτρυτον πόδα* hinzugesetzt, weil das einen Widerspruch giebt. Auch hätte er die Göttin nicht noch mit der Aegis rudern lassen, wenn sie von den reissend schnellen Götterpferden gefahren würde, weil das lächerlich gewesen wäre. Endlich hätte er auch nicht *πτερῶν ἄτερ* gesagt, weil diese Worte nur dann einen Sinn haben, wenn die Pallas nicht in einem Wagen getragen wird, sondern auf eine solche Weise kommt, bei der man eigentlich Flügel nöthig hat. Das Wahre hat Wakefield gefunden, *κώλοις ἀκμαίοις τόνδ' ἐπιζεύξασ' ὄχον*. Denn nicht nur die Sache selbst zeigt, dass Pallas durch die Lüfte geschritten ist, und sich dabei, ohne Flügel zu haben, der Aegis statt Schwingen bedient hat; sondern auch das Verbum selbst, welches *ἐπιζεύξασα*, nicht, wie bei Pferden, *ὑποζεύξασα* ist, weist deutlich auf ein oben angebrachtes Vehikel, das die Bewegung der Füsse beschleunige, hin.‹

χνόας πόδων. Deinde quod vir doctus suae sententiae fulcrum conciliat e verbis πτερῶν ἄτερ, non videtur id firmius esse. Etenim, si quaerimus, non video, cur Minerva, utpote quae per aërem iter fecerit, et eam ob caussam proprie alis opus habuerit, etiamsi alio modo, ubi ipsa alis non opus habebat, viam confecerit, non bene dixerit, se non illarum ope usam fuisse, statim subjunctura: sed curru vectam se aërem tranasse. Verba πτερῶν ἄτερ opposita sunt sententiae: πώλοις ἀκμαίοις τόνδ' ἐπιζεύξασ' ὄχον. Alterutra ratione viam facere debuit per aërem, aut ipsa alis instructa, aut vehiculo aliquo usa. Illas negat sibi fuisse, sed curru se usam esse equis robustis junctam. Nec magis tribuendum est huic argumento: attendendum esse ad verbum ἐπιζεύξασα, pro quo, si de equis currui junctis cogitari voluisset poeta, ὑποζεύξασα daturum fuisse exspectares. Talis sane usitatior locutio fuisset. Sed quid, quaeso, prohibebat poetam, quominus hanc usurparet, qua eandem rem paullo aliter extulit? Etiam Latini in eadem caussa, non solum verbum subjungere, sed etiam jungere et adjungere adhibent. Potest vocabulum ἐπιζεύξασα eo, quem voluit Hermannus, modo intelligi, sed minime opus est, ut aliter capiatur, quam vulgo factum est et cuivis praeceptis opinionibus non praepedito fieri facillime videri debet. Haec sufficiant de singulis Hermanni argumentis dicta, nam cetera, quae protulit, sponte concident. Universa vero quam rei speciem cepit, tantum abest, ut ceterorum doctorum hominum placitis aptior censenda sit, ut similibus difficultatibus laboret, et praeterea etiam imaginem deae multo exiliorem exhibeat. Cogita tibi, sodes, Minervam aërem trajicientem non solum pedibus incedentem, quae res per se jam satis est mira *),

*) Supra Vs. 241 sq., ubi Furiae in re simili dicunt:

Ὑπέρ τε πόντον ἀπτέροις πωτήμασιν
ἦλθον διώκουσ', οὐδὲν ὑστέρα νεώς

consulto et optime poeta dictione ἀπτέροις πωτήμασιν usus est, quia, etiamsi alis caruisse illas velit, tamen minime statuit, non volasse eas in itinere per aërem facto, sed pedibus incessisse. Πωτήματα, quamquam ἄπτερα, tamen sunt πωτήματα, nec vero, ut hoc utar, βήματα. —

sed etiam aegide pro alis utentem. Hoc quomodo commode fieri potuerit, non quaeremus. Sed utraque haec viae faciendae ratio quod simul locum habuisse putatur, id plane inauditum est. Et dicas, jure tuo merito, poeta si voluisset, Minervam aegide pro alis usam fuisse, cur non in ea re acquievisset, quae sane ad iter per aërem faciendum suffecisset. In propatulo est situm, non posse de pluribus itineris faciendi rationibus simul conjunctis cogitari. Atqui tertio versu dea satis perspicuis verbis dicit, se curru vectam esse. Non liquet, utrum is alatus fuerit, an equos junctos habuerit alis instructos, an utrumque simul, an neutrum locum habuerit; apud Eurip. Iphig. Aulid. Vs. 250 sq. (242 sq. Matth.) Minerva »equestri alato curru« utitur. Neque opus erat de illo expressis verbis significare, quia nec iis, quos Minerva alloqui fingitur, nec Atheniensibus fabulam spectantibus, quum et equi et currus in scena adessent, de re ulla dubitatio oriri poterat. At enim vero, objiciat aliquis, si curru vecta sit Minerva, quid sibi voluerit aegide in modum veli pansa; namque hoc adminiculum nullum esse potuisse, recte contendit Hermannus. Praeivit illam verborum ῥοιβδοῦσα κόλπον αἰγίδος explicandorum rationem jam scholiastes: κόλπον αἰγίδος) ὡς ἀρμένῳ χρωμένη τῇ αἰγίδι. Sed haec est falsissima explicatio. Verba ipsa nihil significant, nisi: strepere faciens sinum aegidis, quod quis tandem sic intelliget, quasi Minerva dicat, se aegide pro velo usam esse? Heathius, postquam ea verba, quae supra exscripsimus, posuit, ita pergit: »Altera vero illa, ῥοιβδοῦσα κόλπον αἰγίδος, hoc tantum exprimunt, nempe deam tanta cum velocitate aëra tranasse, ut ex ipso motus incitatioris impetu strideret aegidis sinus, quod aeque evenisse potuit, sive pedibus, sive curru fuisset usa; nam alis eam non fuisse usam, diserte memoratur.« Atque in hac sententia ego quidem acquiescam potius, quam in illa, quamquam, an non sit omnino apta, dubito. Certe verbi ῥοιβδοῦσα vis activa potius eo ducere videtur, ut Minervam ipsam aegidis strepitum edidisse credamus *). —

---

*) Quae Hermannus praeterea l. c. p. 175 scripsit eo fine,

Vs. 386—390.

Τίνες ποτ᾽ ἐστέ; πᾶσι δ᾽ ἐς κοινὸν λέγω,
βρέτας τε τοὐμὸν τῷδ᾽ ἐφημένῳ ξένῳ,
ὑμᾶς θ᾽ ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει,
οὔτ᾽ ἐν θεαῖσι πρὸς θεῶν ὁρωμέναις,
οὔτ᾽ οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασιν.

Versu 389 vulgatam explicationem retinuit Muellerus: »weder unter den Göttinnen, welche von den Göttern gesehen werden,« de postremis verbis haec addens: dies fügt sie aus weiser Mässigung hinzu, indem es auch dämonische Wesen gab, die das Auge der Olympier zu erblicken sich scheute. Quae sententia haud immerito Hermanno minus apta videbatur. Praeterea equidem, cur in altero sententiae membro structura variata sit a poeta, nullam idoneam caussam video, sed ita fecisse illum nego et pernego. Wellauerus, quamquam recepta Stanleji emendatione ὁρωμένας sensum facilem fieri fatetur, tamen etiam vulgatam scriptionem explicari posse putans, sic vertit de graeco in latinum: neque illis similes estis, quae inter Deas a Diis conspiciuntur, quam verborum constructionem Fritzschius tum tantummodo locum habere posse censet, quum eas, quae conspiciantur, non tam deas ipsas, quam v. c. heroinas esse, statuere liceat. At hoc non omnino opus est. Habet tamen aliud quid illa verborum structura, quod vix placeat, dico eam rationem, qua vocabulum ὁρωμέναις cepit Wellauerus, et crediderim, poetam, si tale quid voluisset, ὁρωμένοις scripturum fuisse, voce ad μορφώμασιν relata. Praeterea Fritzschius existimat, non fore necessarium, ut ὁρωμέναις mutetur, si praepositio ἐν apte remota fuerit in hunc modum: ὑμᾶς θ᾽ ὁμοίας οὐδενὶ σπαρ-

---

ut currum Minervae equis junctum in scenam productum non esse ostenderet: »Der geflügelte Wagen im Prometheus und der vierfüssige Vogel in eben diesem Stücke konnten recht wohl aus der Luft herabgelassen werden: aber ein Wagen mit nachgemachten Pferden möchte doch einen sehr unbeholfenen Anblick gegeben haben, und wäre doch immer eine viel umständlichere Vorstellung gewesen, als die Sache bedurfte« — quum, quantum valeant, facile appareat, judicio lectorum relinquo taxanda. —

τῶν γένει, οὔτ' αὖ θεαῖσι πρὸς θεῶν ὁρωμένας (αις), οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασιν. Probabilius erat: οὔτ' οὖν θ.. Particula οὖν quam facile in ἐν transire potuerit, insigni exemplo docet ed. Ald., in qua οὔτ' ἐν exaratum est versu seq., et dicas offendisse librarios in duplici οὖν, quod tamen putaverim non injuria a poeta profectum credi posse, quum Choeph. Vs. 672 sq. bis scriptum inveniatur:

εἴτ' οὖν κομίζειν δόξα νικήσει φίλων,
εἴτ' οὖν μέτοικον εἰς τὸ πᾶν ἀείξενον
θάπτειν.

Hermannus acquiescit in emendatione Stanleji, quam ego et ipse amplecterer, nisi persuasum haberem, sedem mendi alibi quaerendam esse. Quis enim non viderit, quantopere frigeant verba πρὸς θεῶν, quamcumque quis aut explicandi aut emendandi rationem sequi velit? Quo incommodo, quamquam minus, tamen laborat etiam correctio Stanleji. Praeterea e postremo versu, ubi universe de humanis figuris, non de femineis, sermo est, speciose aliquis collegerit, poetam etiam eo versu, quem illi opposuit, universe de diis, non de solis deabus, dixisse; cui quidem rei non esse nimium tribuendum, probe sentio. Quid multa? Aut omnia me fallunt, aut poeta scripserat:

οὔτ' οὖν θέαισι πρὸς θεῶν ὁρωμέναις.

Quae sententia ad verbum de graecis expressa ita se habet: neque adspectibus, qui a diis ostenduntur (se ostendunt). Persentiscisne, quam accurate hic versus sic restitutus sequenti oppositus sit, quum jam non solum universae sententiae, sed etiam singula verba θέαισι et μορφώμασιν sibi respondeant ad amussim? Vocabulum θέα non modo actionem spectandi, ut perperam existimat Augustus Matthiae adnot. ad Eurip. Hippol. Vs. 803, verum etiam id quod spectatur et sub visum cadit, spectaculum, figuram significat. Cfr. modo Aeschyl. Prom. Vinct Vs. 241; Eurip. Hippol. Vs. 825 (809), Iphig. Aulid. Vs. 1588 (1564 Mtth.), ne plura exempla afferam. Porro verbum ὁρᾶσθαι apud Atticos scriptores non solum passivo sensu usurpatum reperiri, sed etiam ita, ut, pariter ac φαίνεσθαι, significet ostendi, satis constat. De usu praepositionis πρὸς taceo. —

Pergit Minerva:

Vs. 391 sq.

Λέγειν δ' ἄμομφον ὄντα τοὺς πέλας κακῶς,
πρόσω δικαίων, ἠδ' ἀποστατεῖ θέμις.

Codices, excepto Rob., habent ἄμορφον ὄντα τοὺς πέλας. Mireris, editores fere omnes locum corrigere voluisse. Minerva, quae modo Furias ad externam formam respiciens, nulli satorum generi similes cett. appellaverat, hoc loco, cur, quamvis deformes sint, tamen ea, quae modo dixerat, sic protulerit, ut illis ob deformitatem non maledixerit, universali hac sententia: conviciari ei, qui deformis est, proximos, injustum, probat. Nec opus est ideo scribere τὸν πέλας, ut quidam fecerunt. Nam τοὺς πέλας accusativus est subjecti, quem vocant, ἄμορφον ὄντα objecti. Refert autem nihil, quod ille altero, hic priore loco positus est. Ἄμορφον etiam scholiastes scriptum repperit, sed sanequam mire explicuit: ἄμορφος οὖσα οὐ δυνήσῃ με ἐφ' οἷς εἶπον ἀντιρέξαι. —

Vs. 393 sq.

Πεύσῃ τὰ πάντα συντόμως, Διὸς κόρη.
Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα.
Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὕπαι κεκλήμεθα.

Versu secundo libri porrigunt: αἰανῆ (Ald. αἰεινῆ), quae scriptio etiam scholiastae ante oculos fuit, explicanti: σκοτεινά, ἢ θρηνητικα καὶ αἰάζειν ποιοῦντα; et retinenda videtur, quamquam cod. Farn., Tzetzes adnot. ad Lycophron. Vs. 72, Eudocia Viol. p. 151 αἰανῆς praebent, cum qua scriptione conferri potest quod Insania apud Eurip. Herc. Fur. Vs. 834 (814 Mtth.) appellatur: Νυκτὸς κελαινῆς ἀνυμέναιε παρθένε. Libri veteres et manu scripti et typis expressi apud Aeschylum unam tantum formam αἰανῆς porrigunt; apud Sophoclem variat scriptura, quamquam praestantissimus unus Laurentianus utroque loco αἰανῆς praebet; dubium tamen, sitne priore loco, Ajac. Vs. 672, scriptio αἰανῆς praeferenda, ut pridem Lobeckius, nuper etiam Fritzschius voluerunt. Grammatici utramque formam agnoscunt. Cfr. Hermanni adnot. ad locum Ajacis et praeterea de vi vocabulorum, quae Blomfieldus congessit adnot. ad Aesch. Pers. Vs. 932. Inter-

pretantur, Stanlejus: »aeternae filiae«, Muellerus: »graue Töchter«, Fritzschius: »die dunkeln, schwarzen Töchter«. Mihi Muellerus proxime ad verum accessisse videtur, qui verba αἰανῆ τέκνα significare credam: graves filiae, quidquid obloquitur Fritzschius. Nam cur eas, quae se Diras vocari haud dubitant profiteri, illud sibi epitheton aptissimum tribuisse, verisimilitudinem excedat?

Versu postremo ed. Ald. habet ἐνοίκοις. Medium fere tenet, quod apud Rob. reperitur: ἐν οἴκοις. Sed vulgata scriptio haud dubie praestat. —

Vs. 406 et 407.

ΑΘΗΝΑ.

Δυοῖν παρόντοιν, ἥμισυς λόγου πάρα.

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

Ἀλλ' ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἄν, οὐ δοῦναι θέλει.

Ad priorem versum scholiastes haec adscripsit:

Μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

Cfr. Aristoph. Vesp. Vs. 725 sq.:

Ἦπου σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκεν, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,
οὐκ ἂν δικάσαις.

Ubi scholiastes eundum illum versum citavit, sed addita particula ἂν post πρίν. Notamus quasi praetereuntes, ex illo Aristophanis loco consequi, de auctore, dicti celeberrimi ne Comici quidem temporibus constitisse.

De altero versu nuperrime maxima lis orta est inter viros doctos. Adeas quae disputaverunt Mueller. ad Eumenidas p. 159 et in appendice p. 43 sq.; Herm. cens. l. c. p. 188 sq.; Fritzsch. cens. p. 38—41 et in append. p. 48 sq.. Hermannus et Fritzschius, ut olim jam Stanlejus, verba ad ritus curiae Areopagiticae censent referenda esse et Furias διωμοσίαν illam, cujus Demosthenes in Aristocrat. §. 67, 8, B. (p. 642 R.) et Lysias in Theomnest. I, 11, 7, B. (p. 351 sq. R.) mentionem faciant, intelligere. At prorsus non liquet, quomodo jam hoc loco de Areopago cogitari possit. Quin, ne de judicio quidem sermo est, quod ut exercere velit Furiae demum Vs. 411 orant Minervam:

Ἀλλ' ἐξέλεγχε, κρῖνε δ' εὐθεῖαν δίκην.

Cfr. etiam responsio deae, sic ob conditionem illam praeter exspectationem ipsi latam alloquentis Furias Vs. 412:

Ἦ κἄπ' ἐμοὶ τρέποιτ' ἂν αἰτίας τέλος;

Et verissime Muellerus append. l. c. monuit, non posse hoc loco cogitari nisi de conditione extra ordinem lata, quippe quam solam respuere licuisset Minervae. Is igitur multo melius, Furias *πρόκλησιν εἰς ὅρκον* in mente habere, statuit. Sed cum hoc viro docto, praeceptore meo, mihi nec de singulis verbis convenit, nec de universa sententia, nec denique ea probo, quae de ea, quam Athenienses *ἀνάκρισιν* vocabant, posuit. — Crediderim equidem, si ita capienda sint verba, ut vulgo fit, necesse esse, ut *θέλει* in *θέλοι* mutetur, ut visum est Schuetzio et Fritzschio. Quae, quantumvis facilis, tamen correctio est, nec ea, opinor, necessaria. Praeterea Minerva superiore versu Furias de facinoris ab Oreste perpetrati indole et ratione tacere jusserat. Ergo, si jam conditionem ferunt eam, ut aut sibi liceat de illa re jusjurandum ferre aut Oresti id officium demandetur, contra faciunt, quam Minerva voluerat, denuo arrogantes sibi, si jusjurandum ipsis concessum fuerit, de re sententiam ferre. Potius quae hoc versu ponuntur talia sint oportet, quibus Orestes ipse solus de facinoris ab ipso perpetrati sive justitia sive injustitia exponere jubeatur. Qua re videndum, ne praestet versum sic interpretari: s e d j u r i s j u r a n d i c o n d i t i o n e m a n o b i s l a t a m v i x a c c e p e r i t O r e s t e s, j u r a r e e n i m n o n p o t e s t. Jam nec opus est, ut vocabulum *θέλει* mutetur, et nexus sententiarum omni vitio caret. Favet huic explicationi etiam asyndeti usus notissimus. Jusjurandum intelligitur hoc: utrum sufficientem caedis caussam habuerit Orestes, an minus. Spectat enim hic locus ad Vs. 404 et 405, non ad Vs. 403. Similiter statuisse jam Wellauerum video, sed is minus dilucide et apte postrema verba sic in latinum convertit: e a m c o n d i t i o n e m s i b i a t e o b l a t a m, u t j u r e t, v i x a c c e p e r i t, j u s j u r a n d u m e n i m p r a e s t a r e n o n v u l t. *Θέλειν* hoc loco eandem fere vim habet, quam *δύνασθαι*, ut saepius, imprimis ubi adjecta est negatio, etiam apud scriptores Atticos. Vide adnot. ad Gregor. Cor. p. 135, ed. Schaefer.

Verba οὐ θέλει ironice dicta sunt, qualis color huic locutioni etiam alibi subest. — Explicationem versus a Muellero propositam jam scholiastes fere occupaverat: ἀλλ' ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἄν) μὴ πρότεινε αὐτῷ ὅρκον, καὶ διὰ τοῦτο θέλε νικᾶν. Οὕτως, φησί, φανερόν ἐστι τὸ κατ' αὐτόν, ὡς μήτε αὐτὸν δύνασθαι ὀμόσαι, ὅτι οὐκ ἐστὶ τοιοῦτος, μήτε θέλειν ἡμᾶς ὅρκον αἰτῆσαι, εἰ δικαίως αὐτὸν κολάζομεν. Disputavit de hoc eodem loco et de iis, quae sequuntur, etiam E. A. Ahrens in commentatione critica de quibusdam locis Sophoclis et Aeschyli jam semel memorata, p. 29, sed ita, ut mihi quidem minime satisfecerit. —

Versum 408 quum corruptum edi pro certo habeam, tamen quomodo emendandus sit, nondum video. —

Vs. 413.

Πῶς δ' οὔ; σέβουσαί γ' ἀξίαν τ' ἐπ' ἀξίων.

Codices plurimi: ἀξίαν τ' ἐπαξίων, Reg. L. ἀξίαν τ' ἐ παξίων. Illud ex Rob. recepit Wellauerus, positum censens scilicet pro ἀξίαν ἐπ' ἀξίων τε. In loco emendando plures iniri possunt viae, sed eae hanc ipsam ob caussam lubricae. Editor Aeschyli Glasguensis scripsit: ἀξίαν ἐπαξίων, probatum Schwenckio et Fritzschio, Hermannus nuperrime: ἀξίαν γ' ἐπαξίων. Quae sanequam faciles sunt emendationes, at tamen dubiae. In particula γὲ repetita nollem quidem offendisset Fritzschius, de qua re vide quos citavit Pflugkius adnot. ad Eurip. Med. Vs. 867. Inspiciamus scholion: ἐπαξίων) ἀξίων οὖσαν γονέων. Ex his verbis colligendum videtur, grammaticum non habuisse prae oculis ἐπαξίων, sed ἀξίων, et falsum lemma praefixum esse. Hac igitur in re liber, quo utebatur scholiastes, consentiebat cum codice Rob.. Contra ἐπ' non potest in libro scholiastae scriptum fuisse; sed optionem dari censeas inter ἀπ' ἀξ. et ἐξ ἀξίων. At quid tum fiet de vocula τ'? Aut expellenda esset, aut reponenendum: κἀπ' ἀξ. vel κἀξ ἀξίων. Neque enim flocci facienda est Wellaueri sententia, sic scribentis: »Schol. legisse videtur ἀξίαν τ' ἀπ' ἀξίων, quod neque ipsum absonum est.« An scholiastam existimabimus scriptum repperisse: ἀξίαν τὴν ἀξίων? Quam quidem scriptionem nos non ut ille, sed potius ita interpretaremur:

dignitatem dignorum. Verbum substantivum ἀξία, quamquam non apud Aeschylum, at apud Euripidem tamen reperitur. Difficilis est conjectura veritatis; tribuendum autem meo judicio aliquantum scholiastae in loco emendando, quum scriptura librorum aperte corrupta sit, illum vero aliud quid ante oculos habuisse pateat. —

Vs. 421 sqq.

Ἄνασσ' Ἀθάνα, πρῶτον ἐκ τῶν ὑστέρων
τῶν σῶν ἐπῶν μέλημ' ἀφαιρήσω μέγα.
Οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχει μύσος
πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ τὸ σὸν ἐφεζομένη βρέτας.

Hoc loco quum solum vocobulum *ἐφεζομένη* in mendo cubare crederetur, verissime Fritzschius etiam *ἔχει* in suspicionem vocavit, append. p. 50 sq. Quod enim vulgo verba *οὐδ' ἔχει μύσος πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ* vertunt: neque haeret piaculum in manu mea, ferri nullo modo potest. Non patrocinantur dictioni loci, quos Fritzschius aliquo modo in comparationem vocari posse dicit, Agam. Vs. 183 ac Vs. 705 et Aristoph. Ran. Vs. 793, nec ii, quos citant Blomfield. Gloss. ad Septem c. Theb. Vs. 99, Neuius ad Sophocl. Ajac. Vs. 320, Elmslej. ad Eurip. Bacch. Vs. 89, qui quidem omnino non est audiendus. Verum enim vero quod Fritzchius hunc locum procul dubio sic scribendum contendit;

Οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχειν μύσος
πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ, τὸ σὸν ἐφέζομαι βρέτας —,

in eo vereor ut quemquam inveniat ipsius in partes discedentem. Illud quidem assentior Fritzschio, errasse Buttmannum, gr. Gr. T. II, p. 153 negantem, antiquiores scriptores Graecos usurpasse praesens *καθέζομαι* — notaverat errorem Buttmanni jam Poppo comment. ad Thucyd. P. III, V. I, p. 612 —; sed minime probo alterum viri docti placitum hocce. Infinitivum *ἔχειν* enim pendere ait ex verbis *τὸ σὸν ἐφέζομαι βρέτας*; subtiliorem hunc censens esse Atticorum scriptorum usum, et verba illa ab ipso reficta de graecis sic convertit in patrium sermonem: »nicht bin ich ein Ungesühnter und nicht sitze ich an deinem Bilde (klagend), dass ich Blutschuld an meiner Hand habe.« Quam in rem aptissime censet conferri posse hos locos: Aristo-

phanis: Equitt. Vs. 1270 sqq. et Thesmoph. Vs. 948 sqq.; quos nihil ejusmodi probare, videbit, qui accuratius inspexerit. Equidem putaverim, Aeschylum hoc voluisse:

Οὐκ εἰμὶ προςτρόπαιος, οὐδ' ἐπεὶ μύσος
πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ, τὸ σὸν ἐφεζόμην βρέτας.

Verbum ἐφεζόμην librorum scriptionibus ἐφεζομένη et ἐφεζομένῃ etiam proprius est, quam ἐφέζομαι. Dixerat Orestes, se non ideo, quod piaculo contaminata esset ipsius manus, h. e. eo fine, ut expiaretur, ad aram deae consedisse. — Pergit Orestes:

Vs. 426 sqq.

Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος,
ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλου βοτοῦ.
Πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερώμεθα
οἴκοισι, καὶ βοτοῖσι, καὶ ῥυτοῖς πόροις.

De lege, cujus ab initio hujus loci mentio fit, citavit Stanlejus Eurip. Iphig. in Taur. Vs. 951 ubi cfr. adnot. Barnesii; plura dedit Muellerus comment. ad Eumenidas p. 134. Cfr. etiam Aeschyl. fragm. 133 ed. Schuetz. Ex hac eadem lege nescia an explicandum sit, quod demum ἐπεὶ τὰ νομιζόμενα ἐποίησε ὁ Κροῖσος, ἐπυνθάνετο, ὁκόθεν τε καὶ τίς εἴη (ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος καὶ οὐ καθαρὸς χεῖρας ἐών), ut Herodotus refert L. I, C. 35. — De porcellis ad expiandum lustrandumque adhibitis deque ritu, quo id fiebat, cfr. Vs. 273, Eustath. p. 1183, 19 et imprimis locus Aeschyli ibi allegatus atque Apollon. Rhod. Argon. IV, 704 sqq., quibus testimoniis jam notis alia addunt Stanlej., adnot. ad Vs. 283 (273 Well.), et Mueller. l. c. p. 146.

Vs. 429 Muellerus verba πρὸς ἄλλοις οἴκοις sic germanica facit: »vor Andrer Wohnungen;« sic enim dicere Orestem, quoniam ii, qui piaculo contaminati sint, aedibus deorum atque hominum excludantur, cfr. adnot. ad Eumenidas p. 150, quo de infra paucis dicemus; idem verba ταῦτ' ἀφιερώμεθα interpretatur: »so bin ich gesühnt.« Sed si statueris, ταῦτα significare hoc modo, ita, redundabunt verba καὶ βοτοῖσιν. Inspiciamus tamen scholion ad versum 430 adscriptum: οἴκοισι) καὶ εἰς οἶκον εἰςῆλθον

καὶ ὑδάτων μετέλαβον. Apparet quidem, scholiastam argumentum versus explicare, non verborum quodque simili verbo exprimere; sed hoc tamen statim in oculos cadit, eum minime legisse vocabula *καὶ βοτοῖσι.* Neque enim liquet, qui factum sit, ut eorum, quum tamen reliquorum verborum habuerit rationem, nullam omnino interpretationem attulerit. Praeterea non potest esse dubium cuivis accuratius attendenti ad illud scholiastae: *καὶ εἰς οἶκον εἰςῆλθον*, quin hic non junxerit vocem *οἴκοισι* cum superioribus verbis; sed probabile est, eum in exemplari suo aliquam particulam copulativam invenisse, ideoque *οἴκοισι* ad *ἄλλοις* trahere non potuisse. Quonam igitur modo locum scriptum habebat? Hoc opinor:

Πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ᾽ ἀφιερώμεθα,
οἴκοισι κἀςβατοῖσι aut *οἴκοισί τ᾽ εἰςβατοῖσι,*
καὶ ῥυτοῖς πόροις.

Jam igitur, si probes illud *οἴκοισί τ᾽ εἰςβατοῖσι, ταῦτα* spectat ad superiores versus et sufficit ad id significandum, quod in vulgata lectione designatur voce *βοτοῖσιν.* Verba *πρὸς ἄλλοις* eodem et modo et sensu posita sunt hoc loco, atque supra Vs. 230, de quo vide quae diximus p. 53. Itaque locutio *οἴκοισιν εἰςβατοῖσιν* hunc sensum fundere possit: »eo, quod nobis licebat aedes ingredi.« Et hanc quidem ego de universo hoc loco sententiam tuebar, quum ea scribebam, quae supra p. 52 sqq. adnotata reperiuntur. Simili modo quum supra p. 54 verba *οἴκοισι καὶ πορεύμασιν βροτῶν,* quae sunt Vs. 230, capi posse censebamus, auscultabamus Muellero, qui in appendice p. 16 de Vs. 229 haec scripserat: — »dass aber ein Gereinigter, wenn er sich viel in andern Häusern und auf der Strasse des Volks herumgetrieben, dadurch noch unschädlicher werde, ist ein ächter Gedanke des Griechischen Alterthums.« Quae sententia si vera sit, quidni credas, hoc loco Orestem, quum semel purgatus esset, accessu ad aedes et consuetudine cum hominibus etiam puriorem redditum, iis rebus expurgatum dici posse? Sed negavit jam Hermannus in censura, p. 46, illam Muelleri sententiam veram esse, et vereor, ea ne nullum fundum habeat, nisi locos Aeschyleos, qui sunt Vs. 274 sq. et imprimis Vs. 229 sq.

Et ille quidem locus omnino nihil probat; hunc

et a reliquis interpretibus ad unum omnibus false intellectum esse contendimus, neque vero a nobis ipsis supra p. 52 sqq. non recte tractatum diffitemur.

De quo jam accipe haecce. Vocabulum ἀμβλὺν plurimi interpretes sic ceperunt, ut Schuetzius supra citatus et ante hunc jam Heathius. Wakefieldus: »ἀμβλὺν, languidum et imbellem; ut solent esse ab insanis agitationibus quiescentes.« Sed nescio an praestet cogitare de Oreste erroribus assiduis defatigato. Ita verbum etiam loco Euripideo, quem attulimus, capiendum est. Etiam minus placet ea, quam de verbo προςτετριμμένον proposuimus sententiam. Id quidem apparet, non posse verbum προςτρίβεσθαι hoc loco ea significatione adhibitum esse, quam vulgo habere solet, sive illa passiva, sive activa; sed proxime a vero aberat scholiastes, qui scripserat: προςτετριμμένον) κατ' αὐτῶν ἐπελθόντα. Pariter jam Stanlejus interpretatus erat: »sed jam languidum, incussum aliis aedibus« cett. Quamquam non omnino accurata est scholiastis interpretatio, quandoquidem poeta addidit praepositionem πρός; sic enim dictio προςτρίβεσθαι πρὸς ἄλλοισιν οἴκοις ad verbum nihil significare potest, nisi: morari apud alias aedes sive immorari in aliis aedibus, ut proxime accedat ad illud: χρηστηρίοις ἐν τοῖςδε τρίβεσθαι, quod legitur supra Vs. 186. Potuerunt autem haec verba sic intellecta eatenus bene opponi verbis οὐ προςτρόπαιον οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα, quatenus Orestes, dum dicit, se jam in aliis aedibus immoratum fuisse, ea ipsa professione in hac quidem cogitationum serie nihil dicit, nisi: se jam antea expiatum esse. Verbum ἀμβλὺν autem nihil significat, nisi: Orestem non primam Minervam adire, sed, priusquam ad eam venerit, huc illuc vagasse. An sic tamen praestabit Vs. 229 et Vs. 230 ita sibi inter se oppositos credere, ut verbis οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα respondeant haec: ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη atque vocis ἀμβλὺν usus sit is, de quo exposuit Schuetzius; et ad vocabula οὐ προςτρόπαιον referatur dictio: ἀλλὰ προςτετριμμένον πρὸς ἄλλοισιν οἴκοις? Cfr. locus, qui legitur inde a Vs. 272 usque ad Vs. 275. Sed haec hactenus. Jam vero verbis πρὸς ἄλλοισιν οἴκοις, ut vulgo, junctis, quid fiet de vocabulis καὶ πορεύμασιν βροτῶν? Construenda sunt

cum iis, quae sequuntur, et delendum interpunctionis signum, quod vulgo collocatur post βροτῶν. Adscribam versus rectius interpunctos:

Ἄνασσ' Ἀθάνα, Λοξίου κελεύσμασιν
ἥκω, — δέχου δὲ πευμενῶς ἀλάστορα,
οὐ προστρόπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα,
ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη, προστετριμμένον τε πρὸς
ἄλλοισιν οἴκοις, — καὶ πορεύμασιν βροτῶν
ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν, κ. τ. λ.

Sic et ante praepositionem πρὸς et imprimis post eam oratio est incisa — id quod supra postulabamus, ut illa in fine versus ferri posset —, ac simul satisfactum Hermanno in versu 231 nullo vinculo cum superioribus verbis colligato offendenti, quamquam hanc solam neque nunc existimo idoneam fore mutandi caussam.

Hactenus de hoc loco. Apparet, in eo, sic accepto illius, quam Muellerus opinionem apud veteres Graecos obtinuisse scripsit, nec volam inesse nec vestigium. Redeo jam, unde digressus sum. Ergo sequitur vel hac ratione, non esse id ab hoc poeta profectum, quidquid erat, quod a scholiasta Vs. 430 pro verbis καὶ βοτοῖσιν lectum esse supra augurati sumus. Alias rationes, cur ita statuamus, afferre supersedemus. Nec universus ille locus aliter, quam vulgo editur, a poeta scriptus est; sed singula verba adhuc non omnino recte intellecta sunt ab interpretibus. Vocabula ταῦτ' ἀφιερώμεθα non significant: ita, hoc modo expurgati sumus, sed pronomen illud referendum est ad verba: ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον, hoc sensu: de hoc (i. e. de silentio, iis imposito, qui piaculum commiserunt) expurgati sumus; de qua verborum syntaxi satis nota, cfr., si tanti est, quae Klausenius congessit adnot. ad Choeph. Vs. 63 sq., p. 92. De vi et usu verbi ἀφιεροῦσθαι vid. Lobeckii adnot. ad Phrynich. p. 192. Verba πρὸς ἄλλοις οἴκοισι vulgo interpretantur: »in aliis aedibus.« Sic etiam Doederlinus in adnot. ad Sophocl. Oed. Col. Vs. 10, ubi illum praepositionis πρὸς usum exemplis comprobavit, de quo cfr. sis etiam Erfurdtii adnot. Ms. ad Sophocl. Trachin. Vs. 370 ed. Herm. et quae Ruedigerus adnotavit ad Demosth. orat. in Philipp. I, 9, 3. Reperitur is etiam hujus fabulae Vs. 229 ex ea interpretatione, quam paullo supra

protulimus. Contra Muellerus quomodo verba accipienda censeret, jam supra p. 89 rettulimus; cogitabat autem vir summus sine dubio pro: vor scribere: bei, h. e. extra; sed quam rationem attulit, cur ita statuendum esset, ei cave nimium tribuas. Esse enim illum, quem Muellerus dicit, morem non semper observatum, ne locum Homericum, qui est Iliad. XXIV, 482, hic, ubi de Aeschylo agitur, in censum vocem, quippe eorum memor, quae scivit Lobeckius Aglaoph. p. 301, docet vel locus Euripidis, qui legitur Iphig. Taur. inde ab Vs. 947 (916 Mtth.). Quin, adeo moris fuisse, ut ii, qui ab aliquo expiari cuperent, ejus quem hac prece adibant, et domum intrarent et ad focum considerent, liquido apparet ex iis, quae apud Herodotum I, 35 et Apollonium Rhod. IV, Vs. 691 sqq. scripta reperiuntur, notatque scholiastes ad locum Homeri modo citatum. Interim nec ego verba, de quibus sermo est, si accurate agendum sit, non censeo sic interpretanda, ut Orestes non tam »in aliis aedibus«, quam proxime eas expiatus fingatur. Cur ita statuam, comparatis iis, quae supra p. 60 sq. disputavimus de loco et de tempore, quo piatus ab Apolline esset Orestes, apparebit, si significavero, id quod alibi demonstrabo, Orestem apud hunc poetam ab uno solo Apolline neque ullo alio loco, nisi Delphis, fingi expiatum. Verbis ῥυτοῖς πόροις per se aqua tam marina quam fluvialis et fontana significari potest, tribus enim hisce veteres utebantur ad expiandum et expurgandum, sed non stagnantibus aquis, vide quae congesserunt Barnesius adnot. ad Euripid. Iphig. Taur. Vs. 1193, Jacobs. Animadverss. in Epigr. Anthol. Gr. Vol. III, P. II, p. 11, Heinichen. ad Euseb. Histor. Eccles. VII, 21, adn. 11, atque ii, ad quos provocarunt; cfr. etiam Lobeck. Aglaoph. p. 967 sqq. et Mueller. l. c. p. 146 sq.

Ceterum quod hoc loco Orestes dicit, se jam dudum expurgatum esse, eo non hoc sibi vult, se jam etiam puriorem esse, quam statim post purgationem institutam. Cujus ego rei testes locupletes desidero, nec puto adesse posse. Supra, Vs. 272 sqq., Orestes ita sermocinatur:

Ποταίνιον γὰρ ὂν (μίασμα) πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ
Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις·

πολὺς δέ μοι γένοιτ' ἂν ἐξ ἀρχῆς λόγος
ὅσοις προσῆλθον ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ.
Χρόνος καθαιρεῖ πάντα γηράσκων ὁμοῦ.

Cui loco quum Muellerus l. c. p. 150 hanc scribebat subesse sententiam, »dass, ausser den Sühnungen und dem Menschenverkehr, die Länge der Zeit selbst schon allen Makel von Orestes genommen haben soll«, a vero plane aberrabat. Haec enim, si omnino dicere poetae licuisset, certe eo modo, quo nunc putandus esset, haudquaquam poterat verbis exprimere. Verissime Hermannus loco antea, p. 61, citato in postremo versu offendit, quippe qui sententiam contineat minime huc pertinentem nec ullo vinculo contineatur cum superioribus verbis. Quare eum aut ab interprete aliquo in margine adscriptum temere in verborum complexionem illatum censet, aut falso credit loco positum esse, aut denique conjicit, aliquid ante ipsum excidisse, quo apte cum superioribus verbis conjunctus fuerit; si transponendus sit versus, aptissimum ei locum fore statim post Vs. 269. Assentior viro clarissimo, et ita quidem, ut id, quod primo loco posuit, unice verum esse contendam. Librarius, qui versum in margine libri sui adscripsit, verbis, quae sunt Vss. 274 et 275, eam subesse cogitationem censebat, quam ferri non posse in limine hujus adnotationis significavimus. Versus illi non novam continent rationem, qui Orestes purus evaserit, sed probatur iis, hunc revera purum esse. —

Vs. 437—439.

— ἀλλά νιν κελαινόφρων ἐμὴ
μήτηρ κατέκτα, ποικίλοις ἀγρεύμασιν
κρύψασα· λουτρῶν ἐξεμαρτύρει φόνον.

Versu postremo libri mscr. λουτρῶν praebent, quod etiam scholiastes prae oculis habuit, sic scribens: λουτρῶν ἐξεμαρτύρει) ἐκήρυττε τὸν διὰ τῆς ἐπιχύσεως τῶν λουτρῶν γενόμενον αὐτῷ φόνον. Λέγεται γὰρ μετὰ τὸ φονεῦσαι γυμνὸν ἐξαγαγεῖν καὶ δεῖξαι τοῖς πολίταις. Cfr. Agam. Vs. 1345 sqq., praecipue Vs. 1357 sqq. Inepte quidem. Illud tanquam varia lectio affertur a Stephano, quam statim elucet correctori deberi. Verba asyndeta maximopere displicent. Dictio λουτρῶν φόνον imprimis commendatur ab hisce similiter dictis: μέμνησο λουτρῶν οἷς ἐνοσφίσθης, Choeph. Vs. 484,

λουτροδάϊκτος ὤλετο, ib. Vs. 1067. Quid multa? Egregie Hermannus reposuit in Opusc. T. IV, p. 339:

κρύψασ', ἃ λουτρῶν ἐξεμαρτύρει φόνον,

coll. Choeph. Vs. 1005 sq.:

Ἔδρασεν ἢ οὐκ ἔδρασε· μαρτυρεῖ δέ μοι
φᾶρος τόδ', ὡς ἔβαψεν Αἰγίσθου ξίφος.

De ratione caedis deque veste, qua irretitus fuerat Agamemno, cfr. Agamemn. Vs. 1097 sq., 1355 sqq., 1562 sq.; Choeph. Vs. 975 sqq., 992 sqq.; Eumen. Vs. 601 sqq.; Eurip. Orest. Vs. 25 et schol. ad Vs. 15; schol. ad Eurip. Hecub. Vs. 1276 Barn.; schol. ad Homer. Il. I, 7; Lycophr. Alexandr. Vs. 1099 sqq. et 1375, et schol.; Philostr. Imagg. II, 10; Senec. Agam. Vs. 879 sqq. Both.—

Vs. 446.

Σύ τ', εἰ δικαίως, εἴτε μή, κρῖνον.

Particula τ' aperte corrupta. Quare vulgo rectius scribitur: σὺ δ', εἰ δικαίως cett. Wellauerus: σύ γ', εἰ δ. Cui correctioni haud scio an praestet haecce: σύ τοι, δικαίως, εἴτε μή, κρῖνον. Priore loco εἴτε omissum, ut Agam. Vs. 1376 et Choeph. Vs. 988, correcto ab Hermanno. Certe Blomfieldi decretum, adnot. ad Sept. c. Theb. Vs. 220 censentis, voces σύ τοι nunquam nisi cum indicativo construi, non moror. —

Vs. 448—467.

Τὸ πρᾶγμα μεῖζον εἴτις οἴεται τόδε
βροτὸς δικάζειν· οὐδὲ μὴν ἐμοὶ θέμις
φόνου διαιρεῖν ὀξυμηνίτου δίκας.
Ἄλλως τε καὶ σὺ μὲν κατηρτυκὼς ὅμως
ἱκέτης προςῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις·
ὅμως δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει.
Αὗται δ' ἔχουσι μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον,
καὶ μὴ τυχοῦσαι πράγματος νικηφόρου
χώρᾳ μεταῦθις ἰὸς ἐκ φρονημάτων
πέδῳ πεσὼν ἄφερτος αἰανὴς νόσος.
Τοιαῦτα μὲν τάδ' ἐστὶν ἀμφότερα μένειν,
πέμπειν δὲ δυςπήματ' ἀμηχάνως ἐμοί.
Ἐπεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε,
φόνων δικαστὰς ὁρκίων αἱρουμένους
θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.
Ὑμεῖς δὲ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια
καλεῖσθ', ἀρωγὰ τῆς δίκης θ' ὁρκώματα.

Κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
ἥξω, διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ' ἐτητύμως,
ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν.

Locus in paucis difficilis, quum et sententiarum nexus quibusdam videatur turbatus nec ullum insit comma, quod vitio prorsus careat.

Et prima statim verba sine dubio corruptelam traxerunt. Offenderunt plurimi viri docti in verbis *εἴ τις*, pro quibus post Pearsonem *ἤ τις* scribi coeptum. Sic nuperrime etiam Fritzschius, notans, quod facile est intellectu, *δικάζειν* pendere ex vocabulo *μεῖζον*. Sed ita aperte inepte positum est *τόδε* nec eo modo opposita haec sententia sequenti, quem quivis viderit necessarium esse. Illud *εἴ τις* etiam scholiastes scriptum reperiebat: *εἴ τις οἴεται) εἴ τις οἴεται τὸ πρᾶγμα τόδε βροτὸς δικάζειν, μεῖζον ἢ κατὰ ἀνθρώπους οἴεται. Ἐμοὶ δὲ περὶ φόνων δικάζειν οὐχ ὅσιον.*

Nihilominus tamen patet, non posse Minervam id dicere, quod quidem ex iis volunt, qui nihil mutandum esse censent: »caussa haec nimis gravis, si quis mortalis eam se dijudicare posse putat;« quae verba sunt Wellaueri. Nam hoc si credidisset dea, quo tandem modo mortalibus infra judicandi negotium mandare potuisset? Schwenckius ad verbum *μεῖζον* e sequentibus cogitatione repetit: *ἤ τις οἴεται*, et ipse tenendam censens librorum mscr. scriptionem. Sed etiam in hac minus bene se habet vocabulum *τόδε* ad verbum *τὸ πρᾶγμα* relatum. Possis id quidem etiam ad Vs. 446 sq. referre velle. Tum verba *τὸ πρᾶγμα* quid sibi velint, explicari dicas sequ. commate: *εἰ — δικάζειν*, et sic librorum mscr. scriptionem defendendam esse. At ea contortior est interpretatio et parum apta. Apud Robortellum in adnot. scholiastae modo allegata pro *βροτὸς* scribitur *βροτούς*. Quod si genuinum est, sequitur, hanc variam scriptionem fuisse in libro scholiastae. Eam tamen haudquaquam dixerim ipsam a poeta profectam esse. Videtur mihi vulgatae lectionis et facillima ad sensum et aptissima haec esse mutatio:

Τὸ πρᾶγμα μεῖζον, ἤ τις οἴεται, τόδε
βροτοῖς δικάζειν.

Quae sequuntur et ipsa perperam exhibentur in libris et scriptis et impressis. Habent codices omnes *φόνους*,

non *φόνου*, quod apud solum reperitur Robortellum. Illud legit etiam scholiastes, ut videre est cum e fine glossae supra citatae, tum ex hacce: *ὀξυμηνίτους δίκας*) *φόνους ἐφ' οἷς ταχέως μηνίσουσιν Ἐριννύες*, ubi lemma aperte mutandum in *φόνους ὀξυμηνίτους*. Unde simul apparet, eundem repperisse in exemplari suo: *ὀξυμηνίτους*, quod Stanl., Herm., Schnetz., Butler., Fritzsch. verum esse intellexerunt et cum vocabulo *δίκας* construendum. Jam universus locus sic legendus est:

οὐδὲ μὴν ἐμοὶ θέμις
φόνους διαιρεῖν ὀξυμηνίτους δίκας.

Διαιρεῖν in fabula nostra praeter hunc locum de eadem re bis reperitur usurpatum, Vs. 466: *διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ' ἐτητύμως* et Vs. 600: *διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι.* Cum dictione *φόνους διαιρεῖν ὀξυμηνίτους δίκας* cfr. Suppl. Vs. 227 sq.:

Κἀκεῖ δικάζει τἀμπλακήμαθ', ὡς λόγος,
Ζεὺς ἄλλος ἐν καμοῦσιν ὑστάτας δίκας.

Versu 451 aperto mendo laborat dictio *κατηρτυκὼς ὅμως*. Scholiastes: *κατηρτυκώς*) *τέλειος τὴν ἡλικίαν· τοῦτο δὲ ἀπὸ τῶν ζώων.* Sed haec solemnis vocabuli significatio quid hoc loco sibi velit omnino non liquet. Hesychius: *Κατηρτυκώς, τελειώσας.* Wellauerus: »facilius ferrem, si quis *κατηρτυκὼς ὅμως* verteret: quamquam perfecisti caedem.« Henricus Vossius verbum interpretatus est: vorsätzlich. Utrumque ineptum. Vulgo *κατηρτυκὼς* sonare putant: supplex probe instructus, rite adornatus, quae verba sunt Wakefieldi. Nec potest negari, ejusmodi significationis locutionem in hunc locum solam videri quadrare; verumtamen haud apparet, quomodo ea uni vocabulo *κατηρτυκὼς* inesse possit. Quae quum ita sint, non potest dubium esse, quin vox *ὅμως* labem traxerit. Sunt ejus variae propositae correctiones, nec ulla tamen, in qua acquiescere liceat. Aperte vocabulum reponendum erit, quod a verbo *κατηρτυκὼς* pendeat, et simul cum hoc dictionem efficiat eum sensum fundentem, quem modo diximus solum ad hunc locum aptum esse. Nec dubito, quin poeta scripserit:

Ἄλλως τε καὶ σὺ μὲν κατηρτυκὼς νόμους
ἱκέτης προσῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις.

Vox *νόμους* quam facile in *ὅμως* transire potuerit,

quia prima ejus litera simillima erat postremae vocabuli praecedentis, in propatulo situm est. *Κατηρτυκὼς νόμους* valet: ritibus perfunctus, ὁ τελειώσας πάντα τὰ νομιζόμενα, ut Abreschius explicat solum vocabulum κατηρτυκώς.

Versu 456 libri mscr. habent: χῶραι μετ' αὖτις, Reg. L., χῶραι μετ' αὖθις, Med. Guelph. (sed in Med. apud Weig. est χῶροι), χῶραιμε τ' αὖθις ed. Ald. Robort. . Hinc Wellauerus, ductus scholiastae verbis: τυχοῦσαι, ἀντὶ τοῦ τυχουσῶν, feliciter extricavit hocce: χώρᾳ μεταῦθις cett.; cfr. infra Vs. 750 sqq. et 777 sqq. . Interim mirum est, quod omnes codices mscr. syllabam χῶ- circumflexam exhibent. Talis quidem ea ipsa esse non potest, at dicas sequentem fuisse atque de hac accentus signum casu in illam translatum esse. Quaesiverim scilicet, an poeta dederit: χωρεῖ cett.; cfr. nostra ad Vs. 796. Et jam video, etiam a Fritzschio in appendice p. 76, ubi locum nostrum forte citat, sic scribi, nescio utrum de industria, an errore vel memoriae vel typothetae.

E versibus 458 et 459 alter meo judicio sanus est nec nisi explicatione eget, alter corruptus, id quod vel sola metri ratio docet. De illo infra dicemus, ubi sententiarum nexus universi loci explicabitur; hunc scholiastes sic interpretatus est: πέμπειν αὐτὰς ἀμηνίτως, δυςχερές ἐστιν ἐμοί. Apparet facile, verba δυςχερές ἐστιν ἐμοὶ non pertinere nisi ad vocabula ἀμηχάνως ἐμοί. Scholiastes igitur ante ἀμηχάνως interpungendum esse statuebat, et vocabulum, quod pro δυςπήματ' in libro suo habebat, ad verbum πέμπειν trahendum. Nam repperisse eum in illo aliam lectionem, quam vulgatam, abunde apparet ex interpretamento ἀμηνίτως, quo nullo modo poterat vocem δυςπήματ' declarare velle. Jam qui reputaverit, quam saepe grammatici verba a vocula δυς- composita idem tradant valere, quod eadem, si ἀ- privativum, quod vocant, praefixum habeant, verisimillimum nobiscum ducet, scholiastae vocabulum, quod quaeritur, explicanti voce ἀμηνίτως nihil aliud lectum fuisse, quam δυςμήνιτ', quum praesertim notum sit, literas μ et π crebro confusas esse, et tertia syllaba -ματ', si hoc semel factum esset, facile ex illo -νιτ' oriri potuerit. Sic postquam diu statueram scholiastae confisus, vidi

δυςμήνιτ' etiam in margine Askew. scriptum esse, id quod miror a Wellauero omnino non monitum. Ceterum vix opus est, ut notemus, poetam ipsum nec tribuisse verbo δυςμήνιτ' eandem, quam scholiastes velit, significationem, nec construxisse illud cum πέμπειν, sed arctissime conjunxisse videri vocabula δυςμήνιτ' ἀμηχάνως ἐμοὶ hoc sensu: irae tam gravis caussa et fons mihi est, ut inde nullo consilio expedire me possim. — Alio modo Fritzschius locum sibi visus est sanasse, scribendo nimirum:

πέμπειν τε δυςπέτημ' ἀμηχάνως ἐμοί.

Contendit enim, verbum δυςπέτημα sine dubio scholiastae ante oculos fuisse, qui scribat δυςχερές ἐστιν ἐμοί, quoniam veteres grammatici adjectivi verbi δυςπετὴς interpretamentum notius vocabulum δυςχερὴς ponere soleant, v. c. Hesychius: Δυςπετές, δυςχερές, et schol. ad Soph. Aj. Vs. 1033: δυςπετὴς — ἤγουν ὁ δυςχερής. Idem vocabulum ἀμηνίτως, quod apud scholiastam reperiatur, non explicationi inservire censet, sed correctionem esse critici alicujus Alexandrini, cui haud male vulgata lectio ἀμηχάνως displicuerit. Ego praeterquam quod hanc conjecturam nimis audacem esse existimo et in dictione: δυςπέτημ' ἀμηχάνως ἐμοί, »es ist für mich schwierig, so dass ich mir nicht zu rathen weiss,« offendo, dubitaverim, num substantivum verbum δυςπέτημα jam ab Aeschylo usurpatum sit. Etiam ἀμήχανον ab Hesychio redditur δυςχερές.

Sequitur locus magno opere tentatus, Vs. 460 sqq. . De quo dignus est, qui audiatur, Fritzschius in appendice p. 55 sic judicans: »Ich zweifele jetzt, ob diese Stelle, die ich früher mit den meisten Kritiker(n) für verfälscht hielt, irgend einer Aenderung bedürfe. Δικαστὰς — αἱρουμένους kann nicht auffallen, indem Athene wirklich die besten athenischen Bürger zu Richtern auswählte nach V. 465 κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα. — Aber auch φόνων δικαστὰς ὁρκίων Richter über Mord den Eidschwüre erhärten (vgl. über diesen Gebrauch von ὅρκιος die Note von Abresch) lässt sich rechtfertigen. Denn es bezieht sich diese Benennung auf die V. 407 erwähnte Diomosie oder den Doppeleid, welchen die Parteien vor dem Areopage gewöhnlich leisteten. Da nun jene Diomosie vor andern Gerichten nicht in dieser Weise

Statt fand, so sind die Areopagiten durch den Ausdruck Richter über Mord, der beschworen werden muss, unzweideutig bezeichnet. Der Artikel τὸν hinter θεσμὸν ist durchaus attisch und so zu erklären: als Stiftung, als eine Stiftung für ewige Zeiten.« Ac de postremis quidem verbis prorsus facio cum viro docto; improbo vero, quae de locutione φόνων ὁρκίων disputata sunt. Versum 407 negavimus supra ad διωμοσίαν referendum esse. Quaeras autem, quo jure Minerva hoc loco φόνων ὁρκίων dicere potuerit, eo sensu, quem Fritzschius dictionis esse voluit, et infra partes sic compellare:

Ὑμεῖς δὲ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια
καλεῖσθ', ἀρωγὰ τῆς δίκης θ' ὁρκώματα,

quae supra versu 410 ita loquuta fuerit:

ὅρκοις τὰ μὴ δίκαια μὴ νικᾶν λέγω.

Omnino dea, opinor, nisi sibi contradicere vellet, ad jusjurandum in Areopago a partibus dari solitum ne verbo quidem alludere debebat. Et profecto infra, ubi res ipsa agitur, illius nulla prorsus mentio fit. Quod neutiquam sic est a poeta institutum, quia actum ante oculos spectatorum non decuisset, ut Fritzschius putat aliquo loco. Proferuntur quidem μαρτύρια et τεκμήρια, at nusquam ὁρκώματα. Contra mox Minerva de judicibus verba faciens innuit, hosce jurejurando obligatos esse, vid. Vs. 467:

ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν,

quae verba nonnisi in fine corrupta suo loco emendabuntur; cfr. etiam Vs. 591, 650, 680. Quare vocabulum ὁρκίων non pertinere ad φόνων probabilis conjectura est. Et talem in modum verba construebat scholiastes, teste hac glossa: φόνων δικαστὰς ὁρκίων) οἷον ἐνόρκους δικαστὰς ἐγὼ θήσω. Scripserat poeta quod vulgo legitur:

φόνων δικαστὰς ὁρκίων αἱρουμένους
θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον,

jungens voces ὁρκ. αἱρ. hoc sensu: dato jurejurando obligatos. Nec opus, mutatione haud ita difficili ὁρκίοις scribere, cfr. Eur. Hippol. Vs. 652. Matth.: ὅρκοις ᾑρέθην.

Versus 464 in libris mscr. sic habetur:

Καλεῖσθ' ἀρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα,

nisi quod apud Robortellum pro καλεῖσθ' exaratum

est: καλεῖσθ'. Quam lectionem Fritzschius servandam censuit, interpunctionis signo, quod comma vocant, post verbum καλεῖσθ' posito, ut sequentia appositionem efficiant ad praecedentia: μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια, haec notans in censura p. 45: »Zeugnisse und Beweise werden sehr poetisch ἀρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα genannt, d. h. Eidschwüre, die das Recht unterstützen. Der Schwur bekräftigt die Wahrheit, so bekräftigt auch das Zeugniss und der Beweis. Auch mussten die Zeugen ebenfalls schwören, wie die Beweise bringenden Parteien.« Eodem modo verba ceperat Vossius: »Ihr aber Zeugniss' und Beweise ruft anjetzt || Heran, des Rechts Beistände durch Eidkräftigung.« Contra scholiastes quum scribebat: ὑμεῖς δὲ μαρτύρια) ὑμεῖς δὲ ὅρκους αὐτὸν αἰτήσατε, verba μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια ad ὁρκώματα apposita statuebat. Illam explicandi rationem possis etiam sic intelligere velle, ut Minerva hac in caussa testimonia et documenta jurisjurandi vices tenere dicat. Nec tamen inutile fuerit, hoc monuisse. Notum est principio eadem vocabula esse ὅρκος et ἕρκος. Quid igitur, si hoc loco ὁρκώματα dicamus quasi ἑρκώματα valere? Sic Noster in Sept. contra Theb. Vs. 328 usus est forma ὁρκάνη pro ἑρκάνη et alibi ὁρκοῦρος dicitur pro ἕρκουρος. Convenit tali vocis notioni egregie adjectum verbum ἀρωγά. Nomina exitum in -ωμα habentia in deliciis fuerunt tragicis et praecipue Aeschylo, ac sunt nonnulla, quae uno solummodo loco inveniantur ab ipsis, puto, demum ficta. Vide de iis Schwenck. ad schol. in Eumen. V. 774, p. 87, not. ***) et Theodor. Bergk. in Zimmermanni diariis, a. 1835, № 35, p. 315 et № 119, p. 955.

Maximis difficultatibus obnoxia sunt postrema verba, quae jam sequuntur inde a versu 465. Aperte corruptus ultimus versus; sed quaeritur, num hic solus labem traxerit, id quod vulgo putant. Ὅρκον περᾶν non potest significare nisi: jusjurandum transgredi, violare. Scholiastes vero: ὅρκον περῶντας) ὅρκον διδόντας. Unde Hermannus conjecit, homini lectum fuisse: ὅρκον πορόντας, quam genuinam esse poetae manum censet. Nec ausim equidem cum Muellero dubitare, num is ita potuerit scribere; ὅρκια πορεῖν bis reperitur apud Apollonium Rhodium.

Quod vero affirmat Hermannus, aperte *πορόντας* legisse scholiasten, confidentius quam verius dictum videtur. Quid enim prohibet, quominus eum explicatione illa respicere putemus phrasin *ὅρκον φέροντας*, qua uti potuisse Nostrum mea sententia satis demonstrat usitatissimum vocabulum *ὁρκωφόρος*? Et dicas hanc opinionem eo esse verisimiliorem, quod etiam scholiastes in glossa praesens adhibuerit, non aoristum. Sed, ut fatear quod sentio, forsan omnino non opus est, ut hunc aliam, quam librorum mscr. lectionem deprehendisse in exemplari suo statuamus. Cogites modo, dictionem *ὅρκον περᾶν* insolentiorem esse, et istam verborum interpretationem sponte quasi homini in mentem venire debuisse, quum contraria, quid sibi velit, nisi cetera vocabula mutata fuerint, omnino non liqueat, haec vero non sit, cur aliter a grammatico lecta fuisse credamus, quam vulgo exhibeantur. Quamquam hac quidem de re certo judicari nequit. Sed etiamsi scholiastes sive *πορόντας* sive *φέροντας* legerit pro *περῶντας*, non sequitur, ut haec verior sit, quam librorum mscr. omnium lectio, quum praesertim ea difficilior sit, quam id, quod scholiastae ante oculos fuisse possit. Si versu 465 verbum *ἥξω* retineas, non licebit, opinor, verba *διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ᾽ ἐτητύμως* nisi de Minerva dicta intelligere, vel saltem simul de hac et de judicibus. Jam vero eadem supra Vs. 449 sq. de se prorsus contrarie locuta est. Quare oriri debet suspicio, vocem *ἥξω* corruptam esse. Et scripserat poeta procul dubio:

Κρίνασα δ᾽ ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
εἴρξω, διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ᾽ ἐτητύμως,
ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φράσαι.

Verte: Secretis vero civium meorum optimis, arcebo, sic ut vere dirimant hanc caussam, ne jurejurando violato injusti quid proferant. Construe: *εἴρξω* (sc. *ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα*) *ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φράσαι*, (*ὥςτε*) *διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ᾽ ἐτητύμως*. De dictione *εἴρξω, ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φράσαι*, eo sensu, quem modo vertendo expressi, usurpata, non opus seorsim dicere. *Φράσαι* jam Pears., Casaub., Stanl. placuit. Haec emendatio sanequam facilis quantum valeat infra demum prorsus apparebit. Vide ad Vs. 650 sqq..

Haec de singulis versibus praemittere placuit. Superest, ut alia tangamus ad nexum sententiarum spectantia. Nimirum praeter locos modo tractatos maximae viris doctis offensioni fuit versus 453, quippe qui sententiam contineat ad illum locum minime quadrantem, qua de re aut mutandum censebant, aut transponendum. Sed audiamus de hac re viros doctos, qui nuperrime de nostra fabula scripserunt, ipsos.

Hermannus igitur in censura l. l. p. 76 sic statuit: »Jetzt kann Pallas noch nicht sagen, dass sie den Orest aufnehme. Vielmehr führt sie erst bloss die Gründe an, warum sie nicht dürfe über den Mord richten. Diese sind erstens, dass Orestes schon gereinigt ist, und zweitens, dass der Zorn der Furien zu befürchten steht. Wellauer sah daher ganz richtig, dass Vs. 453 gar nicht hierher gehört: er irrte aber, indem er ihn nach Vs. 457 gesetzt wissen wollte. Denn auch dahin gehört er noch nicht, weil Pallas Vs. 458 u. 459 nur die Gründe warum die Aufnahme bedenklich sey wiederholt. Betrachtet man nun Vs. 460—462, — betrachtet man nicht bloss diese Stelle, sondern auch die Absicht und den Zusammenhang der ganzen Rede, so ergiebt sich mit Aenderung eines einzigen Buchstabens in der von den Büchern gegebenen Lesart ein klarer, richtig ausgedrückter und durch die Sache selbst geforderter Sinn, der zugleich zeigt, wohin Vs. 453 zu setzen sey:

ἐπεὶ τὸ (δὲ) πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε,
ὅμως ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει·
φόνων δικαστὰς ὁρκιῶ δ' αἱρουμένους
θεσμόν, τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.«

Fritzschius: »Orestes hat die Göttin gebeten den Streit auf gerichtlichem Wege zu entscheiden (Vs. 446). Athene antwortet, dieser Process unterliege grossen Schwierigkeiten und ihr selbst sei es nicht erlaubt diesen Process zu schlichten. In welcher Verlegenheit sich Orestes befinde und zwar zunächst in Bezug auf Orestes drücken die drei folgenden Verse aus. Orestes ist schon gesühnt, hat sich als Schutzflehender an Athene mit der Bitte gewendet, ihn in ihrer Stadt aufzunehmen. Hiernach scheint es, dass Orestes nicht gut zurückgewiesen werden könne. Aber auch die Eumeniden können schwerlich

weggeschickt werden: denn geschieht diess oder bekommen sie in dem Processe Unrecht, so bringen sie nichts als Unheil über das Land Vs. 454—457. Diese Betrachtungen lassen hiernächst die Athene befürchten, dass die Eumeniden vielleicht weder als Besiegte dableiben, noch weniger aber sogleich fortgesendet werden dürfen Vs. 458 u. 459. Bisher waren nur die entgegengesetzten Bedenklichkeiten ausgesprochen worden. Athene wollte so wenig den reinen Schützling im Stiche lassen, als den Zorn der Furien durch Wegsendung oder Verurtheilung erregen. Jetzt erst Vs. 460 fasst die Athene einen Beschluss. Da nun einmal diese grossen Schwierigkeiten eingetreten sind, so will ich für ewige Zeiten ein Blutgericht niedersetzen. Wenn nun also Athene erst Vs. 460 zu einem Entschlusse kommt, der als solcher auf unverkennbare Weise eingeleitet wird *'Επεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε* —, so ist es rein unmöglich, dass dieselbe Athene schon vorher Vs. 453 einen Entschluss fassen und sagen kann »dennoch aber erwähle ich dich den Untadelhaften für meine Stadt.« Sic ille in appendice p. 53, faciens fere cum Hermanno, cum de sententiarum nexu in universum, tum de versu 453. Sed quum ei transpositio ab Hermanno commendata nimis audax videatur, versum illum potius, ex parte Tyrwhittum sequens, mutandum censet in hunc modum:

ὅπως ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει,

omnino negans, pro *αἱροῦμαι*, quod scilicet sit futurum Atticum, substituendum esse conjunctivum *αἱρῶμαι*.

Muellerus contra in appendice p. 20 versui pristinum locum vindicare studuit his verbis: »Ich behaupte dass der Gedanke der Pallas: *ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι*, grade an die Stelle gehört, wo ihn die Handschriften haben. Pallas richtet sich zuerst an Orestes (*σὺ μὲν*), von dem sie erfahren hat, dass er gesühnt, also kein *ἐναγὴς* mehr sei, und doppeltes Anrecht auf schützende Aufnahme habe; sie erwählt ihn entschieden zur Aufnahme in die Stadt. Aber auch die Erinnyen (*αὗται δὲ*) können ihrer Würde wegen nicht so leicht entfernt werden; wenn ihnen aber Orestes nicht ausgeliefert wird, werden sie gegen das Land ergrimmen. So bringt Bleiben und Wegsenden (der Erinnyen nämlich), Beides in grosse

Bedrängniss, jenes weil dann Orest nicht geschützt werden kann, dies aus dem eben angegebenen Grunde. Darum beschliesst Athena, beide zunächst zu behalten und durch ein von ihr eingesetztes Blutgericht ihre Ansprüche zu schlichten.« Idem tamen et ipse mutatione opus esse censuerat hacce:

ὁσίως ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει,

quam explicuit ad Eumenidas p. 135, not. 12.

Putavimus haec fusius proponenda esse, ut varias recentiorum interpretum de loco difficillimo opiniones uno in conspectu videre liceat. Wellaueri conjecturam supra commemoratam vides ab Hermanno. Burgessius versum 453 ante versum 451 ponendum credebat. Alii illum eo, quem tenebat, loco relinquebant, sed verbis ὅμως δ' vario modo mutatis.

Nos videamus, quemnam verba, ut vulgo legantur, sensum fundere possint. Negat igitur Minerva, sibi fas esse, in caedis actione judicium ferre, idque cum aliis de caussis, tum quia Orestes ritibus perfunctus purus et innoxius supplex ad aedes suas venerit. Quaeritur, cur hanc ob caussam Minervae non fas sit rem dijudicare. Putat Schuetzius: quia dea sic »studiose magis, quam juste agere videretur, si Orestem supplicem ipsius judicio absolvere vellet;« Hermannus atque alii: quia Orestes jam expurgatus sit. At, quaeso, si ob hanc caussam se ipsam judicium de Oreste habere nefas putabat, quomodo illo hominibus permisso credere poterat, hos rem non nefariam acturos esse de homine jam puro necdum reo judicantes? Praeterea in hac sententia primaria notio haec est: *praesertim quia tu supplex ad me venisti*, nec vero ea, quam Hermannus vult, quae potius secundum locum tenet. Quare probabilior est Schuetzii ratio, quam sic velim compleas, ut Minerva simul hoc innuat: mihi non fas est, de caede tali judicium ferre, cum in universum, tum quia evenire possit, ut te, qui supplex meus es, et quidem purus atque innoxius, condemnare debeam, ac sic meum auxilium, quod tibi utpote supplici praestandum est, detrahere. Jam dea addit illa verba:

ὅμως δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει.

Vertunt vulgo: *nihilo secius te opprobrio liberum in urbe recipio.* Quod quum quomodo

verbis *αἱροῦμαι πόλει* significari possit, non appareat, Wellauerus dativum *πόλει* cum *ἄμομφον ὄντα* jungendum dicit, et ex genuina verbi *αἱροῦμαι* vi sensum esse: »nihilominus te, in quo nihil reprehensionis est, urbi eligo prae Furiis, qui maneas.« Fritzschius ita vertit: »dennoch erwähle ich dich den Untadelhaften für meine Stadt.« De reliquis eodem fere modo quo scholiastes et plurimi interpretes statuens Schuetzius verba *ἄμομφον ὄντα* sic cepit: »judicii a me constituti calculo si insons apparueris.« At omnino patet, Minervam nec hoc loco nec postea in hac oratione dicere posse, se Orestem urbe sive civium in numerum recipere; hoc enim nec expetierat Orestes, nec ipsa infra facit, nec denique apte prolatum censeas eo in loco, ubi nonnisi de judicio habendo sermo sit. Et multo minus id quod Wellauerus vertendo expressit aut ad hunc locum quadrat aut infra poni poterat. Neque enim Minerva Orestem urbi eligit prae Furiis, qui maneat, sed potius Orestes, judicio habito, abit, Furiae remanent. Sin vero illud: »eligo prae Furiis qui maneat,« de eo intelligere velis, quod Minerva Orestem ad judicium admittere malit, quam Furias, sensu omni cassa est dictio, quia, si judicium habebatur, id ad utramque partem simul spectabat. Heathius versum sic latinum fecit: nihilominus tamen velim, ut nihil habeat urbs mea quod tibi imputet. Et apparet, eum aut alio etiam loco corruptum esse, aut diversum prorsus in modum vertendum. Mihi igitur verba hunc sensum fundere videntur: nihilominus tamen cupio, ut irreprehensus redditus, h. e. judicio absolutus, concilieris urbi. Utrumque infra revera evenire videmus, Vs. 722 sq. et 732 sqq.; cfr. etiam verba Apollinis Vs. 639 sqq. . Sed, pergit Minerva, hae (sc. Furiae) non facile placari possunt et nisi victoriam consecutae fuerint, manat venenum, terrae maxime exitiosum. Jam summam dictorum efficit: talia haec est utraque manere, h. e. si tu judicio absolutus fueris, urbi conciliaberis, sed tum vicissim Furiae irascentur et maximam terrae calamitatem afferent, additque: repellere vero haec (nempe judicio detrectato), sibi non licere, quoniam ea re gravissimam sibi et supplicis

sui et Furiarum iram contractura sit. Quandoquidem igitur res huc pervenerit, quum hominibus difficilius sit, quam quis putaverit, rem dijudicare, ipsa vero dea de caede, praesertim in hac caussa, judicium habere non possit, optimis civibus suis jurejurando obligatis negotium hoc se mandare velle, sic tamen, ut ob rei difficultatem judicium habendum ipsa moderetur. — Sic Minerva Vs. 453 nullum dum consilium capit, sed demum Vs. 460 sq., et meo judicio sententiarum nexus optime procedit, nec tamen opus est, ut aut transponatur quidquam, aut mutetur, quarum rerum neutram viris doctis feliciter cessisse arbitror. —

Vs. 468—470.

Νῦν καταστροφαὶ νέων θεσμίων,
εἰ κρατήσει δίκα τε καὶ βλάβα
τοῦδε μητροκτόνου.

Versu secundo libri mscr. habent: *δίκα καὶ βλάβα.* Particulam *τε* metri caussa inseruit Heathius, quem sequuti sunt recentiores editores fere omnes. Licebit tamen etiam quaerere, an voluerit poeta: *δίκας κακὰ βλάβα.* Cum dictione *κρατεῖν δίκας* cfr. infra Vs. 689: *μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης* et Vs. 699: *οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος.* —

Vs. 476—483.

Οὔτε γὰρ βροτοσκόπων μαινάδων
τῶνδ' ἐφέρψει κότος τις ἐργμάτων·
πάντ' ἐφήσω μόρον.
Πεύσεται δ' ἄλλος ἄλλοθεν προφω-
νῶν τὰ τῶν πέλας κακά,
λῆξιν ὑπόδοσίν τε μόχθων
ἄκεά τ' οὐ βέβαια· τλά-
μων δὲ μάταν παρηγορεῖ.

Versu primo quod Fritzschius reponi jussit *οὐδὲ γὰρ* pro *οὔτε γὰρ* probarem, nisi potius hujus loci eam esse rationem putarem, ut verba *πάντ' ἐφήσω μόρον* sint *διὰ μέσου,* atque illud *οὔτε* spectet ad voculam *δ'* post *πεύσεται,* plane ut Pers. Vs. 644 sq., et

sola particula γὰρ sententiam connectat cum praecedente.

Quae sequuntur non uno modo tentata sunt a viris doctis. Vocabulum ὑπόδοσιν jam Heathius proscripsit, ut ignotum lexicographis, et Hermannus dicit recentiorum esse ac solutae orationis scriptorum. Reposuit autem Heathius ὑπόδυσιν, probatum Hermanno. Praeterea postremus versus, in quo codices mscr. omnes post δὲ exhibent τις, non satis respondet strophico:

σιν, μετά τ' αὖθις ἐν χρόνῳ,

quae quidem lectio et languet, nec nisi in una ed. Ald. reperitur, ceteri enim libri mscr. pro μετά τ' αὖθις aut μὲν αὖθις praebent aut μεταῦθις. Hoc probato Hermannus in antistropha sic scribendum censet:

πεύσεται δ' ἄλλος ἄλλοθεν, προφω-
νῶν τὰ τῶν πέλας κακά,
λῆξιν ὑπόδυσίν τε μόχθων
ἄκεα τ'. οὐ βέβαια τλά-
μων δέ τις παρηγορεῖ.

Μάταν enim esse interpretamentum verborum οὐ βέβαια. Fritzschius duos postremos versus magis poetice ita legi putat:

Ἄκεα δ' οὐ βέβαια τλά-
μων μάταν παρηγορεῖ.

»Aber der Arme (Befragte) tröstet vergebens mit nicht sicherem Mittel der Rettung.« Idem vocabulum ὑπόδοσιν retinendum esse arbitratur, quod etiam scholiastae prae oculis fuisse videatur. Contra Hermannus affirmat, hunc ὑπόδυσιν legisse, sed falso explicuisse verbo διαδοχήν. Quod viri doctissimi judicium non possum non mirari. Sed uterque errat. Nam scholiastes sic scribens: πεύσεται δ' ἄλλος) ἀεὶ τὰ ἀλλήλων ἀκούσονται καὶ οὐ γίνεται κακῶν ἀνάπαυσις — quum πεύσεται verterit: comperiet, neque vero: sciscitabitur, non potest aut ὑπόδοσιν aut ὑπόδυσιν ante oculos habuisse, nec voci λῆξιν eam vim tribuisse, quam solent. Sed legebat is aperte: ἐπίδοσιν, et λῆξιν non a λήγειν derivabat, verum a λαγχάνειν. Quae igitur scriptura vera videtur esse. Nam vulgatam nec ego putaverim ab Aeschylo profectam. Tum vero emendatio loci ab Hermanno proposita sponte concidit. Et profecto mirum esset, si is, qui verbum μά-

ται tanquam interpretamentum adjecisset, Dorica dialecto usus fuisset. Fritzschius verba δέ τις e sequentibus: Μηδέ τις cett. originem traxisse putat. Mihi omnis antistrophici versus correctio nimis incerta videtur, quum non liqueat, an non potius vitium lateat in stropha, in qua sola lectionum varietas deprehenditur. Retineo igitur vulgatam et scripturam et interpungendi rationem, ne id quidem necessarium judicans, ut cum Muellero, quamvis id satis aptum foret, ἄκεα δ' οὐ cett. scribatur. Ἐπίδοσις est accessio, incrementum, et bene potuit a scholiasta voce διαδοχὴ illustrari. Locum jam Stanlejus, quamquam verbo ὑπόδοσιν non mutato, sic vertit: »Audiet enim alius aliunde, proferens proximorum aerumnas, initium et successionem laborum.« —

Vs. 492—499.

Ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ
καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον
δειμανεῖ καθήμενον.
Ξυμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει.
Τίς δὲ μηδὲν ἐν φάει
καρδίας ἀνατρέφων
Ἢ πόλις βροτός θ' ὁμοί-
ως ἔτ' ἂν σέβοι δίκαν;

Locus conclamatus. Libri mscr. versu tertio non δειμανεῖ praebent, sed δειμαίνει. Nonnulli δειμαίνειν hoc loco putabant valere: terrere; cfr. Doederl. ad Sophocl. Oed. Colon. p. 491 sq. . Sic praeter Wellauerum, qui cum Doederlino eadem vi verbum putat Pers. Vs. 592 positum esse, Muellerus. Sed hoc ferri omnino non potest. Egregie Hermannus poetam sic scripsisse conjecit:

ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ,
καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον
δεῖ μένειν καθήμενον.

»Manchmal ist die Furcht gut, und es muss ein Wächter der Seele niedergesetzt bleiben.« Provocat vir celeberrimus ad scholiastam ita explicantem: οὐ πανταχῇ τὸ δεινὸν ἀπεῖναι φρενῶν δεῖ, monetque jam alium virum doctum in eandem sententiam incidisse.

Nec dubitandum, quin δεῖ a grammatico lectum fuerit. Muellerus: »doch bleibt nach meinem Dafürhalten die Erwähnung eines ἐπίσκοπος φρενῶν immer befremdend, da das ganz unpersönliche δεινὸν schwerlich ein ἐπίσκοπος, ein Wächter oder Aufseher genannt werden kann.« Quam objectionem Fritzschius remotum iri putat, si verba sic construxeris: ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν καὶ (τὸ) φρενῶν ἐπίσκοπον εὖ καθήμενον δειμανεῖ (vel potius δεῖ μένειν), cfr. append. p. 59, quod in censura p. 47 ita verterat: »es giebt Fälle, wo die Furcht und die Beherrscherin des Geistes mit Recht dasitzt und zu fürchten macht.« Parum apte. Dicas potius ἐπίσκοπον hic non valere custodem, tutorem, sed altera significatione accipiendum esse, ut infra Vs. 863 et Sophocl. Aj. Vs. 976. Et sic scholiastes statuisse videtur ponens illud: ἀπεῖναι φρενῶν. Sed, ut statim proferam, quod sentio, is locum ita scriptum repperit:

ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εἶ-
ναι φρενῶν ἐπίσκοπον
δεῖ.

Verba ἔσθ' ὅπου explicuit: οὐ πανταχῇ, itaque dictionem εἶναι φρενῶν ἐπίσκοπον non reddere potuit, nisi: ἀπεῖναι φρενῶν, et sic agendo interpretationem suam satis presse applicuit ad verba poetae, qualia nos fuisse censemus. Sed quid tum fiet illo μαινεῖ? Nempe in hoc nihil aliud latet, quam μένει, quod vocabulum ad sequentia trahendum est in hunc modum:

μένει καθήμενον
ξυμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει.

Eodem rettulit etiam scholiastes verbum καθήμενον, ut videre est ex hac glossa: σωφρονεῖν) ὥστε καθήμενον ὑπὸ στένει σωφρονεῖν. Est nostra locum emendandi ratio ea ex parte difficilior, quam ea, quae Hermanno placuit, quod verba εὖ καὶ mutamus in εἶναι, sed haec correctio facillima, et aequat rem, quod vir doctus pro μαινεῖ scribere debet μένειν, nos vero multo facilius acquiescere possumus in voce μένει restituta. Omnino autem diligentius sequuti sumus scholiastae explicationem, quem quovis pignore contenderim idem prorsus in libro suo habuisse. Verte: Est ubi timor directus esse debet ad (tangere debet)

mentem. Animo (violento atque praecipiti) conducit, sapere sedentem sub angustiis.

Quae jam sequuntur praeter necessitatem magno et multo opere tentata sunt a viris doctis. Sunt enim sanissima, modo brevis syllaba addatur ad metra exaequanda, quod jam factum est a Wellauero et Lachmanno, ratione satis probabili ante verbum ἀνατρέφων inserentibus particulam ἄν, quae facillime excidere potuit. Codices mscr. ad unum omnes καρδίαν habent, non καρδίας, quae falsa est correctio; itidem ἐν φάει, quod legit etiam scholiastes et recte sic explicuit: ἐν φάει) λαμπρότητι καὶ ὀρθότητι φρενῶν. Ubi noli e voce φρενῶν concludere, hominem καρδίας scriptum invenisse. Dicit poeta: ecquis vero haudquaquam in luce cor alens, aeque jam justitiam colat? Cor in luce alere est: ita conformare cor, ut purum sit et candidum. Metaphora, qua vox φάος ad animi candorem transfertur, nota. Similiter dictum est Agam. Vs. 749: Δίκα λάμπει et Sophocleum illud: Δίκης ἐξέλαμψ' ἐναίσιον φάος. Pindarus hoc sensu usus est vocabulo ὀφθαλμός, Pyth. V, Vs. 16, ubi vide quae monuerunt Hermannus, Boeckhius, Dissenius (in ed. Goth.). Neque opus erit ad scriptores novi foederis provocare. Contraria metaphora supra Vs. 437 usurpatum vocabulum: κελαινόφρων et Sophocl. Aj. Vs. 955: κελαινώπαν θυμὸν ἐφυβρίζει, quae dictio, explicante Hermanno, valet: κελαινώπαν θυμὸν ἔχει ἐφυβρίζων. Et nostro quoque loco ὁ μηδὲν ἐν φάει καρδίαν ἀνατρέφων est ὁ ὑβρίζων. Plura congessit Lobeck. ad Sophoclis locum modo citatum. Καρδίαν ἀνατρέφων dictum ut fr. 410: Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα, quae verba sunt Aeschyli apud Aristophanem in Ranis. — .

Vs. 500—509.

Μήτ' ἄναρκτον βίον,
μήτε δεσποτούμενον
αἰνέσῃς.
Παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν·
ἄλλ' ἄλλᾳ δ' ἐφορεύει.
Ξύμμετρον δ' ἔπος λέγω·

δυσσεβίας μὲν ὕβρις τέκος ὡς ἐτύμως·
ἐκ δ' ὑγιείας
φρενῶν ὁ πᾶσιν φίλος
καὶ πολύευκτος ὄλβος.

Primus versus quia non satis recte respondet antistrophico:

Ἐς τὸ πᾶν δέ τοι λέγω,

viri docti aut in illo post *ἄναρκτον* inseruerunt *οὖν*, aut ex hoc *δὲ* ejiciendum statuerunt. An Aeschylus pro *ἄναρκτον* dederat *ἀνάρχετον*, ut *ἀπεύχετον*, *ἀτίετον* dixit pro *ἄπευκτον*, *ἄτιτον*? Infra in loco gemello Vs. 666 est *ἄναρχον*. Eadem vocis forma utitur scholiastes sententiam nostram explicans. *Ἄναρκτον* declaratur ab Hesychio.

Versum quintum recte restituit Wellauerus. De verbis *ἀλλ' ἄλλᾳ*, quorum alterum aut non affertur e libris mscr., aut falso loco positum, testatur etiam scholiastes: *ἄλλα) ἄλλα ἀλλῶς ἐφορᾷ ὁ θεός.*

Ad versum septimum hoc adnotavit scholiastes: *τέκος) ὕβριν γεννῶσα.* Scribe: *ὕβριν τοκάς) ὕβριν γεννῶσα.* Veri igitur est simillimum, eum versum totum sic repperisse scriptum:

δυσσεβία μὲν ὕβριν τοκὰς ὡς ἐτύμως. —

Vs. 510—514.

Ἐς τὸ πᾶν δέ τοι λέγω,
βωμὸν αἴδεσαι δίκας·
μηδέ νιν,
κέρδος ἰδών, ἀθέῳ ποδὶ λὰξ ἀτί-
σῃς· ποινὰ γὰρ ἐπέσται.

Primo versu *δέ τοι* habet ed. Ald., *δέ σοι* codd. Reg. L. Guelph. Rob.; *σοι* Wellauero etiam magis placet quam *τοι*. Legitur id item in cod. Med. apud Weigelium, et sane recipiendum videtur.

Mox mira profecto est loquutio: *μηδέ νιν* (sc. *βωμὸν δίκας*) *ἀθέῳ ποδὶ λὰξ ἀτίσῃς.* Sustulerunt tamen eam, quamquam non ferendam visam Stephano aliisque, recentiores editores. Et ille quidem conjecit *πατήσῃς* pro *ἀτίσῃς* scribendum esse, quod, etiamsi in codd. Med. et Reg. L. reperiatur, falsum esse vel metrum arguit. In his libris mscr. in margine scripta

vulgata lectio ἀτίσης, qua de re supra monuimus p. 7. Facile perspicitur, scripturam πατήσης interpretamentum esse genuinae lectionis, quae oportet ut vulgatae externa specie fuerit simillima. Sic non dubium videtur, quin pro ἀτίσης reponendum sit λακίσης, quod et ex illo, postquam Λ ante Α exciderat, facillime originem ducere potuit, et optime explicari voce πατήσης. Hesychius: Λακῆσαι, πατάξαι. Λακίδαι (an λακίδδει forma Dorica pro λακίζει?) βάλλει. Λακίζει, θωπεύει, ῥηγνύει, ῥήσσει. Λακίς, ῥαχάς (ῥαγάς Salmas.), ἐμβολή, cett. Apollon. Rhod. II, Vs. 106: Τὸν μὲν ὑπὸ στέρνοιο, θοῷ ποδὶ λὰξ ἐπορούσας — Πλῆξε. Nota Homerica dictio: λὰξ ποδὶ κινήσας, aliae. Cum nostro loco jam ab aliis apte collatus est Agam. Vs. 372 sqq.: ἀνδρὶ λακτίσαντι μέγαν δίκας βωμόν. —

Vs. 520 sq.

Ἐκ τῶνδ' ἀνάγκας ἄτερ,
δίκαιος ὤν, οὐκ ἄνολβος ἔσται.

Versus prior non recte respondens antistrophico:
καλεῖ δ' ἀκούοντας οὐ-
primum advertit Theodorum Bergkium in Zimmermanni diariis aliquo loco, qui, ni fallor, numeris iisdem restitutis atque sunt apud Sophoclem Oed. Colon. Vs. 698 et 711, ubi prima vocis εὐίππου syllaba non corripiatur, illam rem excusationem habituram esse censuit. Robertus Enger l. l. p. 93 hoc violatae responsionis exemplum inter dubia rettulit. At facile est intellectu, locum sic scribendum esse:
Ἑκὼν δ' ἀνάγκας ἄτερ
δίκαιος ὤν, οὐκ ἄνολβος ἔσται.
Nec liquet, quid hoc loco velit dictio: ἐκ τῶνδ', quam Stanlejus interpretatus est: »porro,« Butlerus: »His rationibus, pietate in parentes, in hospites reverentia, justitia in omnes,« Henr. Vossius: »demnach,« Muellerus: »darnach.« —

Vs. 522—535.

Πανώλεθρος δ' οὔ ποτ' ἂν γένοιτο.

Τὸν ἀντίτολμον δέ φαμι παρβάταν
τὰ πόλλὰ παντόφυρτ᾽ ἄνευ δίκης
βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν,
λαῖφος ὅταν λάβῃ πόνος
θραυομένας κεραίας.
Καλεῖ δ᾽ ἀκούοντας οὐ-
δὲν ἐν μέσᾳ δυςπαλεῖ τε δίνᾳ·
γελᾷ δὲ δαίμων ἐπ᾽ ἀνδρὶ θερμοεργῷ,
τὸν οὔποτ᾽ αὐχοῦντ᾽ ἰδὼν ἀμηχάνοις
δύαις λέπαδνον, οὐδ᾽ ὑπερθέοντ᾽ ἄκραν·
δι᾽ αἰῶνος δὲ τὸν πρὶν ὄλβον
ἕρματι προςβαλὼν δίκας,
ὤλετ᾽ ἄκλαυστος ἄιστος.

Hi versus quum pluribus difficultatibus laborent, ordiamur a gravissimis iisque maxime in oculos cadentibus. Nimirum Vss. 523. 524 et 531. 532, ut in libris mscr. habentur, non satis sibi invicem respondent. Exstant in stropha hae variae lectiones: pro *παρβάταν* apud Ald. Rob. et in cod. Med. Weig. *περαιβάδαν*, pro *παντόφυρτ᾽* in cod. Guelph. et apud Ald. *παντόφυρτον*. In antistropha e codd. mscr. nulla enotata lectionis discrepantia. Tamen is locus omnibus fere editoribus de mendo suspectus fuit. Cujus emendandi haec recentioribus temporibus facta sunt pericula. Blomfieldus in Glossar. ad Pers. Vs. 196 scribi voluit:

Τὸν οὔποτ᾽ αὐχοῦντ᾽ ἰδεῖν ἀμηχάνοις
δύαις λέπαδνον.

Muellerus conjecit:

Τὸν οὔποτ᾽ αὐχοῦντ᾽ ἰδὼν ἀμηχάνως
δῦναι λέπαδνον.

Sed ipse vir clarissimus, quo est sincero veritatis amore, postea, palmam tulisse Hermannum atque Fritzschium, professus est, sic emendantes:

τὸν οὔποτ᾽ αὐχοῦντ᾽ ἰδὼν ἀμηχάνοις δύαις
λαπαδνόν.

Estque profecto fatendum, egregiam hanc correctionem abblandiri cummaxime, quum et facillima sit, et sensum praebeat aptissimum, nec dubitare liceat, quin verbum *λαπαδνὸν* pro *ἀλαπαδνὸν* usurpare potuerit poeta. Jam Hermannus versus strophicos ita legit:

Τὸν ἀντίτολμον δέ φαμι καὶ παραιβάταν
τὰ πολλὰ παντόφυρτ' ἄνευ δίκας
accinente Fritzschio, nisi quod malit scribere:
τὸν ἀντίτολμον δέ φαμι, τὸν παραιβάταν
coll. Vs. 607: *τοῦ παντοσέμνου, τοῦ στρατηλάτου νεῶν.* Vides, opus esse ut, si sola recipiatur illa antistrophici versus emendatio, etiam strophica mutentur.

Scholiastes ad Vs. 530 sq. adnotavit: *γελᾷ, φησίν, ὁ δαίμων ἐπὶ τῷ ἀδίκως πάσχοντι· τὸν μηδέποτε προςδοκήσαντα τιμωρεῖσθαι ἰδὼν ἐν μέσῃ τῇ δύῃ ὑπεζευγμένον καὶ χαλινωθέντα. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ λέπαδνον.* Quorum verborum postrema sane memorabilia sunt adverteruntque Wellauerum, qui »fortasse,« inquit, »Aeschylus adjectivo *λέπαδνος* usus est, schol. enim explicat *ὑπεζευγμένον καὶ χαλινωθέντα.*« Adjectivum esse verbum *λέπαδνον* jam Pavus voluerat: »Non dubito, quin *λέπαδνον* sit adjectivum et adhaerentem significet: id loci indoles suadet, et sermonis analogia suggerit: *λέπας*, concha petris adhaerens, a *λέπος* cortex. Id etiam adjectivum, per se enim nihil significat speciatim, et integra locutio est *κόγχη λέπας*, a *λέπας*, *λεπάζω*, a *λεπάζω*, *λέπαδνος* et *λεπαστός*· *λέπαδνος* qui ita adhaeret, ut sit instar corticis rei cui adhaeret; arctissime adhaerens, junctus: *λέπαδνα δέσμα*, lora, quae et equorum collo arcte cohaerent, et id arcte jungunt jugo. Innumera sunt substantiva, quae adjectiva origine cett.« Haec ille; quae quidem silentio praestabit praeteriisse. At digna tamen res est, in quam diligentius inquiratur. Blomfieldus in glossario ad Persas l. l. verbum substantivum *λέπαδνον*, lorum collare, formatum dicit a *λεπάζω*, decortico. Sed hoc, qua ratione fieri potuerit, haud probat. Laudavit idem de voce testantes: Schol. Venet. ad Hom. Il. *Ε*, 729: *λέπαδνα, πλατεῖς ἱμάντες, οἷς ἀναδεσμοῦνται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν· ὡς κόπτω, κόπανον, λέπω, λέπαδνον*, — Polluc. I, 147: *τὰ ἀπὸ τῶν ῥυμῶν ἀπηρτημένα, τὰ ὑπὸ τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων ἑλιττόμενα, λέπαδνα*, — Hesych.: *Λέπαδνα, ἱμάντες πλατεῖς, οἷς ἀναδέονται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν.* Quaeritur jam, quod etymon sit vocabuli. Qui formam spectaverit accuratius, facile hoc dabit Pavo, *λέπαδνον* principio esse adjectivum et deducendum a verbo *λεπάζω*, prorsus ut *ἀλαπαδνὸν* ab *ἀλαπάζω*.

Sed non statim apparet, quid significet illud λεπάζω. Jam equidem sic statuo. Exstat in lingua Graeca verborum familia, ab una eademque stirpe descendens, cujus variae formae sunt: *ΛΕΠ-*, *ΛΟΠ-*, *ΛΟΒ-*, *ΛΟΦ-*, *ΛΩΠ-*, conspicuae illae in vocabulis λέπω, λοπός, λοβός, λόφος, λώπη. Vid. etiam Passov. Lex. s. v. . Quare juxta vocem λόφος, collum, aliam ejusdem originis ac significationis, sed variatae formae fingere licet, nempe *ΛΕΠΑΣ*, atque hinc derivatum verbum *ΛΕΠΑΖΩ*, in collum sumere, in collo suspendere, plane ut a vocabulo μασχάλη, axilla, deductum est μασχαλίζω, in axillis suspendere, et νωτίζω, in dorsum sumere, in dorso suspendere, a νῶτος, dorsum. Porro de isto verbo *ΛΕΠΑΖΩ* flexum dici potest λέπαδνον, id quod in collum sumptum sive in collo suspensum est, h. e. lorum collare, passiva vi, quae subesse solet hujusmodi adjectivis, ut τὸ νώτισμα sonat id quod in dorsum sumtum est sive in dorso suspensum, quales v. c. sunt alae. Placet autem haec verbi substantivi λέπαδνον originatio etiam ideo magis, quam altera quaedam, quam statuere liceret, nimirum ut *ΛΕΠΑΣ* arctius componendum sit cum λωπάς, λώπη, λῶπος et quodvis velamentum atque integumentum notet, *ΛΕΠΑΖΩ* igitur, ut λωπίζω, sit involvo, velo, quia, etiamsi concedere velles, formam vocabuli λέπαδνον non prohibere, quominus velamentum valere posse statuatur, huic veriloquio nulla inesset colli notatio; quamquam bene scio, esse etiam, qui λέπαδνον tradant non collare lorum, sed pectorale significare vel μασχαλιστῆρα. Sin Blomfieldi rationem sequi malis, τὸ λέπαδνον dicas principio sonare corium et deinceps lorum e corio confectum. Verbum λεπάζω, quod ego sciam, neutra significatione usurpabatur, at huic objectioni non nimium tribuendum censeo. Photius de participio λελεπασμένον hoc habet: πεπεμμένον, οὕτως Στράττις. Apud sequioris aevi scriptores reperitur vox λέπασμα, membrana, tunica. Favet haec quodammodo ei originationis modo, quem post Blomfieldum altero loco posuimus. Quidquid statuas, non apparet, quomodo vocabulum *ΛΕΠΑΔΝΟΝ*, etiamsi hoc loco pro adjectivo habere velis, id significare possit, quod scholiastes re-

fert. Nec tuetur hominis sententiam: Hesychii glossa: Ἀλέπαδνος, ἄζευκτος. Quare non dubium videtur esse, quin grammaticus turpiter erraverit.

Probandum procul dubio λαπαδνόν, egregium Hermanni Fritzschiique inventum.

De reliquis strophae atque antistrophae vitiis aliter sentio, quam hi viri docti. Versu 523 si facillima mutatione παραιβάταν scripseris, ceterae autem omnes nimis violentae sunt, in antistrophico deest brevis syllaba ante vocem ἀμηχάνοις. Inseras igitur ἐν, quam praepositionem recte aliquis apud Fritzschium conjecit scholiastam in libro suo videri repperisse. Praeterea quum versus 524 duabus syllabis brevior sit antistrophico, dicas eas excidisse post vocabulum παντόφυρτ᾽, ejusque rei vestigium quoddam superesse in lectione cod. Guelph. et ed. Ald. παντόφυρτον. Fortassis eo in loco positum erat verbum ἄγαν, cujus posterior syllaba quum a priore sequentis vocis ἄνευ absorpta esset, ἀγ- temere tractum ad antecedens παντόφυρτ᾽ atque ita ortum illud παντόφυρτον.

Versu 530 libri mscr. ad unum omnes praebent: δὲ δαίμων. Turnebus dedit: δ᾽ ὁ δαίμων, et sic reliqui editores praeter Wellauerum et Muellerum. Hujus scribendi rationis adhuc nulla cognita fuit locuples auctoritas. Jam scholiastes in glossa supra citata utitur verbis: Γελᾷ, φησίν, ὁ δαίμων cett., unde quidem per se non sequitur certo, eum δ᾽ ὁ δαίμων legisse. Illi explicationi vulgo praefixum est tanquam lemma vocabulum γελᾷ. Sed apud Robortellum lemma hoc est: Γελᾷ δ᾽ ὁ δαίμων. Qua de re merito contendas, scholiasten invenisse in exemplari suo scriptum: ὁ δαίμων.

In eodem versu codicum mscr. lectionem θερμοεργῷ pro genuina θερμῷ ex interpretamento in verborum perpetuitatem irrepsisse, teste schol. B.: θερμῷ, θερμουργῷ, et libro Farnesiano, in quo θερμῷ legitur cum glossa: ἤγουν θερμοεργῷ, hodie sat constat. Mirum tamen videri possit, quod scholiastes explicat: γελᾷ, φησίν, ὁ δαίμων ἐπὶ τῷ ἀδίκως πάσχοντι. Nec defuerunt, qui postrema verba censerent corrigenda esse. Sed injuria, ut opinor. Scholiastes enim, librorum mscr. lectionem prae oculis habens, vocabu-

lum θερμοεργὸς videtur putasse significare eum, qui injustum laborem habet, quae notio, quamvis hoc loco inepta sit, tamen verbo inesse potest.

De voce ἄιστος disyllaba vide Hermann. Elem. doctr. metr. p. 53 et Bachmann. Adnot. ad Lycophr. Vs. 71; de accentus ratione dixit Hermann. de Bachmanni editione Lycophronis, Opusc. T. V, p. 234.

Denique, ut hoc moneam, recte Fritzschius, et, ut persuasum habeo, Hermannus, post Wakefieldum interpunctionis signis post παραιβάταν et δίκης sublatis, verba τὰ πόλλα cett. a καθήσειν pendere statuerunt. Cum locutione: οὐδ' ὑπερθέοντ' ἄκραν Hermannus comparavit verba Euripidis in Archelao apud Stobaeum XCIV, p. 517, fr. 7 Matth., laudata jam a Schwenckio:

Οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν
δυνάμεσθ':

et Theogn. Vs. 620:

Ἄκρην γὰρ πενίης οὐχ ὑπερεδράμομεν,

ubi quum vulgo πενίην scriberetur, etiam Theodorus Bergkius πενίης reposuit in Zimmermanni diariis, a. 1835, № 39, p. 316 sq., similium locorum haud immemor: —

Vs. 536 sq.

Κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ στρατὸν κατειργάθου.
Ἡ τ' οὖν *** διάτορος Τυρσηνικὴ
σάλπιγξ, βροτείου πνεύματος πληρουμένη,
ὑπέρτονον γῆρυμα φαινέτω στρατῷ.
Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου,
σιγᾶν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμούς,
πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,
καὶ τόνδ', ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

In lacuna, quae est Vs. 537, explenda, nolumus operam et oleum perdere; sed postremi commatis, a criticis magno quidem, neo tamen felici, opere tentati, veram nobis videmur emendandi viam invenisse. Ibi pro τόνδ' vulgo legitur τῶνδ', quod vocabulum etiam scholiastes in codice suo deprehendebat. At sic quum sensus loci turbatus esse videretur, aliis alia tentantibus, Hermannus conjecit τόνδ' scribendum

esse, monens, in cod. Guelph. et ed. Ald. exaratum esse: *τόν,* idemque illud *τόνδ'* Faehsius testatur in cod. Reg. L. reperiri. Verumtamen, etiamsi jam recte sibi opponantur verba *πόλιν τε πᾶσαν* et *καὶ τόνδ',* non liquet, cur juvare dicatur, si Orestes potissimum instituta Minervae ediscat, ad litem bene dijudicandam, aut cur, si tota civitas in omne tempus, quum tamen paucis tantummodo viris judicandi munus mandatum esset. Monet Hermannus, posse etiam legi *τούςδ'.* Sic quidem prior objectio speciose removeri possit, sed manet altera, nisi verba ita intelligas: civitatemque totam, in omne tempus, h. e. ut semper institutis meis uti possit ad lites recte dijudicandas, et hos (sc. Areopagitas), ut de (hac) lite bene cognoscatur, — et, quod gravissimum est, caret ista correctio omni probabilitate. Praeterea velim hoc attendas. Minerva mandat praeconi, ut populi multitudinem coerceat, nam, inquit, repleta hac curia silere praestat et instituta mea perdiscere, — quomodo, quaeso, in hoc sententiarum nexu, id velle potest, ut tota civitas instituta sua ediscat, nec vero soli Areopagitae, qui mox judicantes producuntur, praesertim quum valde mirum sit, quod Minerva, ut tota urbs instituta sua cognoscere possit, populi multitudinem, quae profecto longe maximam totius civitatis partem efficit, coerceri jubet. Nimirum patet, opinor, vocem *πόλιν* in mendo cubare. Scripserat poeta:

> *Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου,*
> *σιγᾶν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς*
> *βουλήν τε πᾶσαν, εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,*
> *καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.*

Jam omnia optime se habent: repleta enim hac curia tacere juvat et ediscere instituta mea consiliumque totum, in perpetuum, h. e., ut semper habeatis, quod sequamini in ejusmodi litibus dijudicandis, et horum (sc. Orestis et Furiarum, non Areopagitarum, ut male scholiastes), ut bene cognoscatur de lite. Vox *βουλὴν* quam facile potuerit in *πόλιν* transire, in aprico est, et *τῶνδε* optimos auctores habet, codicem Mediceum, Robortellum, scholiastam. Ad emendationem nostram confirmandam haud male adhibeas Vs. 667 et 677. —

Nec dubitandum, quin δεῖ a grammatico lectum fuerit. Muellerus: »doch bleibt nach meinem Dafürhalten die Erwähnung eines ἐπίσκοπος φρενῶν immer befremdend, da das ganz unpersönliche δεινὸν schwerlich ein ἐπίσκοπος, ein Wächter oder Aufseher genannt werden kann.« Quam objectionem Fritzschius remotum iri putat, si verba sic construxeris: ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν καὶ (τὸ) φρενῶν ἐπίσκοπον εὖ καθήμενον δειμανεῖ (vel potius δεῖ μένειν), cfr. append. p. 59, quod in censura p. 47 ita verterat: »es giebt Fälle, wo die Furcht und die Beherrscherin des Geistes mit Recht dasitzt und zu fürchten macht.« Parum apte. Dicas potius ἐπίσκοπον hic non valere custodem, tutorem, sed altera significatione accipiendum esse, ut infra Vs. 863 et Sophocl. Aj. Vs. 976. Et sic scholiastes statuisse videtur ponens illud: ἀπεῖναι φρενῶν. Sed, ut statim proferam, quod sentio, is locum ita scriptum repperit:

ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εἶ-
ναι φρενῶν ἐπίσκοπον
δεῖ.

Verba ἔσθ' ὅπου explicuit: οὐ πανταχῇ, itaque dictionem εἶναι φρενῶν ἐπίσκοπον non reddere potuit, nisi: ἀπεῖναι φρενῶν, et sic agendo interpretationem suam satis presse applicuit ad verba poetae, qualia nos fuisse censemus. Sed quid tum fiet illo μαινει? Nempe in hoc nihil aliud latet, quam μένει, quod vocabulum ad sequentia trahendum est in hunc modum:

μένει καθήμενον
ξυμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει.

Eodem rettulit etiam scholiastes verbum καθήμενον, ut videre est ex hac glossa: σωφρονεῖν) ὥστε καθήμενον ὑπὸ στένει σωφρονεῖν. Est nostra locum emendandi ratio ea ex parte difficilior, quam ea, quae Hermanno placuit, quod verba εὖ καὶ mutamus in εἶναι, sed haec correctio facillima, et aequat rem, quod vir doctus pro μαινει scribere debet μένειν, nos vero multo facilius acquiescere possumus in voce μένει restituta. Omnino autem diligentius sequuti sumus scholiastae explicationem, quem quovis pignore contenderim idem prorsus in libro suo habuisse. Verte: Est ubi timor directus esse debet ad (tangere debet)

mentem. Animo (violento atque praecipiti) conducit, sapere sedentem sub angustiis.

Quae jam sequuntur praeter necessitatem magno et multo opere tentata sunt a viris doctis. Sunt enim sanissima, modo brevis syllaba addatur ad metra exaequanda, quod jam factum est a Wellauero et Lachmanno, ratione satis probabili ante verbum ἀνατρέφων inserentibus particulam ἂν, quae facillime excidere potuit. Codices mscr. ad unum omnes καρδίαν habent, non καρδίας, quae falsa est correctio; itidem ἐν φάει, quod legit etiam scholiastes et recte sic explicuit: ἐν φάει) λαμπρότητι καὶ ὀρθότητι φρενῶν. Ubi noli e voce φρενῶν concludere, hominem καρδίας scriptum invenisse. Dicit poeta: ecquis vero haudquaquam in luce cor alens, aeque jam justitiam colat? Cor in luce alere est: ita conformare cor, ut purum sit et candidum. Metaphora, qua vox φάος ad animi candorem transfertur, nota. Similiter dictum est Agam. Vs. 749: Δίκα λάμπει et Sophocleum illud: Δίκης ἐξέλαμψ' ἐναίσιον φάος. Pindarus hoc sensu usus est vocabulo ὀφθαλμός, Pyth. V, Vs. 16, ubi vide quae monuerunt Hermannus, Boeckhius, Dissenius (in ed. Goth.). Neque opus erit ad scriptores novi foederis provocare. Contraria metaphora supra Vs. 437 usurpatum vocabulum: κελαινόφρων et Sophocl. Aj. Vs. 955: κελαινώπαν θυμὸν ἐφυβρίζει, quae dictio, explicante Hermanno, valet: κελαινώπαν θυμὸν ἔχει ἐφυβρίζων. Et nostro quoque loco ὁ μηδὲν ἐν φάει καρδίαν ἀνατρέφων est ὁ ὑβρίζων. Plura congessit Lobeck. ad Sophoclis locum modo citatum. Καρδίαν ἀνατρέφων dictum ut fr. 410: Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα, quae verba sunt Aeschyli apud Aristophanem in Ranis. — .

Vs. 500—509.

Μήτ' ἄναρκτον βίον,
μήτε δεσποτούμενον
αἰνέσῃς.
Παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν·
ἄλλ' ἄλλᾳ δ' ἐφορεύει.
Ξύμμετρον δ' ἔπος λέγω·

Altero versu cur Hermannus cum Schuetzio opus esse dicat, ut pro *φόνου* rescribatur *φόνῳ*, quoniam scilicet Chorus dicere debeat, qua de caussa Clytaemnestra libera sit, neque ego exputo, praesertim quum in hac sententiae conformatione: »at tu quidem vivis, illa vero libera est a piaculo caedis«, jam insit illud: eo quod vita privata est. —

Vs. 579 sqq.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἤδη σὺ μαρτύρησον· ἐξηγοῦ δέ μοι,
Ἄπολλον, εἴ σφε σὺν δίκῃ κατέκτανον.
Δρᾶσαι γὰρ, ὥσπερ ἐστὶν, οὐκ ἀρνούμεθα·
ἀλλ' εἰ δικαίως, εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ
δοκεῖ τόδ' αἷμα, κρῖνον, ὡς τούτοις φράσω.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Λέξω πρὸς ὑμᾶς, τόνδ' Ἀθηναίας μέγαν
θέσμον, δικαίως, μάντις ὢν δ' οὐ ψεύσομαι.
Οὐπώποτ' εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις,
οὐκ ἀνδρός, οὐ γυναικός, οὐ πόλεως πέρι,
ὃ μὴ κελεύσῃ Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ.
Τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ', ὅσον σθένει, μαθεῖν,
βουλῇ πιφαύσκω δ' ὕμμ' ἐπισπέσθαι πατρός.
Ὅρκος γὰρ οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον.

De hoc loco fusius disputavit Fritzschius in censura p. 55. Is versu 582 sq. recte verba sic construit: *ἀλλ' εἰ δικαίως* (sc. *ἔδρασα* vel *κατέκτανον*) *εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ δοκεῖ τόδ' αἷμα* — »Ob ich's aber mit Recht gethan, oder ob deinem Geiste dieser Mord nicht gefällt —«, de locutione: *δοκεῖ* (*συνδοκεῖ*) *μοί τι* laudans Eur. Heraclid. 261, Aristoph. Avv. 811. Quibus locis adde ex Aeschylo ipso Agam. Vs. 918. — Idem quae de versu 585 dixit, satis ponderata sunt; qua de re non possum, quin hic excribam, quum praesertim et ipse aliquando eodem prorsus modo ratiocinatus sim. »Orestes,« inquit, »hat so eben seine That von Neuem eingestanden, den Apollo aber gebeten zu entscheiden, ob der Mord ein gerechter gewesen sey, oder nicht (*εἴ σφε σὺν δίκῃ κατέκτανον — ἀλλ' εἰ δικαίως* —). Da nun Apollo unmittelbar darauf sagt: *Λέξω — δικαίως*, so kann man nicht umhin, einen

Zusammenhang des doppelten δικαίως anzunehmen. Thut man das aber, so kann Apollo nur Folgendes meinen: Ich will euch, den Areopagiten, sagen, dass Orestes gerecht mordete. — Allein die Ergänzung λέξω — δικαίως αὐτὸν δρᾶσαι oder κατακτανεῖν ist äusserst hart und unnatürlich, und auch die folgenden Worte μάντις ὢν δ᾽ οὐ ψεύσομαι empfehlen die gewöhnliche Uebersetzung, wonach Apollo allgemeiner sagt: Ich werde zu euch, den Areopagiten, wahr, gerecht sprechen, und als Wahrsager nicht lügen.« Quae quum ita sint, addit vir doctus, alterum δικαίως videri sibi corruptum esse et e priori ortum, nec dubitare se, θεσμὸν δίκαια proponere, ut cui conjecturae varians lectio δικαίας apud Aldum et Turnebum faveat. At hoc quidem omnino non necessarium esse, facile elucet, nec nimium tribuendum erat variae illi lectioni. Sed ut redeat, unde digressa est, disputatio, si alterum illud δικαίως non sic capiendum est, ut Apollo dicat: juste fecit vel interfecit Orestes, quo tandem loco sententiam suam affert de ratione ac natura facinoris ab Oreste perpetrati, quod se facturum esse rogatus ab Oreste Vs. 584 sq. profitetur? Nempe hoc nullus interpretum curasse videtur, neque ipse Fritzschius. Moneo igitur, sententiam Apollinis contineri verbis:

> Οὐπώποτ᾽ εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις,
> ὃ μὴ κελεύσαι (sic recte Herm.) Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ.

Scilicet supra Vs. 564 Orestes dixerat, se matrem occidisse oraculis Apollinis obsecutum. Jam hic, ut appareat, juste egisse Orestem, nihil monet, nisi hoc: omnia sua oracula edi Jove imperante, innuens quippe, quum id, quod Jovi placuerit, semper justum sit, esse etiam facinus Orestis, addensque verbis:

> Τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ᾽, ὅσον σθένει, μαθεῖν,

justitiam caedis tali modo comprobatam plurimum valere. Hinc apparet, cur verba οὐπώποτ᾽ εἶπον nulla particula copulativa vel alio modo cum antegressis connexa sint. —

Vs. 595 sqq.

Οὐ γάρ τι ταὐτὸν, ἄνδρα γενναῖον θανεῖν
διοσδότοις σκήπτροισιν τιμαλφούμενον,
καὶ ταῦτα πρὸς γυναικὸς, οὔ τι θουρίοις
τόξοις ἐκηβόλοισιν, ὥςτ' Ἀμάζονος,
ἀλλ', ὡς ἀκούσῃ, Παλλὰς, οἵ τ' ἐφήμενοι
ψήφῳ διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι.
Ἀπὸ στρατείας γάρ μιν ἠμποληκότα
τὰ πλεῖστ' ἀμείνον' εὔφροσιν δεδεγμένη
δροίτῃ, περῶντι λουτρὰ, κἀπὶ τέρματι
φᾶρος παρεσκήνωσεν, ἐν δ' ἀτέρμονι
κόπτει πεδήσασ' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.

Versu 600 malim equidem commate post ψήφῳ distinguere, ut jungantur verba ἐφήμενοι ψήφῳ, quod fieri posse jam Abreschius monuit.

Sequentia maximopere vexaverunt interpretes, neque id injuria. Variae lectiones hae notandae sunt: Pro ἀμείνον', quod vocabulum etiam a scholiasta lectum fuit, ed. Ald. exhibet ἄμεινον, et pro παρεσκήνωσεν (vulgo παρεσκήνησεν) e cod. Med. affertur παρέσκωσεν, sed Salvin. παρεσκήνωσεν legit, et sic etiam cod. lat. Weigel., at Robortellus habet περ ἐσκήνωσεν, non παρεσκήνωσεν, ut referri solet; et apud eundem scholion, e quo perspicitur interpreti Graeco verbum a praepositione περὶ compositum prae oculis fuisse, sic scribitur: φάρος περ ἐσκήνοσεν) πρὸς τὴν συναλοιφὴν τῆς περὶ, καὶ τὴν συζυγίαν τοῦ ῥήματος. — De voce ἐμπολᾶν Butlerus laudat Hesychium in Ἐμπολή, ἐμπολήσαντες, et quae ibi notata, Spanh. ad Aristoph. Plut. Vs. 1156, Moerin in Ἐμπολή, ἐμπολήσαντες ibique notas Pearson.; Abreschius schol. Soph. in Ajac. Vs. 996 (978), ubi jam vide adnot. Herm.; cfr. Oed. R. 1025, Ant. 1037. 1063, Tr. 93. 250. Significat: negotiari, negotium transigere. — Primum scrupulum movent verba ἀμείνον' εὔφροσιν, quibus nuperrime Fritzschius hunc sensum subesse voluit: »Agamemno kehrte nach Haus zurück besser gegen Wohlgesinnte, als er bei seinem Abzuge gegen Troja gewesen war.« Vulgo ἀμείνον' trahitur ad τὰ πλεῖστα. Tum εὔφροσιν vertunt: quae talia (sc. bona) videntur bonis (Pav.), vel: vultu ad lae-

titiam composito (Heath.), vel: von der Freunde treuer Huld (Conz.), vel denique: zum frohen Mahl (Mueller.), vocabulum aut ad praecedentia referentes, aut jungentes cum sequente verbo δεδεγμένη, ut Heathius et Muellerus. Hermannus jam pridem ἄμεινον rescribendum duxit, laudataque nuperrime Stanleji (?) interpretatione hacce: rebus plerisque bene gestis, vocem εὔφροσιν, ut μειλιχίοισιν, de comi oratione intelligendam esse censuit, eumque sequutus est Schuetzius scribendo ἄμεινον, sed sensum e verbis hunc extricavit: ab expeditione enim bellica eum redeuntem, ubi plurima benevolis quidem optime administrasse visus esset, excipiens cett., de vocabulo εὔφροσιν explicando faciens fere cum Pavo. In his opinionibus quamvis aperte insint, quae ceteris praestent, nulla tamen invenitur, quam solam veram esse primo obtutu eluceat, vel saltem omnibus ex partibus praeferendam. Et tamen omnes explicandi vias abunde vides tentatas esse. Quare mihi quidem ii verum vidisse videntur, qui locum graviore vulnere affectum crederent, sed emendandi periculum nec ipsis bene cessit, et cautiori cuivis, quum nihil habeas, ubi pedem figas, haud facile subeundum videbitur. — Mox in voce δεδεγμένη explicanda in diversas partes discesserunt interpretes. Alii enim eam simpliciter valere voluerunt: excipiens, alii: insidiis excipiens, ut Butlerus in notis philologicis. Itidem δροίτῃ quorsum referendum sit ambigunt. Quippe nonnulli vocabulum arcte jungunt cum δεδεγμένη, alii, ut Wakefieldus, vertunt: dum adhuc in lavatrina staret, itaque ad παρεσκήνωσεν trahunt, alii verba δροίτῃ περῶντι λουτρὰ construunt, Heathius denique δροίτῃ pendere ait a praepositione in παρεσκήνωσεν, »juxta lavatrinam explicuit more tentorii.« Similiter dictum in Choeph. Vs. 993: δροίτης κατασκήνωμα. At praestat prima verborum construendorum ratio. Majorem molestiam exhibuerunt quae jam sequuntur vocabula: περῶντι λουτρά, κἀπὶ τέρματι cett., quia καὶ non habere videbatur, quo referri posset. Itaque Schuetzius scripsit πόρεν θ' οἱ λουτρά, quam emendationem ad sensum quidem bene se habere Fritzschius dicit, at deesse exempla indicativi ἔπαρον ab Atticis

scriptoribus usurpati, ipsumque, hic scrupulus si remotus fuerit, repositurum: *δροίτῃ, ˇκορὲν τε λουτρά, κἀπὶ τέρματι.* Eidem antea placuerat: *περῶντι λουτρὰ τἀπὶ τέρματι*, comparanti Eurip. Electr. Vs. 157: *λουτρὰ πανύστατθ' ὑδρανάμενον χροΐ*, cui loco addere poterat simillimum, qui est Orest. Vs. 361: *λουτροῖσιν ἀλόχου περιπεσὼν πανυστάτοις.* Vossii correctio *περαίνει*, a Muellero recepta, haud immerito improbata est ab Hermanno Fritzschioque. Hermanno vulgata lectio retinenda videtur, esse enim particulam *καὶ* illatam post participium *περῶντι* eo modo, de quo ipse dixerit ad Viger. not. 219 (p. 770 ed. IV). Quae ratio quum Muellero omnino displiceat, Fritzschio duriuscula visa est, quoniam nostro loco particula statim sequatur participium. Mea sententia arcte jungenda sunt verba *περῶντι λουτρὰ κἀπὶ τέρματι*, sc. *τῶν λουτρῶν*, ut recte scholiastes, e more tragicorum verba idem significantia cumulantium, de qua re vid. quae congessit Wellauer. ad Choeph. Vs. 326 et ad Eum. Vs. 977, et vertendum: dum transigebat lavacrum et in fine (lavacri). Sin minus placuerit haec interpretatio, Hermanno obsequi malim, quam locum mutare. — Ad verba *ἐν δ' ἀτέρμονι* (*πέπλῳ*) apte Fritzschius adscripsit Agam. Vs. 1355: *ἄπειρον ἀμφίβληστρον*, et Eurip. Orest. Vs. 25: *ἣ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι ἔκτεινεν.* Valent enim: in peplo exitu carente. Cfr. etiam Prometh. Vs. 1080: *ἀπέραντον δίκτυον.* Scholiastes *ἀτέρμονι* explicat *ἀτραχήλῳ.* Apud Eurip., Hecub. Vs. 926, vocabulum reddunt: rotundus cum scholiasta et Eustathio ad Hom. Il. *H*, p. 690, 41. Idem usus vocis *ἀπείρων* apud Nostrum in fragm. 434. Ceterum de pallio isto cfr. nostra ad Vs. 438 sq. supra p. 95, quae augere nolumus. — De voce *πεδήσασα* testatur Clytaemnestra ipsa Agam. Vs. 1353 sq.:

Οὕτω δ' ἔπραξα, καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι,
ὡς μήτε φεύγειν μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον.

Cfr. Choeph. Vs. 486:

Πέδαις δ' ἀχαλκεύτοις ἐθηρεύθης, πάτερ,

et ibid. Vs. 975:

Τὸ μηχάνημα, δεσμὸν ἀθλίῳ πατρί
πέδας τε χειροῖν καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα. —

Vs. 619 sqq.

Τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ
οὑμός, τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
στρέφων τίθησιν, οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει.

Postrema verba non satis advertisse videntur homines doctos. Quid enim sibi vult vox *μένει*? Pavus: »Nihil anhelans, vel impetu, quo in omnia fertur, vel propter vires quibus pollet.« At utrumque ineptum. Alienissimus locus, qui est Sept. contra Theb. Vs. 375:

ἵππος χαλινῶν ὣς κατασθμαίνων μένει.

Quod vero summum est, non quadrat tota ista sententia: *τὰ δ' ἄλλα πάντ'* cett. ad praecedentia, sed exspectares, poetam sic fere locutum esse: alia vero omnia sursum deorsum versans, facili opera, ut in statu suo maneant, efficit. Et scripserat is procul dubio:

τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
στρέφων, τίθησιν, οὐδὲν ἀσθμαίνων, μένειν.

Scire velim an Hermannus, cui jam et ipsi locum de mendo suspectum esse e verbis in censura p. 90 prolatis concludere licet, eandem in conjecturam inciderit. —

Vs. 628 sqq.

Οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένου τέκνου
τοκεύς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου·
τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη
ἔσωσεν ἔρνος, οἷσι μὴ βλάψῃ θεός.
Τεκμήριον δὲ τοῦδέ σοι δείξω λόγου.
Πατὴρ μὲν ἂν γένοιτ' ἄνευ μητρός· πέλας
μάρτυς πάρεστι παῖς Ὀλυμπίου Διός,
οὐδ' ἐν σκότοισι νηδύος τεθραμμένη,
ἀλλ' οἷον ἔρνος οὔτις ἂν τέκοι θεός.

Cum universa sententia praeter locos a Stanlejo atque Abreschio citatos comparandus Sophocl. Electr. Vs. 341 et quae ad eum congessit Neuius.

Ad versum 633 hoc adscripsit scholiastes: *πατὴρ μὲν ἂν γένοιτο) γεννήσειεν.* Ad quae verba miror neminem adhuc adtendisse. Etenim in propatulo est, ho-

lum θερμοεργὸς videtur putasse significare eum, qui injustum laborem habet, quae notio, quamvis hoc loco inepta sit, tamen verbo inesse potest.

De voce ἄιστος disyllaba vide Hermann. Elem. doctr. metr. p. 53 et Bachmann. Adnot. ad Lycophr. Vs. 71; de accentus ratione dixit Hermann. de Bachmanni editione Lycophronis, Opusc. T. V, p. 234.

Denique, ut hoc moneam, recte Fritzschius, et, ut persuasum habeo, Hermannus, post Wakefieldum interpunctionis signis post παραιβάταν et δίκης sublatis, verba τὰ πόλλα cett. a καθήσειν pendere statuerunt. Cum locutione: οὐδ' ὑπερθέοντ' ἄκραν Hermannus comparavit verba Euripidis in Archelao apud Stobaeum XCIV, p. 517, fr. 7 Matth., laudata jam a Schwenckio:

> Οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν
> δυνάμεσθ'·

et Theogn. Vs. 620:

> Ἄκρην γὰρ πενίης οὐχ ὑπερεδράμομεν,

ubi quum vulgo πενίην scriberetur, etiam Theodorus Bergkius πενίης reposuit in Zimmermanni diariis, a. 1835, № 39, p. 316 sq., similium locorum haud immemor: —

Vs. 536 sq.

> Κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ στρατὸν κατειργάθου.
> Ἥ τ' οὖν *** διάτορος Τυρσηνικὴ
> σάλπιγξ, βροτείου πνεύματος πληρουμένη,
> ὑπέρτονον γήρυμα φαινέτω στρατῷ.
> Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου,
> σιγᾶν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμούς,
> πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν φίανῆ χρόνον,
> καὶ τόνδ', ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

In lacuna, quae est Vs. 537, explenda, nolumus operam et oleum perdere, sed postremi commatis, a criticis magno quidem, nec tamen felici, opere tentati, veram nobis videmur emendandi viam invenisse. Ibi pro τόνδ' vulgo legitur τῶνδ', quod vocabulum etiam scholiastes in codice suo deprehendebat. At sic quum sensus loci turbatus esse videretur, aliis alia tentantibus, Hermannus conjecit τόνδ' scribendum

esse, monens, in cod. Guelph. et ed. Ald. exaratum esse: τόν, idemque illud τόνδ' Faehsius testatur in cod. Reg. L. reperiri. Verumtamen, etiamsi jam recte sibi opponantur verba πόλιν τε πᾶσαν et καὶ τόνδ', non liquet, cur juvare dicatur, si Orestes potissimum instituta Minervae ediscat, ad litem bene dijudicandam, aut cur, si tota civitas in omne tempus, quum tamen paucis tantummodo viris judicandi munus mandatum esset. Monet Hermannus, posse etiam legi τούςδ'. Sic quidem prior objectio speciose removeri possit, sed manet altera, nisi verba ita intelligas: civitatemque totam, in omne tempus, h. e. ut semper institutis meis uti possit ad lites recte dijudicandas, et hos (sc. Areopagitas), ut de (hac) lite bene cognoscatur, — et, quod gravissimum est, caret ista correctio omni probabilitate. Praeterea velim hoc attendas. Minerva mandat praeconi, ut populi multitudinem coerceat, nam, inquit, repleta hac curia silere praestat et instituta mea perdiscere, — quomodo, quaeso, in hoc sententiarum nexu, id velle potest, ut tota civitas instituta sua ediscat, nec vero soli Areopagitae, qui mox judicantes producuntur, praesertim quum valde mirum sit, quod Minerva, ut tota urbs instituta sua cognoscere possit, populi multitudinem, quae profecto longe maximam totius civitatis partem efficit, coerceri jubet. Nimirum patet, opinor, vocem πόλιν in mendo cubare. Scripserat poeta:

Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου,
σιγᾶν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς
βουλήν τε πᾶσαν, εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,
καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

Jam omnia optime se habent: repleta enim hac curia tacere juvat et ediscere instituta mea consiliumque totum, in perpetuum, h. e., ut semper habeatis, quod sequamini in ejusmodi litibus dijudicandis, et horum (sc. Orestis et Furiarum, non Areopagitarum, ut male scholiastes), ut bene cognoscatur de lite. Vox βουλήν quam facile potuerit in πόλιν transire, in aprico est, et τῶνδε optimos auctores habet, codicem Mediceum, Robortellum, scholiastam. Ad emendationem nostram confirmandam haud male adhibeas Vs. 667 et 677. —

ἀστοῖς περιστέλλουσι βουλεύω σέβειν,
καὶ μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν.
Τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν, ἔνδικος βροτῶν;
Τοιόνδε τοι ταρβοῦντες ἐνδίκως σέβας,
ἔρυμά τε χώρας, καὶ πόλεως σωτήριον
ἔχοιτ' ἂν οἷον οὔτις ἀνθρώπων ἔχει
οὔτε Σκύθησιν, οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις.
Κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον,
αἰδοῖον, ὀξύθυμον, εὐδόντων ὑπὲρ
ἐγρηγορὸς φρούρημα γῆς καθίσταμαι.
Ταύτην μὲν ἐξέτειν' ἐμοῖς παραίνεσιν
ἀστοῖσιν εἰς τὸ λοιπόν. Ὀρθοῦσθαι δὲ χρή,
καὶ ψῆφον αἴρειν, καὶ διαγνῶναι δίκην
αἰδουμένοις τὸν ὅρκον. Εἴρηται λόγος.

Hac demum Minervae oratione vulgo putant Areopagum rite constitui, vide quae disputavit Muellerus ad Eumenidas p. 160. Et dicas sane, hunc primarium ejus finem esse, liquido elucere e versibus 674, 675, 676. At hi minime sic, ut hodie leguntur, scripti sunt a poeta. Jam vero profecto mirum foret, si nunc demum, ubi ad suffragia ferenda ventum est, ii, qui judicandi negotium suscipiunt, judices instituuntur. Sed hoc, opinor, fieri debebat, priusquam omnino caussa ad judices deferri posset. Ac revera in praecedentibus non sermo fit de Areopagitis, nisi ita, ut poetam jam ante versum 536 judicium velle constitutum esse conjicias. Etenim Vs. 540 c u r i a m memorat Minerva, Vs. 571 *οἱ δικάζοντες* laudantur, Vs. 585 Athenienses, qui adsunt, ab Apolline vocantur *Ἀθηναίας μέγας θεσμός*, quod quomodo fieri potuerit, nisi id, quod nostro demum loco agi volunt, jam factum esset antea, haud liquet. Porro, ut Vs. 599 sq. omittam, Vs. 608 sq. idem Apollo dicit: *λεώς, ὅςπερ τέτακται τήνδε κυρῶσαι δίκην*, neque vero *ταχθήσεται*. Etiam e versu 713: *ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος* efficitur, judicium jam ante Vs. 536 constitutum fingi et singula singulis munera mandata. Praeterea eodem ducit, quod Vs. 591, 650, 680 jurisjurandi ab iis, qui judicant, dati mentio fit. Sed haec sufficiant ad id demonstrandum, quod per se vix ulli dubitationi obnoxium esse potest. At enim vero dicat aliquis, haec omnia, quamvis vera sint et satis probabilia, non hoc tamen valere, ut Muelleri sen-

tentiam omnino probent falsam esse, quum praesertim caussa ea, quam is afferat ad illam explicandam, idonea videatur. Circumspiciendum igitur, an alia exstent testimonia hunc facientia eaque ex ipsis deae verbis, de quibus jam agitur, deprompta. Nolo enim urgere, revera Minervam verbis, quae inde a versu 536 leguntur, post ea, quae Vs. 461 sq. et Vs. 465 sqq. praemonuerat, prolatis effecisse jam, quod hic demum fieri creditur; sed contendo potius, ne in ipsa quidem hac oratione inesse, quo comprobari dicas, Minervam nunc demum judicii constitutionem palam eloqui. Quin immo apposite ad nostram sententiam Hermannus in censura p. 94: »wie geht es zu,« inquit, »dass sie (sc. Pallas) Vs. 653, nachdem sie erst eben angekündigt hat, eine Stiftung machen zu wollen, von dieser Stiftung als einer bereits gemachten spricht?« Nimirum etiam hic cum Muellero sentit de fine universi loci, nec aliter Fritzschius. At ubi, quaeso, dea denunciat, se constitutionem aliquam facere velle? Monstrabunt verba: *κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμόν, Ἀττικὸς λεώς.* Ad quae Muellerus l. l. haec adnotavit: »Nun erst, nachdem die Partheien gesprochen, erfüllt Athena, was sie oben verheissen (462), die Stiftung des Gerichtes (den *θεσμός* 462. 651) auszusprechen.« Verum enim vero tale quid nec pollicita est versu 462 Minerva, nec potest Vs. 651 verbis: *κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν* exprimere velle. Vocabulum *θεσμὸς* hic fere sonat mandatum, nec multum differt a voce *παραίνεσις* infra Vs. 677. Quem summum finem orationis esse velit Minerva, ipsa significat Vs. 644 et 645. Quod ibi se facturam esse dicit, evenire videmus Vs. 679 sqq.; sed prius, postquam praedixit, judicium ab ipsa pridem constitutum semper duraturum esse, et saluberrimum fore reipublicae, nisi ipsi cives temere novaverint leges, suadet, ut id, quod medium sit inter nimiam licentiam atque servitutem, teneant, neve quidvis, quod timorem incutere possit, urbe ejiciant. Et hic quidem est ille *θεσμός*, cujus Vs. 651 mentio fit. Quod si facturi sint, Areopagum maximo Atheniensibus praesidio atque saluti fore. Signat autem hanc cohortationem Minerva jam supra Vs. 541 sq. verbis illis:

καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμούς

βουλήν τε πᾶσαν, εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,
καὶ τῶνδ᾽ ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη —

nec spectat, nisi ad hanc orationem, potissimum ejus ad finem, quod eadem declarat Vs. 465 sqq.:

Κρίνασα δ᾽ ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
εἴρξω, διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ᾽ ἐτητύμως,
ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φράσαι.

Sed poterit de universo loco tum demum accuratius judicari, quum singula rectius et emendata fuerint et explicata.

Versu 653 primo obtutu exspectaverit aliquis positum esse mandatum illud, quod modo Minerva se daturam professa est. Quod cur non factum sit a poeta, caussa afferenda est. Scilicet mandatum, quod innuitur a dea verbis: κλύοιτ᾽ ἂν ἤδη θεσμόν; non hoc est, ut jam suffragia ferant judices, id quod antea significaverat eadem Vs. 644 sq., sed praemittitur aliud quoddam ad futurum tempus spectans. Tale autem mandatum opus erat ut praepararetur quasi atque introduceretur praefatione aliqua; et hoc quidem fit iis, quae inde a versu 653 usque ad versum 665 leguntur.

Dicit igitur jam priori loco Minerva, hanc judicium curiam etiam in futurum esse duraturam, verbis ἔσται δὲ καὶ τὸ λοιπὸν arctissime applicatis ad praecedentia: Ἀττικὸς λεώς, πρώτας δίκας κρίνοντες. Versu 654 codices plurimi exhibent: αἰεὶ δ᾽ ἑκάστων, ed. Ald.: αἰεὶ δ᾽ ἑκάστῳ. Canteri inventum est: αἰεὶ δικαστῶν, quod quo jure languidum dicatur a Fritzschio, non intelligo, quum potius aptissimum sit et quidem ideo, quod Areopagus revera id proprium habebat, ut simul δικαστήριον esset atque βουλή. Nec, opinor, posthabebitur a quoquam ei, quod ipsi arrisit, Ἀρειδικαστῶν scribendum esse conjicienti.

Addit dea a Vs. 655: in Areopago verecundiam civium et timorem cognatum prohibiturum esse, quominus injuria fiat, nisi quid temere novetur. De loci universi structura prorsus facio cum Schuetzio, Wellauero, Hermanno, quem etiam Fritzschius sequutus est in appendice, aliis. Est oratio ἀνακόλουθος excipiunturque verba: πάγον δ᾽ Ἄρειον τόνδ᾽ versu 660: ἐν δὲ τῷ. Iis, quae interposita sunt, explicatur, unde cognominatus sit Areopagus. Jam Vs. 655 nuperrime

in suspicionem vocatum est vocabulum Ἄρειον, primum a Muellero, deinde etiam ab Hermanno Fritzschioque. Contendunt nimirum viri docti, illo loco πάγον nondum posse dici Ἄρειον, quippe cujus cognominis sequentibus demum verbis rationes reddantur, nec prius positam esse appellationem istam, quam Vs. 660. Qua de re varia tentaverunt, Muellerus, quum participio opus esse censeret, quo haec sententia connecteretur cum praecedente, γεραίρον reponendo pro δ' Ἄρειον, quam tamen emendationem ne ipse quidem veram esse censet; Hermannus pro Ἄρειον scribendo ὄρειον, Fritzschius Ἀρειῶν legendo; velle enim poetam hoc dicere: cognominatum esse Areopagum, primum quia Amazones filiae fuerint Ἄρεος, deinde quod Ἄρει sacra fecerint. Quam sententiam fulcire studuit Etymologici magni glossa hacce: Ἄρειος πάγος — ἢ ὅτι αἱ Ἀμαζόνες ἐπὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐστρατεύοντο, Ἄρεος οὖσαι. Mira sane sunt verba grammatici in Etymologico Gudiano, quae etiam majori jure laudari poterant, quamvis corrupta, quia additum est Aeschyli nomen: — ἢ ὥς φησιν Αἰσχύλος, ὅτι αἱ Ἀμαζόνες ἐπὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐστρατοπεδεύσαντο, Ἄρεος οὖσαι. Haec cuivis patet quomodo emendari possint cum glossa Etymologici magni comparata; quamquam dubium est, an non potius haec corruptior sit una ex parte, nam ἐστρατοπεδεύσαντο certe veritatem continet, non ἐστρατεύοντο, cui quidem voci magis favent vocabula: ἐπὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον. Cfr. etiam scholion ad nostrum locum: Νεόπτολιν) τὸν Ἄρειον πάγον· ἐν αὐτῷ γὰρ ἐστρατοπέδευσαν. Sed, quidquid statuis, apparet tamen, esse glossam non satis accurate compositam ad verba Aeschylea, quam ob rem, nisi potius graviorem etiam corruptelam traxerit, aut ad perditum aliquem Aeschyli locum referenda sit, veri est simillimum, eam loco nostro ipso non inspecto memoriter scriptam esse. Sed haec hactenus. Tantum autem abest, ut probare velimus Fritzschii correctionem, quae insuper non commendatur a verborum collocatione, ut locum poetae omnino nulla egere mutatione, confidentissime asseramus. Etenim satis mirum, quod nec ab Hermanno nec a Fritzschio observatum est, eo ipso, quod oratio ἀνακόλουθος sit, ab omnibus scrupulis defendi versu 655 vocem Ἄρειος. Nam

poeta quum sententiam sic ordiretur: πάγον δ' Ἄρειον τόνδ'; nondum cogitabat de verbis καὶ πόλιν νεόπτολιν — πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος, sed haec subito interponuntur extra ordinem, unde etiam factum, ut oratio sit ἀνακόλουθος. Verbum, quod in animo habuerit poeta ponens illud: πάγον δ' Ἄρειον τόνδ', ipsum quidem nequit jam certo cognosci, at id saltem e vocabulis ἐν δὲ τῷ Vs. 660 sequi videtur, voluisse eum nihil, nisi hoc: Areopagum hunc insidente ea (sc. hac curia). Quod igitur Muellerus postulat his verbis: »der in dieser Stiftungsrede herrschende sehr ruhige Fortschritt des Gedankens verlangt, dass der Areshügel erst mit dem Gerichte verbunden, als Sitz desselben bezeichnet werde, ehe von ihm gesagt werden kann, dass dort Ehrfurcht vor den Gesetzen und die verschwisterte Scheu wohnen und walten solle,« — id jam factum est a poeta, etiamsi nihil omnino mutes, partim eo quod in hac sententia posuit illud: ἐν δὲ τῷ, partim illa verborum conformatione eoque modo, quo annexa sunt praecedentibus.

Mox versus 663 et 664 pluribus obnoxii sunt difficultatibus. Pro verbis μὴ 'πικαινούντων, quae ex emendatione Stephani illata sunt, vulgo legitur: μὴ 'πικαινόντων, cod. Guelph. atque ed. Ald. exhibet: μὴ πικαινόντων, cod. Med. μηπικαινόντώνομοις, (in collat. Weigel. nihil ex eo affertur, nisi: μηπικαινόντων; accentus, qui comparet in extrema vocis ἐπικαινόντων syllaba, si huc pertinet, nihil aliud videtur esse, quam signum duplicandae literae ν). Praeterea verba κακαῖς ἐπιῤῥοαῖσι vulgo trahuntur ad antecedentia. Sic locus jam in veteribus libris distinguitur, monetque Hermannus, grammaticos, qui adagia collegerint, laudantes verba: βορβόρῳ ὕδωρ — ποτόν, eandem interpungendi rationem deprehendisse videri, et eam ob caussam in sequentibus pro βορβόρῳ θ' habuisse βορβέρῳ δ'. At illud ut verum sit, hoc tamen minime sequitur. Interim dubitari nequit, quin poeta, si eodem modo voluisset verba construi, βορβόρῳ δ' scripturus fuisset. Nonnulli post νόμους interpunctionis signum posuerunt. Sic quidem bene se habet vocula θ' post vocem βορβόρῳ, sed versus 664 ἀσυνδέτως subjicitur praecedenti, id quod alii aegre tulerunt. Apparet, in loco emendando ad multa simul esse ad-

tendentiam. Equidem, missis aliorum sententiis, quod mihi, re accurate perpensa, verisimillimum visum fuerit, proponam. Versu 663 et ipse aptissimam censeo Henrici Stephani correctionem μὴ 'πικαινούντων νόμους. Sed quum verbum ἐπικαινοῦν, quod ego quidem sciam, non fuerit in usu, et lectio plurimorum eorumdemque optimorum librorum mscr. eo ducat, ut verbum a poeta adhibitum credamus non fuisse a praepositione ἐπὶ compositum, potius censeo scribendum esse: μή τι καινούντων. Καινόω est: novi aliquid molior, cf. Herod. II, 100, Thucyd. III, 82. Jam retineri quidem possit vocabulum νόμους, sed videtur tamen aliquid offensionis habere; est enim potius intelligendum de statu reipublicae in universum, quam de curia Areopagitica, de qua hic sermo est. Qua de re nescio an melius legatur cum codice Med., auctore locupletissimo: νόμοις, hoc sensu: nisi novi aliquid moliti fuerint legibus latis (sc. in Areopagum). Sed ego satis habeo, hoc monuisse; judicent periti. Hoc tamen monuerim, si nostram sententiam probaveris, accuratius alludi verbis illis ad ea, quae tum agebantur Athenis, quum Aeschylus haec scribebat; qua in re nihil refert, utrum psephismate, an lege lata, id quod Muellerus vult, ad Eumenidas p. 117, Ephialtae obsequutus sit populus Atheniensis. — Verba κακαῖς ἐπιῤῥοαῖσι quorsum trahenda sint sane dubium videri potest. Attamen, mea certe sententia, facillimum est, si ad sequentem sententiam referantur. Sed tum nova oritur dubitatio haecce, sintne corrupta an sana. Possis verba asyndeta tueri velle eo, quod generalis sit sententia. Nec fuerunt illa olim offensioni Hermanno, nuperrime quidem cum Schuetzio δ' inserenti post κακαῖς. Cui rationi equidem putaverim eam praeferendam esse, ut pro κακαῖς ἐπιῤῥοαῖσι mutatione sanequam facili reponatur: κακαῖς ἐπεὶ ῥοαῖσι.

Jam, ut supra significavimus, sequuntur verba ipsa, mandatum continentia, de quo Vs. 651 sermo fuit. Quae, nisi tanto intervallo distarent ab illo loco, neminem jure offenderent, sic, ut vulgo circumferuntur, nullo vinculo cum antecedentibus colligata; sed hic demum posita, utrum recte asyndeta sint, an minus, dubitari potest. Illud, quamquam sane

scriptoribus usurpati, ipsumque, hic scrupulus si remotus fuerit, repositurum: δροίτῃ, πορὲν τε λουτρά, κἀπὶ τέρματι. Eidem antea placuerat: περῶντι λουτρὰ τἀπὶ τέρματι, comparanti Eurip. Electr. Vs. 157: λουτρὰ πανύσταθ' ὑδρανάμενον χροΐ, cui loco addere poterat simillimum, qui est Orest. Vs. 361: λουτροῖσιν ἀλόχου περιπεσὼν πανυστάτοις. Vossii correctio περαίνει, a Muellero recepta, haud immerito improbata est ab Hermanno Fritzschioque. Hermanno vulgata lectio retinenda videtur, esse enim particulam καὶ illatam post participium περῶντι eo modo, de quo ipse dixerit ad Viger. not. 219 (p. 770 ed. IV). Quae ratio quum Muellero omnino displiceat, Fritzschio duriuscula visa est, quoniam nostro loco particula statim sequatur participium. Mea sententia arcte jungenda sunt verba περῶντι λουτρὰ κἀπὶ τέρματι, sc. τῶν λουτρῶν, ut recte scholiastes, e more tragicorum verba idem significantia cumulantium, de qua re vid. quae congessit Wellauer. ad Choeph. Vs. 326 et ad Eum. Vs. 977, et vertendum: dum transigebat lavacrum et in fine (lavacri). Sin minus placuerit haec interpretatio, Hermanno obsequi malim, quam locum mutare. — Ad verba ἐν δ' ἀτέρμονι (πέπλῳ) apte Fritzschius adscripsit Agam. Vs. 1355: ἄπειρον ἀμφίβληστρον, et Eurip. Orest. Vs. 25: ᾗ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι ἔκτεινεν. Valent enim: in peplo exitu carente. Cfr. etiam Prometh. Vs. 1080: ἀπέραντον δίκτυον. Scholiastes ἀτέρμονι explicat ἀτραχήλῳ. Apud Eurip., Hecub. Vs. 926, vocabulum reddunt: rotundus cum scholiasta et Eustathio ad Hom. Il. *H*, p. 690, 41. Idem usus vocis ἀπείρων apud Nostrum in fragm. 434. Ceterum de pallio isto cfr. nostra ad Vs. 438 sq. supra p. 95, quae augere nolumus. — De voce πεδήσασα testatur Clytaemnestra ipsa Agam. Vs. 1353 sq.:

Οὕτω δ' ἔπραξα, καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι,
ὡς μήτε φεύγειν μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον.

Cfr. Choeph. Vs. 486:

Πέδαις δ' ἀχαλκεύτοις ἐθηρεύθης, πάτερ,

et ibid. Vs. 975:

Τὸ μηχάνημα, δεσμὸν ἀθλίῳ πατρί
πέδας τε χειροῖν καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα. —

omnium fere librorum mscr. et ipsius Medicei comparata cum verbis oppositis ἔξω βαλεῖν, docuerit, scribendum esse σχεθεῖν pro σέβειν, quae, ni fallor, correctio est librarii alicujus. Ceterum hoc loco in secunda vocis *ΣΕΘΕΝ* syllaba agnoscas vestigium veteris scripturae, sicuti eo quod supra posuimus καινούντων pro *ΚΑΙΝΟΝΤΩΝ* revera nihil omnino mutavimus. Similem depravatae lectionis caussam saepissime offendimus in codicibus mscr., qui Aeschyli fabulas continent.

A versu 670 incipit peroratio, quae vocatur. Qua de re offendit Hermannus in verbis: κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον — καθίσταμαι. »Was soll,« inquit in censura p. 94, »dieser Nachtrag zu der Einsetzung des Gerichts hier, wo Pallas bereits die Peroration angefangen hat?« Et jure quidem merito, si id sibi volebat Minerva hac oratione, quod vulgo putant. Praeterea eadem asyndeta esse posse negat; neque hoc injuria. Itaque versus 674, 675, 676 ante versum 653 ponendos censet, alia insuper caussa allata, unde, hanc justam eorum sedem esse, efficiatur, cujus jam supra mentionem fecimus. Est hoc profecto acutissime inventum, at caret tamen omni probabilitatis specie — cui enim, quaeso, violentissima illa transponendi ratio arriserit? — nec necessarium erit, si de universo loco aliter senseris. Videndum igitur nobis, alium prorsus hujus orationis finem ac rationem statuentibus, quid de loco judicandum sit. Negamus autem et ipsi, verba asyndeta esse, cum ea de caussa, quam etiam Hermannus voluit, tum quia, si asyndeta essent, sane Minerva nunc demum curiam Areopagiticam constitueret, id quod supra reprobare studuimus. Jam velim hoc attendas. Versu 670 verba τοιόνδε σέβας vulgo referunt ad curiam Areopagiticam. Sic nuperrime etiam Fritzschius in censura p. 60. Sed hoc falsissimum est. Non dicam, hac ratione Areopagitas compellari, ut se ipsi revereantur, sed vocabula τοιόνδε σέβας spectarent ad versum 654: δικαστῶν τοῦτο βουλευτήριον, id quod omnino non potest ferri. Neque enim licet ea trahere nisi ad versum 654 et sequentes, qui proxime praecedunt. Haec vero verba universe sunt dicta, neque ita, ut de Areopago intelligi possint. Etenim genuina lectio est

περιστέλλουσι, non *περιστέλλουσα*. Quam ob rem opus est, ut poeta in hoc sententiarum nexu, postquam praedicavit, talem majestatem (h. e. eam reipublicae formam, ubi nec nullum certum imperium sit aut leges solutae, nec arbitraria dominatio) juste verentibus regionis munimentum et urbis salutem fore, addat: »nimirum curiam hanc Areopagiticam,« nam ejus in hac re mentio omnino desideratur, et necesse est, ut, quodnam intelligendum sit munimentum, definiatur. His omnibus diligenter perpensis, non dubium esse poterit, quin puncto maximo, quo vulgo distinguitur post vocem *τόποις*, in comma, quod dicunt, mutato, versu 675 pro *ὕπερ* scribendum sit *ὅπερ*. Sic non solum aptissima oritur sententia, sed etiam verba: *κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον* seqq. recte conjunguntur cum antecedentibus *ἔρυμά τε χώρας καὶ πόλεως σωτήριον*, neque amplius asyndeta sunt, sive illa ad haec velis appositionem efficere, sive haec ad illa, quamquam hoc praeferendum videtur. Praeterea facile perspicitur, jam verbis: *εὐδόντων ὅπερ ἐγρηγορὸς φρούρημα γῆς καθίσταμαι*, longe alium subesse colorem, quam antea, eaque minime sic dicta esse, quasi dea nunc demum Areopagum constitutum proclamare velit. Neque enim primarium in sententia locum obtinent, sed adjecta sunt ad dictionem *τοῦτο βουλευτήριον* explicandam; nec vocabulum *καθίσταμαι*, quod praesentiae notionem involvit, profecto est ad vividum revocandum. Eadem interpungendi ratio, quam nos probavimus, etiam apud Robort. et Ald. comparet.

Postremo loco, Minerva, postquam consilium, quod in futurum tempus valere ipsa profitetur Vs. 676 sq., effata est, ad rem praesentem transiens, quod supra Vs. 644 praedixerat, peragit.

Prior igitur, eaque longe maxima pars hujus orationis nihil facit ad actionem fabulae promovendam, sed alio fine interposita est, de quo post egregiam Muelleri disputationem, ad Eumenidas p. 115 seqq., non opus est, ut verbo moneam. —

Vs. 683 et 684.

Κἄγωγε χρησμοὺς τοὺς ἐμούς τε καὶ Διὸς
Ταρβεῖν κελεύω, μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι.

Codices mscr. Med. et Guelph. atque ed. Ald. κἀγώ τε. Qua de re Fritzschius, quum forti oppositione opus sit, scribi vult: κἀγὼ δέ. Eadem dictio Pers. Vs. 538 et 764, sed tali vi posita, quae ad hunc locum minime quadret. Praeterea καὶ — δὲ apud Nostrum legitur Prom. Vs. 975, Eumen. Vs. 65 et 384, Pers. Vs. 149 et 255. Robortellus: κἀγώγε, sic etiam Victorius et Dissen. ad Pind. Isthm. VII, 45 (p. 600 ed. Goth.), ubi cum locutione: ἐπέων δὲ καρπὸς οὐ κατέφθινε a Schneidero comparatus laudatur Sept. contra Theb. Vs. 600 et hic locus. Et nullo jure hinc expuleris particulam γε, quae etiam ad alteram lectionem τε propius accedit, quam δέ. —

Vs. 685 et 686.

Ἀλλ' αἱματηρὰ πράγματ' οὐ λαχὼν σέβεις,
μαντεῖα δ' οὐκ ἔθ' ἁγνὰ μαντεύσῃ μένων.

Verbum μένων jam pridem sensu carere visum est interpretibus, quam ob rem vario modo correxerunt. Retinuit tamen post Butlerum Wellauerus, sic vertens: si ductus (diutius) hic manseris neque huic rei te immiscere desines. Quocum nuperrime fecit Muellerus, et ita quidem, ut verba: »si manseris« ad judicium de caede ferendum spectare vellet, vid. append. p. 22. At ego non dubito cum Hermanno, in censura p. 97, quin μένων hac quidem significatione inepte positum sit. Is, quod olim conjecerat, etiam nunc probat, νέμων, »habitans,« reponendum esse. Quam correctionem non modo superfluam esse censeo, sed etiam falsam. Facile enim, opinor, quivis senserit, poetam construi voluisse verba: μαντεῖα οὐκ ἔθ' ἁγνὰ μαντεύσῃ, »oracula non jam pura edes,« neque vero: μ. οὐ. ἔ. ἁ. νέμων μαντεύσῃ, »oracula non jam pura habitans vaticinaberis.« Nam illud quum per se aptius sit, tum plane efficitur e responsione Apollinis:

Ἦ καὶ πατήρ τι σφάλλεται βουλευμάτων
πρωτοκτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος;

Mitto Stanlejum eadem vi ipsum vocabulum μένων adhibitum putantem. Sane nihil omnino mutandum est, sed μένων significat: ferens, sustinens, quo sensu egregie refertur ad verba: αἱματηρὰ πράγματα. —

Vs. 693 et 694.

Τοιαῦτ' ἔδρασας καὶ Φέρητος ἐν δόμοις·
Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.

Offenderunt viri docti in versibus nullo vinculo colligatis. Itaque Wakefieldus scribi jussit: *Μοίρας γε πείσας*, Hermannus vero olim quidem: *Μοίρας τ' ἔπεισας*. Multo aptius et facilius reposueris:

Τοιαῦτα δράσας καὶ Φέρητος ἐν δόμοις
Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.

Quamquam non continuo ausim, ea qua nunc solent confidentia asserere, prorsus necessariam esse hanc correctionem. Apud Robortellum sane deest interpunctionis signum post vocem *δόμοις*. —

Vs. 697 et 698.

Σύ τοι παλαιὰς δαίμονας καταφθίσας
Οἴνῳ παρηπατήσας ἀρχαίας θεάς.

Hos versus Fritzschius in censura p. 71, commate post *τοι* et *οἴνῳ* posito, singulari modo sic interpretatus est: »du hast ja doch alte Gottheiten — die Mören, — durch Wein zu Grunde gerichtet und nebenbei altehrwürdige Göttinnen — uns Furien — betrogen. „Wie du einst die alten Mören durch Wein verdarbst, so hast du auch uns alte Göttinnen (durch Einschläfern) gelegentlich betrogen (dieser zweite Betrug ist dir ein *πάρεργον* gewesen).« Nimirum sic ideo statuit, quod repetita verba: *παλαιὰς δαίμονας* et *ἀρχαίας θεάς* hac tantum explicandi ratione apte excusari posse putaret, neque aut Furiarum mentionem recte omitti, aut verbum *παρηπατήσας* ad Parcas referre licere; vide etiam append. p. 70. — At primum quidem quod vocabula: *παλαιὰς δαίμονας* et: *ἀρχαίας θεάς*, si de solis Parcis intelligantur, inepte languideque dicit repetita, constat, eadem de caussa jam antea exstitisse, qui locum de mendo postularent. Quorum tamen nemini feliciter cessit corrigendi periculum. Difficile fuerit, hac de re, quae tota a sensu pendeat, judicare ita, ut quemque in tuas partes habeas discedentem.

Sed hoc certe contenderim, Tyrtaeum, si provocari posset ad litem dirimendam, non damnaturum esse verba nostra, qui similiter ipse posuerit illud:

Τοὺς δὲ παλαιοτέρους, ὧν οὐκέτι γούνατ' ἐλαφρά,
μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.

Cfr. libellum Nic. Bachii, cui titulus est: Callini Ephesii, Tyrtaei cett. quae supersunt, p. 100. Verbositatem tragicorum nonnullis exemplis comprobavit Wellauerus ad Agam. Vs. 90. Nec videtur antiquarum priscarumque dearum notio cum vi cumulata dedecere hunc locum. — Porro quod adtinet ad commemorationem Furiarum, omnino non liquet, quo jure efflagitetur, quin immo in hoc sententiarum nexu alienissima est. Ad versus 693 et 694 Apollo responderat:

Οὔκουν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν,
ἄλλως τε πάντως χὤτε δεόμενος τύχοι;

quibus verbis quum excusatio contineatur rei in aedibus Pheretis gestae, Furiae objiciunt: at tu dolo malo usus es in illa profligenda, et reverentiam priscis deabus debitam violavisti. Qua re sententia, Furias supiendo fraudasse Apollinem, quomodo adjecta esse possit, et sic quidem, ut primarium locum teneat, vix expntes. Sed patet, integrum locum ad solas Parcas referendum esse. — Denique vero id maxime mirari subit, quod vir doctus vim atque usum verbi *παρηπατήσας*, quippe quod significet: decipere juxta sive una, prohibere ait, quominus vocabula *ἀρχαίας θεὰς* aliter quam de Furiis dicta accipiantur. Scilicet hanc doctrinam a Pavo videtur mutuatus esse, de qua merito Butlerus: »sed haec non tanti sunt, ut refellantur.« Ex omnibus igitur, quae ad hunc locum explicandum protulit Fritzschius, sola interpungendi ratio vera est, nam vox *οἴνῳ* arcte jungenda cum *καταφθίσας*, sed hanc, ipso monente, praeivit jam Monkius ad Eurip. Alcest. Vs. 12. Ceterum idem bene ad verba *οἴνῳ καταφθίσας* adhibuit scholion, quod in cod. Florentino 2 loco Euripideo adscriptum primus publici juris fecit Augustus Matthiae: *ΜΟΙΡΑΣ ΔΟΛΩΣΑΣ, οἴνῳ γὰρ ταύτας, φασί, τῶν λογισμῶν ἀπαγαγὼν ἐξητήσατο Ἄδμητον, οὕτω μέντοι, ὥστε ἀντιδοῦναι ἑαυτοῦ ἕτερον τῷ Ἅιδῃ.* Citaverat jam Wakefieldus Eurip. Alcest. Vs. 12, 34, 44. —

Vs. 704 sqq.

Ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην·
ψῆφον δ' Ὀρέστῃ τήνδ' ἐγὼ προςθήσομαι·
μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν, ἥ μ' ἐγείνατο,
τὸ δ' ἄρσεν αἰνῶ πάντα, πλὴν γάμου τυχεῖν,
ἅπαντι θυμῷ, κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός.
Οὕτω γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον,
ἄνδρα κτανούσης δωμάτων ἐπίσκοπον·
νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.
Ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους,
ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος.

Post versum 680 Areopagitae, prout jussi erant, suffragia ferunt. Jam Minerva primo loco, quid sibi agendum sit, ut judicium ad finem perducatur, praedicans, album se Oresti calculum adjecturam significat itaque deinde constituit, ut hic, si paria suffragia habeat, victor evadat; denique eos judices, quibus hoc munus mandatum sit, sortes jubet e vasis ejicere ac dinumerare.

De hoc loco nuperrime acriter disputaverunt viri docti, cfr. Mueller. ad Eumenidas p. 161, coll. p. 78, et in append. p. 40 seqq.; Hermann. in censura p. 189 seqq.; Fritzsch. in censura p. 62 seqq. . Et Muellerus quidem contendit, parem fuisse Areopagitarum numerum, neque fungi Minervam judicis munere, sed, quod Vs. 705 profiteatur, facere demum, quum Vs. 722 et 723 ultimam sententiam eloquatur, postquam judicum calculi et albi et nigri pares utrimque reperti sint. Hermannus contra et Fritzschius in eo consentiunt, quod Areopagitarum numerum imparem volunt, deamque ipsam de caede judicantem, nec vero solummodo eventum judicii ab hominibus habiti pronuntiantem; conjicere Minervam suffragium suum, de quo Vs. 705 dicat, in urnam, et id quidem ante versum 712, hoc vero parem demum redditum esse calculorum numerum. Nobis, ut statim ponamus sententiam nostram, ad hunc quidem locum unice apta esse videtur ea rei ratio, quam Muellerus sibi informavit, quamquam ingenue fatemur, nonnulla inesse in disputatione, quam vir clarissimus de calculo Minervae instituit in append. l. l., de quibus

Hermanno assentiri malis. Sed haec quia longum est accuratius excutere, alio potius loco retractare volumus. Interim ea proponemus, quae ad Aeschylum recte intelligendum satisfacere fuerint visa.

Et primum quidem plane sentimus cum Muellero, verba Minervae, quae posita sint Vs. 459 sq., prohibere dicente, quominus dea ipsa judicis munere functa esse statuatur. Quam sententiam Hermannus quidem graviter notat, neque enim velle deam omnino nón judicare, verum non solam; at vero num hic sensus esse potest verborum:

οὐδὲ μὴν ἐμοὶ θέμις
φόνους διαιρεῖν ὀξυμηνίτους δίκας,

an quo tandem loco hujusmodi quid prolatum est? Vs. 81 sqq. Apollo dicit:

Κἀκεῖ δικαστὰς τῶνδε καὶ θελκτηρίους
μύθους ἔχοντες, μηχανὰς εὑρήσομεν,
ὥστ᾽ ἐς τὸ πᾶν σε τῶνδ᾽ ἀπαλλάξαι πόνων,

Vs. 215 idem:

Δίκας δὲ Παλλὰς τῶνδ᾽ ἐποπτεύσει θεά.

Vs. 411 et 446 Furiae et Orestes expetunt quidem, ut Minerva caussam dijudicet, at ipsa iis, quae respondet V. 449 sq., negat, sibi quidem fas esse, huic postulato obsequi; quare postea, Vs. 460 sqq., quum tamen conducere visum sit, Furiis atque Oresti rogantibus haud prorsus deesse, judicium se e civibus juramento obligatis constituturam praedicat. De loco, qui sequitur inde a versu 465, supra diximus; quamquam is potius, quia corruptus est, omnino non potest in censum vocari. Sed, utut de eo statueris, hoc sane difficillimum fuerit certo comprobare, contineri eo, quod Hermanno favere credas. Illud valet etiam de versu 551, quem et ipsum supra tractavimus, ubi aut falsam censemus correctionem ab Hermanno propositam, aut sic accipiendam, ut Muellerus fecit in append. p. 22, vertendo: Du eröffne nun || den Streit und l e i t' i h n, wie es deine Weisheit heischt; quae quidem res ob versum 609 maxime dubia est. Hoc laudato, superest, ut afferatur locus, qui est Vs. 599 et 600:

Ἀλλ᾽ ὡς ἀκούσῃ, Παλλάς, οἵ τ᾽ ἐφήμενοι
ψήφῳ, διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι,

quippe quo Minerva distinctis verbis segregetur ab

iis, quibus judicandi munus mandatum erat; nam, ut alios omittamus, versum 648, qui vulgo sic legitur:

Τί γάρ; πρὸς ὑμῶν πῶς τιθεῖσ' ἄμομφος ὦ;

nemo, opinor, nobis adversari contendet.

Huc accedit, quod Minerva constanter tanquam ἡγεμὼν τοῦ δικαστηρίου producitur. Signatur haec res ab Apolline Vs. 215 et 550, spectantque ad eandem ex iis, ubi dea ipsa loquitur, locis, ut omittam Vs. 465 seqq. a me emendatos, Vs. 536 seqq., Vs. 552 seqq., Vs. 644 sq. coll. cum Vs. 678 seqq., Vs. 712 sq., denique Vs. 722 et 723. Jam vero num moris erat ἡγεμόνι τοῦ δικαστηρίου, judicis loco ferre suffragium? Minime. Itaque vel hinc concluseris, falsum esse, quod Hermannus et Fritzschius velint. At enim vero objicere poterunt, haud constare, quinam, praesertim vetustissimis temporibus, in Areopago mos obtinuerit. Quamquam ego quidem putaverim, hanc dubitationem non maximi esse faciendam. — Sed asserat aliquis, deam ipsam, se caussam dijudicare velle, testari his verbis:

Ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην.

Sunt ea sane maximi momenti in lite dirimenda. Et profecto Butlerus »cave,« inquit, »jungas λοισθίαν cum δίκην, debet enim ad ἐμὲ subauditum referri.« Non opponam, haud liquere, cur, si suffragium inire volebat Minerva, quum id clam fieret, efferat, suum esse opus, ut postremo loco caussam dijudicet, at ista interpretandi ratio, id quod quivis facile senserit, ipsa verborum conformatione ac collocatione satis refutatur, nec scio quemquam, qui idem statuere voluerit. Etiam Fritzschius in censura p. 65 dictionem Euripideam: ψήφους ἴσας κρίνασα, quam sic Germanicam fecit: indem ich durch meine Entscheidung dir gleiche Stimmen ausgewirkt habe, comparans cum verbis, de quibus disputatur, vocabulum λοισθίαν trahit ad δίκην. Sed vellem, quem nostro loco sensum subesse putaret, accuratius significasset. Stanlejus sic verterat: »Hoc meum est opus, p o s t r e m a m l i t e m d i j u d i c a r e,« sed in notis mss. pro ultimis verbis posuit: »e x t r e m a m f e r r e s e n t e n t i a m.« Significat dictio: u l t i m a m c a u s s a m d i j u d i c a r e, d e e x i t u c a u s s a e j u d i c i u m h a b e r e. His vero verbis non potest id exprimi, Minervam jam simul cum

judicibus suffragia ferre, sed id solummodo, cum post lata a judicibus suffragia, si controversia orta fuerit, utra pars victoriam consequuta sit, id quod infra evenire videbimus, paribus utrimque suffragiis comparentibus, litem dirimere velle et ultimam sententiam pronunciare. Ergo etiam hic locus, isque profecto gravissimus, contra Hermannum et Fritzschium facit.

Praeterea, ut concedam, id quod Minerva Vs. 705 futuro tempore utatur, si rem ad vivum resecare velis, nihil probare, at sequitur tamen exinde, ut sententiam illam cum Muellero ad Vs. 722 sq. trahere liceat.

Denique, id quod non infimo loco posuerim, indoles atque natura eorum verborum, quibus dea rationem reddit, cur Oresti calculum suum adjicere velit, talis est, ut vel sola prohibeat, quominus sententia, de qua loquitur Minerva, de justitia vel injustitia caedis ab Oreste perpetratae ferri credatur. Cogita modo, sodes, quae ipsa supra de gravitate hujus caussae dixerit, quales judices sibi eligendos praedicaverit, et quantopere inculcet Areopagitis, ut jusjurandum datum reverentes controversiam discernant, et vicissim quam levis ea caussa sit, cur ipsa jam se Oresti calculum suum adjecturam significet, utpote qua non internam rationem caedis illius ponderet, sed potius suo tantum sensui obsequatur, et facile apparebit, non velle eam Vs. 705 ad judicium de facinore Orestis habendum respicere, quod totum Areopagitis relinquitur, sed nihil, nisi signare, quid ipsa, si suffragia judicum lata fuerint, sibi, tanquam *ἡγεμόνι τοῦ δικαστηρίου*, non facinoris vel justitiae vel injustitiae ratione habita, sed pro sensu suo, ut caussa ad finem perducatur, agendum putet.

Haec fere sunt, quae ad quaestionem solvendam ex ipso poeta afferri possint. Exstare vero etiam aliorum veterum scriptorum testimonia, quibus sententia a Muellero de nostri loci ratione prolata, apte comprobetur, Hermannus et Fritzschius ipsi concesserunt. Etenim, ne Philostratum et Dionem Cassium moremur, Aristides de ipsa Orestis caussa in Areopago dijudicata haec scripsit: *φεύγοντα δ' (Ὀρέστην) Ἀθήνησι δίκην ὑπ' Εὐμενίδων, ἴσων τῶν ψήφων*

γενομένων, προςθεμένη τὴν παρ᾽ αὐτῆς σώζει· καὶ τοίνυν ἔτι νῦν σώζει πάντας, ἐὰν ἴσαι γένωνται, et scholiastes ejus (ap. Frommel. p. 28): *τὴν τοῦ Ὀρέστου καὶ Ἐριννύων δίκην δώδεκα θεούς φασι δικάσαι, οὐ παρούσης τῆς Ἀθηνᾶς, ὧν τοὺς μὲν ἓξ ψήφους θεῖναι δικαιώσεως τοῖς Ἐριννύσι, τοὺς ἄλλους ἓξ τῷ Ὀρέστῃ. Ἐλθούσης δὲ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ συμψηφισαμένης τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῶν ψήφων γενομένων πλειόνων τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, νικᾷ ὁ Ὀρέστης, οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς θνητὸν θεοῖς ἐξισοῦσθαι.* Julianus autem non hanc quidem caussam, sed usum, qui postea fuit, spectans, haec habet: — *εἴποτε τῶν δικαζόντων αἱ ψῆφοι κατ᾽ ἴσον φαίνοιντο τοῖς φεύγουσι πρὸς τοὺς διώκοντας, τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπιτιθεμένην τῷ τὴν δίκην ὀφλήσειν μέλλοντι, ἀπολύειν ἄμφω τῆς αἰτίας.*

Sed nimirum hos locos, quum alia exstare viderentur, eaque locupletiorum auctorum, testimonia, Hermannus et Fritzschius negaverunt in censum vocandos. Fingamus, hoc recte factum esse, quamquam quae ab ipsis afferuntur caussae, minime sufficiunt, quid fiet notissimo illo, qui est apud Ciceronem in oratione pro T. Annio Milone, Cap. III, §. 8? Quem eo magis mireris neque ab Hermanno aut Fritzschio, nec vero a Muellero adhibitum, quod jam a Stanlejo in notis ad argumentum Eumenidum citatus erat, et a Victorio in var. lect. lib. XIII, C. XXIII, p. 339 aptissime cum nostro comparatus. Loquitur autem Cicero in hunc modum: »Itaque hoc, judices, non sine caussa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi caussa matrem necavisset, variatis hominum sententiis, non solum divina, sed etiam sapientissimae deae sententia liberatum.« Haec verba ad locum Aeschyleum spectare, ut Victorius, recte notant interpretes. Jam nos ne de verbis: »variatis hominum sententiis« continuo cum Victorio sentiamus, sic scribente: »variatas sententias hominum Marcus Tullius vocat, quae fuerunt inter se magnopere discrepantes: dimidia enim pars absolvebat: dimidia vero condemnabat. Id autem videns Minerva ipsa auxilium tulit Oresti, ac suo suffragio illum liberavit« — at hoc certe efficitur e loco Ciceroniano, ut Minerva tum demum calculum suum

adjecerit, quum quaenam ratio esset suffragiorum ab hominibus (Areopagitis) latorum, videret, scilicet, ut ad Aeschylum redeamus, non ante versum 712, sed post versum 713, et quidem, si tum demum recte suffragia dinumerata putantur, post versum 721. — Adderem equidem Ennii versum apud Varronem de lingua Latina, lib. VII, §. 19, quem Muellerus in edit. Varron. p. 126 sic exhibuit:

Areopagitae quidem dedere aequam
pugnam,

ex longiore versu sumptum censens, eoque ex loco tragoediae, quo Minerva apud Aeschylum dicat: *Οὐ γὰρ νενίκησθ', ἀλλ' ἰσόψηφος δίκη ἐξῆλθ' ἀληθῶς*, — si lectio certa esset.

Haec argumenta, ut summam faciamus disputationis nostrae, sufficere nobis videntur, ad eam universi loci explicandi rationem comprobandam, quam post alios quidem, sed diligentius et accuratius prolatam a Muellero supra proposuimus. Sunt autem fere omnia ita comparata, ut, si vel unum certum esse concedas, etiam de reliquis idem statuas oporteat, et totam opinionem, quam defendimus, veram esse. De qua re non opus ut fusius exponatur.

Interim non videtur non esse operae pretium, ad nonnullos respondisse scrupulos ab Hermanno Fritzschioque motos, quatenus quidem ex indole atque ratione ipsius hujus loci petiti sint, nam quod ad auctoritatem aliorum scriptorum provocant, id profecto, quantum valeat, in propatulo est, postquam demonstravimus, nostrum locum accuratius excussum prorsus facere pro nobis, neque, etiamsi, Aristidis atque Juliani testimonia nihili omnino esse, temere sumas, deesse Ciceronis locum idem testantem, auctoris cum per se locupletissimi, tum eo gravioris, quod ad Aeschylum ipsum respexerit. Quod igitur Hermannus objicit, si contra, quam ipse faciat, statuatur, mirum esse, quod verba: *Ἐμὸν τόδ' ἔργον* seqq., non posita sint post versum 721, nempe eo loco, quo calculi Areopagitarum fingantur dinumerati, id quidem possit speciose dictum videri. Etenim primo obtutu sane hoc loco nihil aliquis exspectaverit, nisi illud:

Ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους,
ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος.

περιστέλλουσι, non *περιστέλλουσα*. Quam ob rem opus est, ut poeta in hoc sententiarum nexu, postquam praedicavit, talem majestatem (h. e. eam reipublicae formam, ubi nec nullum certum imperium sit aut leges solutae, nec arbitraria dominatio) juste verentibus regionis munimentum et urbis salutem fore, addat: »nimirum curiam hanc Areopagiticam,« nam ejus in hac re mentio omnino desideratur, et necesse est, ut, quodnam intelligendum sit munimentum, definiatur. His omnibus diligenter perpensis, non dubium esse poterit, quin puncto maximo, quo vulgo distinguitur post vocem *τόποις*, in comma, quod dicunt, mutato, versu 675 pro *ὕπερ* scribendum sit *ὅπερ*. Sic non solum aptissima oritur sententia, sed etiam verba: *κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον* seqq. recte conjunguntur cum antecedentibus *ἔρυμά τε χώρας καὶ πόλεως σωτήριον*, neque amplius asyndeta sunt, sive illa ad haec velis appositionem efficere, sive haec ad illa, quamquam hoc praeferendum videtur. Praeterea facile perspicitur, jam verbis: *εὑδόντων ὅπερ ἐγρηγορὸς φρούρημα γῆς καθίσταμαι*, longe alium subesse colorem, quam antea, eaque minime sic dicta esse, quasi dea nunc demum Areopagum constitutum proclamare velit. Neque enim primarium in sententia locum obtinent, sed adjecta sunt ad dictionem *τοῦτο βουλευτήριον* explicandam, nec vocabulum *καθίσταμαι*, quod praesentiae notionem involvit, profecto est ad vividum resecandum. Eadem interpungendi ratio, quam nos probavimus, etiam apud Robort. et Ald. comparet.

Postremo loco, Minerva, postquam consilium, quod in futurum tempus valere ipsa profitetur Vs. 676 sq., effata est, ad rem praesentem transiens, quod supra Vs. 644 praedixerat, peragit.

Prior igitur, eaque longe maxima pars hujus orationis nihil facit ad actionem fabulae promovendam, sed alio fine interposita est, de quo post egregiam Muelleri disputationem, ad Eumenidas p. 115 seqq., non opus est, ut verbo moneam. —

Vs. 683 et 684.

Κἄγωγε χρησμοὺς τοὺς ἐμούς τε καὶ Διὸς
Ταρβεῖν κελεύω, μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι.

Codices mscr. Med. et Guelph. atque ed. Ald. κἀγώ τε. Qua de re Fritzschius, quum forti oppositione opus sit, scribi vult: κἀγὼ δέ. Eadem dictio Pers. Vs. 538 et 764, sed tali vi posita, quae ad hunc locum minime quadret. Praeterea καὶ — δὲ apud Nostrum legitur Prom. Vs. 975, Eumen. Vs. 65 et 384, Pers. Vs. 149 et 255. Robortellus: κἀγώγε, sic etiam Victorius et Dissen. ad Pind. Isthm. VII, 45 (p. 600 ed. Goth.), ubi cum locutione: ἐπέων δὲ καρπὸς οὐ κατέφθινε a Schneidero comparatus laudatur Sept. contra Theb. Vs. 600 et hic locus. Et nullo jure hinc expuleris particulam γε, quae etiam ad alteram lectionem τε propius accedit, quam δέ. —

Vs. 685 et 686.

Ἀλλ' αἱματηρὰ πράγματ' οὐ λαχὼν σέβεις,
μαντεῖα δ' οὐκ ἔθ' ἁγνὰ μαντεύσῃ μένων.

Verbum μένων jam pridem sensu carere visum est interpretibus, quam ob rem vario modo correxerunt. Retinuit tamen post Butlerum Wellauerus, sic vertens: si ductus (diutius) hic manseris neque huic rei te immiscere desines. Quocum nuperrime fecit Muellerus, et ita quidem, ut verba: »si manseris« ad judicium de caede ferendum spectare vellet, vid. append. p. 22. At ego non dubito cum Hermanno, in censura p. 97, quin μένων hac quidem significatione inepte positum sit. Is, quod olim conjecerat, etiam nunc probat, νέμων, »habitans,« reponendum esse. Quam correctionem non modo superfluam esse censeo, sed etiam falsam. Facile enim, opinor, quivis senserit, poetam construi voluisse verba: μαντεῖα οὐκ ἔθ' ἁγνὰ μαντεύσῃ, »oracula non jam pura edes,« neque vero: μ. οὐ. ἐ. ἁ. νέμων μαντεύσῃ, »oracula non jam pura habitans vaticinaberis.« Nam illud quum per se aptius sit, tum plane efficitur e responsione Apollinis:

Ἦ καὶ πατήρ τι σφάλλεται βουλευμάτων
πρωτοκτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος;

Mitto Stanlejum eadem vi ipsum vocabulum μένων adhibitum putantem. Sane nihil omnino mutandum est, sed μένων significat: ferens, sustinens, quo sensu egregie refertur ad verba: αἱματηρὰ πράγματα. —

Versu 709 quod καὶ pro οὐ est in ed. Ald. et Turneb. atque pro var. lect. ap. Stephanum Fritzschio sic imposuit (vid. cens. p. 74), ut verba ratione haud verisimili mutanda censeret. Equidem non dubito, quin ista varia lectio merus sit aut error Aldi, aut correctio.

Ad Vs. 712 sq. de ratione, qua ab Areopagitis lata sint suffragia, haec proderit adnotasse. Muellerus l. l. p. 161 duas adfuisse urnas censet et Areopagitas calculum unum de ara sublatum in alterutram conjecisse, nisi alterum eumque irritum habuerint ad rem occultandam. Cui Fritzschius in censura p. 63 opponit, e verbis ἐν διαιρέσει versu 719 positis effici, ut omnes calculi in unam urnam conjecti sint; nec sequi ex eo, quod Vs. 712 pluralis numerus τευχέων adhibeatur, ut duae urnae fuerint. Innuit Muellerus eam suffragiorum ferendorum rationem, quam Schoemannus l. l. p. 723 posteriore loco posuit; sed hoc certe tribuendum Fritzschio, illam non statui posse, nisi ea sub conditione, quam Muellerus addiderit. Fritzschius contra eum modum intelligit, de quo Schoemannus l. l. priore loco dixit. Possis eodem jure etiam vulgarem rationem sumere, de qua Schoemannus disseruit p. 721 et 722. Alias officium calculorum ex urna ejiciendorum numerandorumque ejus erat qui praesidebat vel praeconis. Hic nota, judicibus tributum esse et quidem pluribus, quippe in re gravissima, ut error omnis evitaretur. Si primum vel postremum suffragiorum ferendorum modum intelligendum censeas, probabiliter conjicias, officium calculorum ex urnis ejiciendorum duobus judicibus mandatum esse, et si hunc quidem, uni ut κύριον καδίσκον curaret, alteri ut ἄκυρον. Tametsi enim hujus in calculis numerandis vulgo nulla ratio habebatur, tamen, quia, praesertim ubi certus erat judicum numerus, hoc modo res aperte accuratissime agebatur, hac in caussa haud inepte sic statui dicas. Utraque ratione etiam pluralis numerus τευχέων propriam potestatem habet, nec tamen in singulari ψῆφον, Vs. 679, offendendum est.

E versu 713 certo sequitur, ut poeta eo temporis spatio, quod jacet inter versum 467 et 536, Areopagitas a Minerva voluerit instructos; quae quidem res

etiam aliis de caussis probabilis est et notatur a scholiasta ad Vs. 468: *Ἀθηνᾶ ἀπῆλθεν εὐτρεπίσαι δικαστάς.* —

Vs. 718 sqq.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πεμπάζετ' ὀρθῶς ἐκβολὰς ψήφων, ξένοι,
τὸ μὴ 'δικεῖν σέβοντες ἐν διαιρέσει.

ΧΟΡΟΣ.

Γνώμης δ' ἀπούσης πῆμα γίγνεται μέγα,
βαλοῦσά τ' οἶκον ψῆφος ὤρθωσεν μία.

Sic hi versus, qui vulgo Apollini tribuuntur, dispositi sunt a Wellauero; sed injuria. Nam duos postremos facile quivis intellexerit non posse nisi aut Apollini aut Oresti assignari. Quod Wellauerus refert, quattuor versus integros a Robortello Apollini attribui, non recte fecit, nam apud hunc, ut apud Aldum, Choro continuantur. Itaque illud primum a Victorio factum videtur, cujus mihi editionem non licuit oculis usurpare. Jam quum per se haud consentaneum sit, si hic, ubi diverbium est inter Orestem et Chorum, etiam Apollini loquendi locus concedatur, tum me quidem, quominus ita statuam, prohibet quod versu 718 positum est vocabulum *ξένοι*. Neque enim persuadebitur mihi, Apollinem, qui *πατρῷος* fuerit Atheniensibus, et si quis alius, pertinuerit ad *δαίμονας Παλλάδος πόλιν νέμοντας*, eo verbo a poeta factum esse judices compellantem. Quam ob rem conjicio, hos versus ad unum omnes Oresti tribuendos esse. Similiter supra, ubi diverbium est inter Chorum et Apollinem, postquam singuli binis versibus verba fecerunt, in fine Choro, qui diverbium exorsus erat, tres assignati sunt.

Postremus versus magnum viris doctis negotium facessivit. Plurimi correxerunt, at parum feliciter. Scholiastes mire: *Ἡ ψῆφος δὲ βαλεῖν τε καὶ ὀρθῶσαι οἶκον δύναται.* Wellauero loci sensus hic videtur: »unum suffragium, quod, si abest, demum evertit, eam servare potest.« Sed is nec aptus est, nec potest e verbis extricari. Hermannus et ipse in vulgata lectione acquiescendum ratus, e praecep-

dente versu supplendum ad vocem βαλοῦσα sit vocabulum γνώμην, esse enim verbum ψῆφος ita usurpatum, ut intelligendus sit ὁ ψηφιζόμενος. Vertit igitur: »fehlt eine Stimme, so entsteht grosser Nachtheil: aber ein einziger Stimmstein, den sie hineingeworfen (abgegeben) hat, richtet ein Haus auf.« At in hac interpretatione, quae quam contorta sit, neminem fugit, ne quid moneam de locutione: ψῆφος βάλλει γνώμην, de qua Hermannus remisit ad ea, quae disputavit R. Klotzius in praefatione ad Ciceronis orationes p. XLV, ne ea quidem ratio satis placet, qua acceptum est verbum βαλοῦσα. Equidem locum sic capio: sententia (una) si abest, damnum exoritur magnum, et si contigit demum suffragium unum, servavit (domum). Haec explicatio et sensum fundit optimum, et eam ob caussam sola apta est ad hunc locum, quia verba: βαλοῦσα (οἶκον) ψῆφος, quum opposita sint dictioni γνώμης ἀπούσης, aperte nihil aliud significare possunt. —

Vs. 745 sqq.

Καὶ χαῖρε καὶ σύ, καὶ πολισσοῦχος λεώς,
πάλαισμ' ἄφυκτον τοῖς ἐναντίοις ἔχοις,
σωτήριόν τε καὶ δορὸς νικηφόρον.

Hunc in modum vulgo interpungitur locus. Hermannus:

Καὶ χαῖρε· καὶ σὺ καὶ cett.,

Fritzschius:

Καὶ χαῖρε, καὶ σὺ καὶ πολισσοῦχος λεώς·

versu sequente pro ἔχοις legens ἔχοι, ut olim Hermannus; quoniam scilicet ea sententia, quae postremis duobus versibus contineatur, non ad deam, sed ad cives Athenienses referenda sit. Sed non opus est, etiamsi nolis nuperam Hermanni interpungendi rationem admittere, quae quidem haud ita male se habet. Neque enim video, cur verbum ἔχοις non possit ad sola vocabula πολισσοῦχος λεὼς trahi, quum praesertim posteriore loco posita sint. Similiter praeco in fabula, quae ab Agamemnone nomen invenit, Vs. 494 sqq., postquam patriam, solem, Jovem, Apollinem invocavit, ceteris missis ad hunc solum

dirigit orationem; et infra Vs. 968 sqq. Chorus postquam posuit illud: χαίρετε πάντες, οἱ κατὰ πτόλιν δαίμονές τε καὶ βροτοὶ Παλλάδος πόλιν νέμοντες, addens:

μετοικίαν δ' ἐμὴν
εὐσεβοῦντες, οὔτι μέμ-
ψεσθε συμφορὰς βίου, —

non tam simul ad deos et mortales respicit, quam ad solos mortales.

Hoc loco operae pretium videtur, nonnulla disputasse de forma vocis πολισσοῦχος, quippe quae Aeschylo maxime propria sit, nec tamen, me quidem judice, adhuc recte explicata. Audiamus de ea duos egregios viros, Lobeckium atque Buttmannum, diversas in partes abeuntes. Et ille quidem ad Phrynich. Parerg. p. 667 haec scripsit: »— πολισσοῦχος, cui cave componas πολισσονόμος, quod qui fabricavit, suavitatis caussa contra rationem peccavit. Quum enim in plerisque vocabulis, quae cum ἕλκω, ἔργω et ἔχω componuntur, in confinio utriusque vocabuli ο et ε concurrant in ου confluxurae, ταλαντοῦχος, πολιοῦχος, κυνοῦλκος, ἁμαξοῦργος (instabili illa et erratico accentu), a consuetudine impetratum est, ut ea quoque, quae aliter se haberent, hunc flexum sequerentur, πολισσοῦχος, τελεσιουργεῖν, ἐντεσιουργός, πανοῦργος, ταλασιοῦργος, quibus veluti ex insitu alieni surculi novus color tractus est. Ordinem servant κωλυσιεργεῖν et quod pro illo in Homero legitur ἐντεσιεργός.« Sic Lobeckius. Contra Buttmannus in Gr. Gr. T. II, p. 352, not. **) professus, parum sibi probabilem videri vulgatam verborum πολισσονόμος et πολισσοῦχος explicandorum rationem, secundum quam e nominandi casu πόλις ficta putentur, alteram aliquando hujus vocis formam exstitisse conjicit πόλισσα, unde illa flexa sint, quam in rem comparavit urbium nomina Λάρισσα, Ἄμφισσα. Vides utriusque viri docti sententia quam infirma sit; at dicas tamen, alteram propius accedere ad veritatem. Neque enim caussa est idonea, cur verba πολισσονόμος et πολισσοῦχος non sint componenda, sed quivis, opinor, potius crediderit, ea unam eandemque habuisse originis rationem, nec liquet, quo jure πολισσοῦχος conferatur cum vocabulis τελεσιουργεῖν cett., de quibus quidem nec ipsis satis recte expositum est a quoquam, aut quid sibi velint

literae σσ; has enim e nominandi casu πόλις ortas esse, ea mihi tanta cum licentia facta conjectura videtur, ut prorsus intolerabilem clamem atque proclamem. Buttmanno tamen, praeterquam quod de voce πόλισσα aliunde nihil omnino innotuit, verba Λάρισσα et Ἄμφισσα in comparationem vocanti, objeceris, hac re proprie omnino nihil effectum esse; poterat autem majori sane jure provocare ad ejusdem vocabuli formas βασιλὶς et βασίλισσα. Sed etiam magis adversatur viro praestantissimo, quod altera exstat verbi πολισσοῦχος forma πολισοῦχος, cfr. Septem contra Theb. Vs. 804, quae si genuina est, sequitur, ut de voce πόλισσα non sit cogitandum, nisi forsan etiam hic contra regulam peccatum esse velis. Nam plenior vocabuli forma qua ratione ex altera orta sit, ut facile est intellectu, ita quomodo haec apte explicari possit, si ab illa statuatur originem habuisse, vix probaveris. Equidem non dubito, quin res ita se habeat. Composita sunt vocabula πολισσονόμος et πολισοῦχος sive πολισσοῦχος, ut usus postulabat, a stirpe verbi πόλις, addita, ut saepissime, vocali litera ο. Illa autem primitus non fuit ΠΟΛΙ-, sed ΠΟΛΙΔ-, testantibus compositis vocabulis et substantivis et adjectivis, quorum secundus casus exitum habet in -ιδος, v. c. Εὔπολις, -ιδος et φιλόπολις, -ιδος. Hujus rei in verbo simplici nullum vestigium remansit, nisi in vocibus, de quibus sermo est, ubi illud priorem vocabuli compositi partem efficiebat. Eae a principio sonabant: πολιδονόμος et πολιδοῦχος, inde litera δ, ut haud raro solebat, in σ mutata, ortum: πολισονόμος et: πολισοῦχος, hinc denique, σ litera geminata: πολισσονόμος et: πολισσοῦχος. —

Sequens carmen, quod legitur inde a versu 748 usque ad versum 760 et repetitum infra inde a versu 775 usque ad versum 787, quomodo inter singulas Chori personas distribuendum sit, disceptaverunt Muellerus, Hermannus, Fritzschius, sed eventu impari atque incerto. Nos quia de priori ejus parte non habemus, quod recte vel nove moneamus — laudamus autem Hermannum, ex optimis codicibus mscr. ἰὼν, ἰὼν ἀντιωπευθῇ reponi jubentem —, in altera quae

Hermanno assentiri malis. Sed haec quia longum est accuratius excutere, alio potius loco retractare volumus. Interim ea proponemus, quae ad Aeschylum recte intelligendum satisfacere fuerint visa.

Et primum quidem plane sentimus cum Muellero, verba Minervae, quae posita sint Vs. 459 sq., prohibere dicente, quominus dea ipsa judicis munere functa esse statuatur. Quam sententiam Hermannus quidem graviter notat, neque enim velle deam omnino non judicare, verum non solam; at vero num hic sensus esse potest verborum:

οὐδὲ μὴν ἐμοὶ θέμις
φόνους διαιρεῖν ὀξυμηνίτους δίκας,

an quo tandem loco hujusmodi quid prolatum est? Vs. 81 sqq. Apollo dicit:

Κἀκεῖ δικαστὰς τῶνδε καὶ θελκτηρίους
μύθους ἔχοντες, μηχανὰς εὑρήσομεν,
ὥστ' ἐς τὸ πᾶν σε τῶνδ' ἀπαλλάξαι πόνων,

Vs. 215 idem:

Δίκας δὲ Παλλὰς τῶνδ' ἐποπτεύσει θεά.

Vs. 411 et 446 Furiae et Orestes expetunt quidem, ut Minerva caussam dijudicet, at ipsa iis, quae respondet V. 449 sq., negat, sibi quidem fas esse, huic postulato obsequi; quare postea, Vs. 460 sqq., quum tamen conducere visum sit, Furiis atque Oresti rogantibus haud prorsus deesse, judicium se e civibus juramento obligatis constituturam praedicat. De loco, qui sequitur inde a versu 465, supra diximus; quamquam is potius, quia corruptus est, omnino non potest in censum vocari. Sed, utut de eo statueris, hoc sane difficillimum fuerit certo comprobare, contineri eo, quod Hermanno favere credas. Illud valet etiam de versu 551, quem et ipsum supra tractavimus, ubi aut falsam censemus correctionem ab Hermanno propositam, aut sic accipiendam, ut Muellerus fecit in append. p. 22, vertendo: Du eröffne nun || den Streit und leit' ihn, wie es deine Weisheit heischt; quae quidem res ob versum 609 maxime dubia est. Hoc laudato, superest, ut afferatur locus, qui est Vs. 599 et 600:

Ἀλλ' ὡς ἀκούσῃ, Παλλάς, οἵ τ' ἐφήμενοι
ψήφῳ, διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι,

quippe quo Minerva distinctis verbis segregetur ab

iis, quibus judicandi munus mandatum erat; nam, ut alios omittamus, versum 648, qui vulgo sic legitur:

Τί γάρ; πρὸς ὑμῶν πῶς τιθεῖσ' ἄμομφος ὦ;

nemo, opinor, nobis adversari contendet.

Huc accedit, quod Minerva constanter tanquam ἡγεμὼν τοῦ δικαστηρίου producitur. Signatur haec res ab Apolline Vs. 215 et 550, spectantque ad eandem ex iis, ubi dea ipsa loquitur, locis, ut omittam Vs. 465 seqq. a me emendatos, Vs. 536 seqq., Vs. 552 seqq., Vs. 644 sq. coll. cum Vs. 678 seqq., Vs. 712 sq., denique Vs. 722 et 723. Jam vero num moris erat ἡγεμόνι τοῦ δικαστηρίου, judicis loco ferre suffragium? Minime. Itaque vel hinc concluseris, falsum esse, quod Hermannus et Fritzschius velint. At enim vero objicere poterunt, haud constare, quinam, praesertim vetustissimis temporibus, in Areopago mos obtinuerit. Quamquam ego quidem putaverim, hanc dubitationem non maximi esse faciendam. — Sed asserat aliquis, deam ipsam, se caussam dijudicare velle, testari his verbis:

Ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην.

Sunt ea sane maximi momenti in lite dirimenda. Et profecto Butlerus »cave,« inquit, »jungas λοισθίαν cum δίκην, debet enim ad ἐμέ subauditum referri.« Non opponam, haud liquere, cur, si suffragium inire volebat Minerva, quum id clam fieret, efferat, suum esse opus, ut postremo loco caussam dijudicet, at ista interpretandi ratio, id quod quivis facile senserit, ipsa verborum conformatione ac collocatione satis refutatur, nec scio quemquam, qui idem statuere voluerit. Etiam Fritzschius in censura p. 65 dictionem Euripideam: ψήφους ἴσας κρίνασα, quam sic Germanicam fecit: indem ich durch meine Entscheidung dir gleiche Stimmen ausgewirkt habe, comparans cum verbis, de quibus disputatur, vocabulum λοισθίαν trahit ad δίκην. Sed vellem, quem nostro loco sensum subesse putaret, accuratius significasset. Stanlejus sic verterat: »Hoc meum est opus, postremam litem dijudicare,« sed in notis mss. pro ultimis verbis posuit: »extremam ferre sententiam.« Significat dictio: ultimam caussam dijudicare, de exitu caussae judicium habere. His vero verbis non potest id exprimi, Minervam jam simul cum

judicibus suffragia ferre, sed id solummodo, eam post lata a judicibus suffragia, si controversia orta fuerit, utra pars victoriam consequuta sit, id quod infra evenire videbimus, paribus utrimque suffragiis comparentibus, litem dirimere velle et ultimam sententiam pronunciare. Ergo etiam hic locus, isque profecto gravissimus, contra Hermannum et Fritzschium facit.

Praeterea, ut concedam, id quod Minerva Vs. 705 futuro tempore utatur, si rem ad vivum resecare velis, nihil probare, at sequitur tamen exinde, ut sententiam illam cum Muellero ad Vs. 722 sq. trahere liceat.

Denique, id quod non infimo loco posuerim, indoles atque natura eorum verborum, quibus dea rationem reddit, cur Oresti calculum suum adjicere velit, talis est, ut vel sola prohibeat, quominus sententia, de qua loquitur Minerva, de justitia vel injustitia caedis ab Oreste perpetratae ferri credatur. Cogita modo, sodes, quae ipsa supra de gravitate hujus caussae dixerit, quales judices sibi eligendos praedicaverit, et quantopere inculcet Areopagitis, ut jusjurandum datum reverentes controversiam discernant, et vicissim quam levis ea caussa sit, cur ipsa jam se Oresti calculum suum adjecturam significet, utpote qua non internam rationem caedis illius ponderet, sed potius suo tantum sensui obsequatur, et facile apparebit, non velle eam Vs. 705 ad judicium de facinore Orestis habendum respicere, quod totum Areopagitis relinquitur, sed nihil, nisi signare, quid ipsa, si suffragia judicum lata fuerint, sibi, tanquam ἡγεμόνι τοῦ δικαστηρίου, non facinoris vel justitiae vel injustitiae ratione habita, sed pro sensu suo, ut caussa ad finem perducatur, agendum putet.

Haec fere sunt, quae ad quaestionem solvendam ex ipso poeta afferri possint. Exstare vero etiam aliorum veterum scriptorum testimonia, quibus sententia a Muellero de nostri loci ratione prolata, apte comprobetur, Hermannus et Fritzschius ipsi concesserunt. Etenim, ne Philostratum et Dionem Cassium moremur, Aristides de ipsa Orestis caussa in Areopago dijudicata haec scripsit: φεύγοντα δ' (Ὀρέστην) Ἀθήνῃσι δίκην ὑπ' Εὐμενίδων, ἴσων τῶν ψήφων

idem quod δὲ ὀργῆς. — Pro σταλάγματα in cod. Med. apud Weigel. varia lectio est: στηνάγματα, in cod. Reg. L. et scholio ad hunc locum: στενάγματα. Hoc enim vulgo sic scriptum est: Σταλάγματα) Γράφεται στενάγματα. Σταλάγματα δέ εἰσιν αἰχμαὶ βιβρώσκουσαι τὰ σπέρματα. Sed idem Robortellus ita exhibuit: Σταλάγματα) Γράφεται στάγματα. Στάγματα δέ κ. τ. λ. Quae scribendi ratio si vera est, conjicias, principio pro interpretamento vocis σταλάγματα adscriptum fuisse: στάγματα, idque vocabulum ab aliquo librario sive casu, sive quod pro varia lectione haberet, et cavere vellet, ne versus mancus esset, mutatum esse in στενάγματα. —

Vs. 790 sqq.

Κἀγὼ πέποιθα Ζηνί, καὶ τί δεῖ λέγειν;
καὶ κλῆδας οἶδα δωμάτων μόνη θεῶν,
ἐν ᾧ κεραυνός ἐστιν ἐσφραγισμένος·
ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ· σὺ δ' εὐπειθὴς ἐμοὶ
γλώσσης ματαίας μὴ 'κβάλῃς ἐπὶ χθόνα
καρπόν, φέροντα πάντα μὴ πράσσειν καλῶς.
Κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος,
ὡς σεμνότιμος καὶ ξυνοικήτωρ ἐμοί·
πολλῆς δὲ χώρας τῆσδ' ἔτ' ἀκροθίνια,
θύη πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους,
ἔχουσ' ἐς αἰεὶ τόνδ' ἐπαινέσεις λόγον.

Cum versu 792 cfr. Pindar. fr. incert. 9 ibique notam Dissenii in ed. Goth. p. 655. Fulmen saepius gerit Minerva, cui μώνᾳ Ζεύς τόγε θυγατέρων δῶκεν, πατρώϊα πάντα φέρεσθαι, cum apud scriptores veteres, cfr. v. c. Eur. Troad. Vs. 80 et quos cit. Stanl.: Quint. Smyrn. XIV, 458 ac Virgil. Aen. I, 42, tum in artis operibus, ut in gemmis et in numis Atticis, Syracusanis, Romanis Diocletiani. Apud Hom. Il. XI, 54 tonat simul cum Junone.

Versu 796 vocabulum κύματος aut proprio sensu accipi potest aut metaphorico. Illud v. c. fecit Wakefieldus ad Vs. 54, ubi de dictione: δυςφιλῆ βίαν disserens a Nostro istum liquorem hoc loco appellatum dicit: κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος. Sic cum verbis κοίμα κύματος μένος comparaveris quodammodo

adjecerit, quum quaenam ratio esset suffragiorum ab hominibus (Areopagitis) latorum, videret, scilicet, ut ad Aeschylum redeamus, non ante versum 712, sed post versum 713, et quidem, si tum demum recte suffragia dinumerata putantur, post versum 721. — Adderem equidem Ennii versum apud Varronem de lingua Latina, lib. VII, §. 19, quem Muellerus in edit. Varron. p. 126 sic exhibuit:

Areopagitae quidem dedere aequam pugnam,

ex longiore versu sumptum censens, eoque ex loco tragoediae, quo Minerva apud Aeschylum dicat: Οὐ γὰρ νενίκησθ᾽, ἀλλ᾽ ἰσόψηφος δίκη ἐξῆλθ᾽ ἀληθῶς, — si lectio certa esset.

Haec argumenta, ut summam faciamus disputationis nostrae, sufficere nobis videntur, ad eam universi loci explicandi rationem comprobandam, quam post alios quidem, sed diligentius et accuratius prolatam a Muellero supra proposuimus. Sunt autem fere omnia ita comparata, ut, si vel unum certum esse concedas, etiam de reliquis idem statuas oporteat, et totam opinionem, quam defendimus, veram esse. De qua re non opus ut fusius exponatur.

Interim non videtur non esse operae pretium, ad nonnullos respondisse scrupulos ab Hermanno Fritzschioque motos, quatenus quidem ex indole atque ratione ipsius hujus loci petiti sint, nam quod ad auctoritatem aliorum scriptorum provocant, id profecto, quantum valeat, in propatulo est, postquam demonstravimus, nostrum locum accuratius excussum prorsus facere pro nobis, neque, etiamsi, Aristidis atque Juliani testimonia nihili omnino esse, temere sumas, deesse Ciceronis locum idem testantem, auctoris cum per se locupletissimi, tum eo gravioris, quod ad Aeschylum ipsum respexerit. Quod igitur Hermannus objicit, si contra, quam ipse faciat, statuatur, mirum esse, quod verba: Ἐμὸν τόδ᾽ ἔργον seqq., non posita sint post versum 721, nempe eo loco, quo calculi Areopagitarum fingantur dinumerati, id quidem possit speciose dictum videri. Etenim primo obtutu sane hoc loco nihil aliquis exspectaverit, nisi illud:

Ἐκβάλλεθ᾽ ὡς τάχιστα τευχέων πάλους,
ὅσοις δικαστῶν τοῦτ᾽ ἐπέσταλται τέλος.

est a Muellero. Contra Bernhardy in Synt. p. 227, §. 19, a. κατὰ γᾶν ait, quamquam raro, significare: sub terra. Sed verissime Fritzschius in append. p. 84 intellexit, hanc locutionem omnino non quadrare nostrum ad locum. Comparat cum verbis:

ἐμὲ παλαιόφρονα, κατά τε γᾶν οἰκεῖν
ἀτίετον μῖσος

Vs. 750 (777):

Ἐγὼ δ' ἄτιμος ἡ τάλαινα βαρύκοτος
ἐν γᾷ τᾷδε.

Negat Furia haec exclamans, se inhonoram habitare velle in terra, tangitque eadem Minerva hisce verbis, Vs. 813:

Ὑμεῖς δ' ἐς ἀλλόφυλον ἐλθοῦσαι χθόνα
γῆς τῆσδ' ἐρασθήσεσθε —

et Vs. 841 sqq.:

Οὔτοι καμοῦμαί σοι λέγουσα τἀγαθά·
ὡς μήποτ' εἴπῃς, πρὸς νεωτέρας ἐμοῦ
θεὸς παλαιὰ, καὶ πολισσούχων βροτῶν,
ἄτιμος ἔῤῥειν τοῦδ' ἀπόξενος πέδου.
Ἀλλ' εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι πειθοῦς σέβας,
σὺ δ' οὖν μένοις ἄν —

quae, si supra κατὰ γᾶς scripseris, omnino non habebunt, quo referantur. Quod mirere a nemine uno observatum esse.

Versu sequente:

ἀτίετον, φεῦ, μύσος

recte nuperrime secundum ed. Ald. μῖσος scripserunt pro μύσος. Apud Robortellum est: μῦσος, idemque in cod. Med. Weig. altero loco. Vocabulum φεῦ, quum numeros injuria turbare videretur, alii alio modo transposuerunt, Hermannus in loco suo reliquit tali modo explicans, qui mihi quidem et perquam ingeniosus videatur esse, et, si omnes calculos rite subduxeris, certe quoad summam rei, veritati proximus. Vide censuram p. 104 seqq. —

Versu 806:

Τίς μ' ὑποδύεται πλευρὰς ὀδύνα;

jam Schwenckio suspectus fuit anapaestus dochmio subjectus, atque in eadem re se semper offendisse profitetur Hermannus. Ipse tamen vir celeberrimus certam emendationem non habebat in promptu. Schwenckio scribendum videbatur: ὠδύνα pro ὀδύνα,

comparanti: ὠδίν, ὠδίνω, ὤδυσις, ὀδύσσω ab ὀδύαι, ζόη et ζωή, ὄψ et ὤψ, ὄσχος et ὤσχος et similia alia. Sed illa vocabuli forma nimis incerta est. Fritzschius, quum variae pateant corrigendi viae, facillimam hanc putat, ut reponatur: ὠδύνα h. e. ἁ ὀδύνα. Sed ipse confitetur, crasin hancce offensione haud carere. Equidem locum sic refinxerim:

Τίς μ' ὑποδύεται πλευράς, ὤ, δύα;

Sequuntur verba:

Θῦμον ἄϊε, μᾶτερ
Νύξ· ἀπὸ γάρ με τιμᾶν δαμιᾶν θεῶν
δυςπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.

Primum versum, quem Fritzschius falso Pherecrateum putat, recte Hermannus dochmiacum esse monuit. Vox ἄϊε tribrachum efficit.

Pro verbis: τιμᾶν δαμιᾶν cod. Reg. L. praebet: τιμῶν δαμαίαν, Guelph.: τιμᾶν δαμαίαν, ed. Ald. et Robort. priore loco: τιμῶν δαμαίων, altero: τιμᾶν δαμίαν, ut Turneb. et Victor., cod. Med. apud Weigel. priore loco: τιμῶν δαμαίων. Scholiastes, qui scripsit: Δαμίαν) τὴν δημοσίαν, alteram ed. Ald. et Robort. lectionem ante oculos habebat; sed is, qui hanc glossam composuit: Ἦραν δόλοι) οἱ δόλοι γὰρ τῶν θεῶν ὡς οὐδὲν παρῆράν με τῶν δημοσίων τιμῶν, videtur saltem vel δαμίων vel δαμιᾶν legisse. Quod dedit Wellauerus, vocabulum δαμιᾶν synizesin pati putans, ut versus sit dochmiacus dimeter, et post eum Muellerus, olim commendaverat Hermannus. Hic tamen nuperrime antiquiorem lectionem δαμαιᾶν recipiendam statuit, sic enim recte queri Furiam, id quod saepius repetatur, sibi jus maleficum puniendi ademptum esse, et simul pro metro insolito justum restitui dochmium. Postea Robertus Enger l. l. p. 27 notans, hoc versu dochmium creticos sequi, tacite scripsit: τιμᾶν δαμαίαν. Et fatendum, vestigia variarum lectionum eo ducere, ut alterum verbum non plurale, sed singulare credamus fuisse. Fritzschius non intelligere se fatetur, quomodo scriptura δαμαιᾶν eum, quem Hermannus velit, sensum fundere possit. Videtur Hermannus, et cum eo Engerus, vocabulum a δαμάω deduxisse, — notus certe Neptunus Δαμαῖος, cf. Pind. Ol. XIII, Vs. 69, — sed ita, ut notionem hu-

jus epitheti hoc loco sumpserint paullo variatam. Alibi vocem me non memini legisse. Nec est quod hanc interpretandi rationem maxime dubiam dicamus. Fritzschius in append. p. 86 nec synizesin illam probat in voce δαμιᾶν, duos dochmios restituendos affirmans, et varias lectiones alio ducere contendit; conjecisse se scribendum: ἀπὸ γάρ με τιμᾶν δαναιᾶν, coll. Vs. 748 (775) sq.: παλαιοὺς νόμους

καθιππάσασθε κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου.

Eandem tanquam Ludovici Dindorfii emendationem e Stephani Thesauro affert Hermannus, significans tamen, dubitationi obnoxiam esse. Sensui saltem, praeterquam quod facillima est, satisfacit; cfr. etiam Vs. 372. Possis autem secundum ea, quae modo monuimus, singulari numero δαναιὰν scribere malle: ut eadem hic in fine efferatur notio, quae ab initio verbis: ἐμὲ παλαιόφρονα. Vide etiam Vs. 810 et 843. Quamquam codicum mscr. hac in caussa anceps est fides. Scripturam τιμᾶν δαμιᾶν non tam ob sensum, quam propter metricas rationes, et quia minorem commendationem habet ab auctoritate librorum mscr., repudiaverim. —

Vs. 810 sqq.

Ὀργὰς ξυνοίσω σοι· γεραιτέρα γὰρ εἶ.
Καίτοι γε μὴν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα,
φρονεῖν δὲ κἀμοὶ Ζεὺς ἔδωκεν οὐ κακῶς.

Secundus versus in libris veteribus et scriptis et impressis sic habetur: καίτοι μὲν σὺ κάρτ' κ. τ. λ., nisi quod in ed. Ald. pro κάρτ' est γάρ τ', aperto mendo. Syllabam, quae deest, variis modis supplere tentaverunt viri docti. Quod receptum vides a Wellauero debetur Victorio et a plurimis recentioribus probatum est. Nuper tamen Hermannus, e particulis καίτοι γε μὴν sequi ait, ut poeta scripserit:

καίτοι γε μὴν οὐ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα,

et, si contrarium in sensum loquatur, Minervam nimis verecundam esse atque officiosam. Illud ut concedamus, tamen tum tantummodo ad rem facere posset, si γε μὴν genuina esset codicum scriptura, sed nihil est, nisi mera correctio, eaque haud sane facillima. Hoc, licet jam per se valde dubites, num

recte dictum sit, si non prorsus, at tamen aliqua ex parte evitabis, si versum sic resarciendum statueris:

καὶ τῷ μὲν εἶ σὺ κἄρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα.

Τῷ volebat jam Wakefieldus: »et in hoc sane, in quantum senior es, ob senectutem,« et *εἶ* inculcaverat Abreschius. Hanc igitur faciliorem opinor esse medicinam; sed — Minervam haud praestiterim. —

Vs. 816 sqq.

— καὶ σὺ τιμίαν
ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως,
τεύξῃ παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων,
ὅσην παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν.
Σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς
μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας, σπλάγχνων βλάβας
νέων, ἀοίνοις ἐμμανεῖς θυμώμασι·
μηδ' ἐξελοῦσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων,
ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη
ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν.
Θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μόλις παρών,
ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως·
ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην.

De primis verbis sic statuit Abreschius: »*Ἔχουσα τεύξῃ* pro *ἕξεις*. Structurae ordo est, *καὶ σὺ τεύξῃ ἔχουσα ἕδραν πρὸς τοῖς τοῦ Ἐρεχθέως δόμοις τιμίαν παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων, ὅσην* (nempe *ἕδραν* qualem ac quam insignem aedem sedemve sacram haud sortiaris apud alios, aut etiam ab aliis: nam utrumque significare posse, docent notata ad Cattierum p. 85; prior notio videri queat hic praeferenda, ob ea quae leguntur Vs. 807—811 (771—775 Well.)) *οὔποτ' ἂν σχέθοις παρ' ἄλλων βροτῶν.*« Eandem vocabulorum construendorum rationem amplexus est Muellerus in append. p. 24, notatus a Fritzschio in append. p. 90. Neque enim Graecam esse dictionem: *τιμίος παρά τινος*, et *τυγχάνω ἔχων* significare: habeo fortuito, qualis notio ad hunc locum omnino non quadret. Recte. Ipse in censura p. 90 ad voces: *τεύξῃ* et: *ὅσην* e praecedente *τιμίαν* suppleri voluerat: *τιμῆς* et: *τιμήν*, praeeunte jam Wellauero in lexico Aeschyleo s. v. *τυγχάνειν*. Sed hic

difficilior est supplendi modus, quam ut ferri possit, et integram sententiam reddit parum aptam. Tu sic construe: καὶ σὺ ἕδραν ἔχουσα π. δ. 'Ε., (τόσον) τιμίαν τεύξῃ π. ἀ. κ. γ. στ., ὅσην κ. τ. λ. — Ceterum verba πρὸς δόμοις 'Ερεχθέως non sunt ita intelligenda, quasi sacellum Eumenidum, ne dicam in Erechtheo, ut Welckerus scribit in libro de trilog. Aeschyl. p. 450, sed juxta ipsum Erechtheum situm fuerit, quippe quod jaceret inter Acropolin et Areopagum. Nihil aliud volebat Muellerus, quum ad Eumenidas p. 179 scribebat: Aeschylos kann daher auch das Heiligthum der Semnae dem Hause des Erechtheus nahe (πρὸς δόμοις 'Ερεχθέως) setzen, mit welchem Ausdruck er die ganze, von den ältesten Königen bewohnte, Akropole Athens bezeichnet. Quamquam quod postremo loco dicit, Fritzschio monente, non omnino opus est ut statuatur.

Versu 822 in cod. Med. apud Weig., in cod. Rob., Guelph. apud Aldum pro ἀοίνοις legitur ἀοίνους. Illud e conjectura Robortelli vulgo illatum est in verborum ordinem. Sed recte Henricus Ludolfus Ahrens in commentatione de causis quibusdam Aeschyli nondum satis emendati p. 29 librorum mscr. lectionem tuitus est vocabulo ad βλαβὰς relato. »Multo enim melius ex illo Aeschyli usu, e quo voci metaphorice adhibitae soleat epitheton addere, quod cum propria ejus vocis significatione pugnet, ut Sept. Vs. 81: κόνις ἄναυδος ἄγγελος, Suppl. V. 872: δίπους ὄφις, ut proprio vocabuli sensu sublato metaphorica vis augeatur, σπλάγχνων βλαβάς, locutionem metaphoricam, ἀοίνους vocari, quam θυμώματα.« Pergit vir doctus: »Robort. scholiastae explicationem sequutus videtur: ὅτι καὶ οἰνωθέντες τρόπον τινὰ γίνονται ἐμμανεῖς, quamquam inde concludere non licet, scholiastem ἀοίνοις legisse.« Cujus sententiae de priori parte dubito; apud Robortellum ipsum de hac re nihil reperitur, nisi hocce: »ναίων (sic) ἀοίνοις, nam Eumenidum sacrum non fiebat vino;« de altera prorsus consentio.

In sequente versu vel explicando vel emendando magnopere sudaverunt homines docti. Hoc tamen constat hodie, verba pro vulgata universi loci lectione corrupta esse. Jam Hermanni quidem conjecturam, pro ἐξελοῦσ' scribendum dicentis ἐξέδουσ', quam in rem

laudavit Homericam locutionem: θυμοβόρος ἔρις, coll. Apollon. lex. Homer. in V. θυμοβόρου et Wakef. not. ad Soph. Trach. Vs. 142, non nego facillimam esse, at, ut alia taceam, quae contra eam possint moneri, ab hac parte, quamquam idem a reliquis criticis factum est ad unum omnibus, omnino non tentandus erat locus. Quippe verbum ἐξελοῦσ' non esse mutandum, vel exinde collegerint, qui talia advertere soleant, quod aptissime opponitur sequentibus vocabulis: ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱ δ ρ ύ σ ῃ ς. At enim vero dicat aliquis, vocem ἐξελοῦσα vel ideo sublestae esse fidei, quod e scholio hocce: Ἐξελοῦσα) ἀναπτερώσασα κ. τ. λ. eam a scholiasta non lectam fuisse appareat, et scholiastes apud Robortellum, sic scribens: Ἐξελθοῦσα) διαπεράσασα, vel in lemmate variam lectionem habeat. Unde Fritzschius in censura p. 91 conclusit, etiam alterum scholiastam repperisse mendosum illud: ἐξελθοῦσα, ejusque interpretamentum posuisse non: ἀναπτερώσασα, sed: ἀναπεράσασα. Possit sane prius scholion scrupulum movere, an non sit ad variam scripturam referendum; at is, opinor, tolletur, si scholiastam statueris confudisse explicando verba ἐξαιρεῖν et ἐξαίρειν. Etenim si ἐξάρασα scriptum esset in lemmate, optime se haberet interpretamentum ἀναπτερώσασα. Illud vero quam facile fuerit factu ex eo perspici potest, quod etiam alibi, v. c. ab Hesychio, notante Abreschio ad Vs. 809, ἀφελομένη explicatur per ἀπάρασα et ἀφεῖλεν per ἦρεν. Quod autem attinet ad scholion a Robortello servatum, id sane quidem praebet variam lectionem, sed talem, quam nemo non videat e genuina scriptura ἐξελοῦσα ortam esse. Conjicias, scripsisse poetam:

μηδ' ἐξελοῦσ' ὡς κ α ρ δ ί α ς ἀλεκτόρων
ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη κ. τ. λ.

»Nec vero eximens tanquam e corde gallorum (ubi scilicet propriam suam sedem habet et maxime viget) in civium meorum pectore colloces Martem domesticum (proclivitatem ad discordiam domesticam).« — Interim ne sic quidem integrum locum, qui legitur inde a versu 820 usque ad versum 825, persanatum esse censeo. Wellauerus in lexico Aeschyleo s. v. Μηδὲ respondere sibi ait verba μὴ βάλῃς et μηδ' ἱδρύσῃς, vocem μήτε semel

positam putans, quod item factum vult Suppl. Vs. 965; sed falso utrumque locum composuit, nam in hoc sequitur particula δέ. De nostro vero loco si illud statuere velles, verba: μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας cett. omnino nihil haberent, quod ipsis responderet. Rectius particula μήτε excipi dicitur a sequente μηδέ, ut saepissime fit. Sed vel sic inepte procedit verborum structura. Nam poeta postquam dixerat: σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς μήτ' αἱματηρὰς θηγάνας, pergere debebat: μηδ' Ἄρη ἐμφύλιον, nunc autem quum subjiciat: μηδ' ἐν τ. ἐ. ἀ. ἱδρύσῃς Ἄρη ἐ., sic rem suam egit, quasi antea scripsisset: σὺ δ' ἐν τ. τ. ἐ. μὴ βάλῃς αἱμ. θηγάνας. Qui scrupulus quomodo removendus sit statim significabo. Versu 824 pro verbis ἱδρύσῃς Ἄρη veteres libri praebent: Reg. L. ἱδρύσῃ κάρη (κάρη etiam Cod. Med. Weig.), ἱδρύσῃ κόρη Guelph. et Ald., ἱδρύσῃ βάρη Rob., alter cod. Florent. apud Weig., var. lect. apud Stephanum. Illa emendatio est Stephani et Canteri, a recentioribus omnibus recepta. Sed videtur poeta voluisse: ἱδρῦσαί γ' Ἄρη, quae correctio facillime extricari potest e librorum lectionibus. Universus igitur locus sic scribendus:

Σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς
μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας, σπλάγχνων βλάβας
νέων ἀοίνους, ἐμμανεῖς θυμώμασιν·
μηδ', ἐξελοῦσ' ὡς καρδίας ἀλεκτόρων,
ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρῦσαί γ', Ἄρη
ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν.

Jam recte se excipiunt verba: σὺ δ' ἐν τ. τ. ἐ. μὴ βάλῃς μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας, μηδ' Ἄρη ἐμφύλιον, cetera. »Tu vero in terram meam ne jacias neque cruentas cotes cett., neque vero, eximens tanquam e corde gallorum, ut in civium meorum pectore colloces, Martem domesticum et qui in semet ipse saeviat.« — De gallo domestici belli symbolo praeter Pind. Ol. XII, Vs. 13 sqq., qui locus ab aliis laudatus est, et ea quae citata sunt a Stanlejo cfr. Aristoph. Nub. Vs. 1627 sq. et Lucian. Gall. C. 4.

Versu 826 interpretes verba: οὐ μόλις παρὼν explicantes in diversissimas abierunt sententias. Pavus: »non praesens vix: bellum non longe a finibus commendat, ne cives a suis absint longe: interpres

Graecus recte, οὐ μακράν.« Similiter Wellauerus cum Hermanno ad Viger. p. 788 et Schwenckio vertit: »bellum foris sit, sed satis vicinum,« addens: »i. e. non nimis longinquum, ne eo proficiscentes cives majoribus incommodis premantur, neve procul a patriae finibus moriantur.« Abreschius: »οὐ μόλις παρὼν non vix, sed scilicet certo instans ac propinquum, quod non procul abest, sed pro foribus, ad quod suscipiendum excitantur Athenienses Vs. 400 (375 Well.) et seqq.« Heathio videbatur »οὐ μόλις παρὼν idem hic significare ac μόλις οὐ παρὼν, bellum non diu hinc abfuturum.« »Respicere enim,« inquit, »hic poetam puto bellum istud Atheniensibus a Spartanis paullo post Orestis tempora illatum, in quo Codrus pro salute patriae propriam profudit vitam, hunc enim verisimile est versu proximo designari, ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως.« Fritzschio in censura p. 92 πόλεμος οὐ μόλις παρὼν valet: »bellum quod non lente suscipitur.« Alii verba corrigenda censebant. E quibus laudasse sufficiet Hermannum, jam olim scribi jubentem: ἢ μόλις παρών; quae verba nuper in censura p. 108 a scholiasta lecta fuisse dixit, versu nostro praedictionem pugnae ad Marathonem commissae contineri putans. At de scholiasta quidem aperte errat vir doctissimus, nam is nihil ante oculos habebat, nisi ipsum illud: οὐ μόλις παρὼν, in quo explicando arcte junxisse videtur verba: μόλις παρών. Ceterum ex variis hisce doctorum hominum sententiis satis elucet, quam multa significare possit locus, si verbis vel minimam velis vim facere. Sed omnes hae virorum doctorum explicationes, quae non egent refutatione, praeterquam quod contortissimae sunt et vel per se ineptae, notionem obtrudunt loco prorsus alienam atque superfluam. Etenim quae huic sententiae opposita sunt, et praecedentia Vs. 823 sqq. et sequentia Vs. 828, docent, versu 826 vix aliud quid loquutam fuisse Minervam, quam simpliciter: externum sit bellum. Ergo quid sibi hoc loco vult sententia peculiarem novamque continens cogitationem, qualis est, quam cum verbis: οὐ μόλις παρὼν adjectam putant? Hermanni autem correctionem, quam ipse fatetur sensum per se ambiguum fundere, omnino non intelligo.

Sed nulla opus mutatione. Scilicet interpunctionis signum, quod vulgo collocatur post πόλεμος, delendum est, et verba sic construenda: θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μόλις, παρών. De simili usu verbi παρὼν ex Aeschylo laudasse satis habeo Sept. contra Theb. Vs. 785:

τί δ' ἐστὶ πρᾶγος νεόκοτον πόλει παρόν;

et Choeph. Vs. 839:

εἴτ' αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρών.

Cfr. Valckenaer. adnot. ad Eurip. Phoeniss. Vs. 480; Schaefer. not. ad Lamb. Bos. librum de ellips. p. 785. De loquutione οὐ μόλις, qua nonnisi verbi: θυραῖος effertur notio, primus G. Dindorfius in praefat. ad poet. scen. p. XXVII cum nostro loco comparaverat Agam. V. 1082:

ἀπώλεσας γὰρ, οὐ μόλις, τὸ δεύτερον

et Eurip. Helen. Vs. 334:

θέλουσαν, οὐ μόλις, καλεῖς,

ubi vid. not. Pflugkii. — Haec verba universe dicta sunt, ut praecedentia, et optime quadrant in quodvis tempus; non videtur tamen dubium esse, quin singulari status politici, qualis tum erat, quum *haec* fabula docebatur, habita ratione posita sint; cfr. quae disputavit Mueller. ad Eumenidas p. 124 et p. 118, not. 3. —

Vs. 850 et 851.

Ἔξεστι γάρ σοι τῆσδε γ' εὐμοίρου χθονὸς
εἶναι δικαίως ἐς τὸ πᾶν τιμωμένῃ.

Libri veteres pro γ' εὐμοίρου χθονὸς habent: γ' ἀμοίρου χθ., nisi quod apud Robortellum exstat: δ' ἀμοίρυ χθ. et e cod. Med. apud Weig. affertur: ἀμοιρούχθονος. Illud primi dederunt Turnebus ac Victorius. Correctionum quum ingens sit numerus, elegantissima sane, quam proposuit Dobraeus in Classical. Journal. T. III, p. 654, scribens: τῆσδε γαμόρῳ χθονὸς, pro qua Fritzschius in cens. p. 94 faciliori etiam mutatione reponi posse notat: τῆδε γάμορον χθονός. Quamquam ne hanc quidem ausim unice veram vocare. Similiter Minerva supra Vs. 831 dixerat: πάρεστί σοι, χώρας μετασχεῖν τῆσδε, et apud Sophoclem Oed. Colon. Vs. 458 Eumenides appellan-

tur δημοῦχοι γῆς. Nam ibi pro optimorum librorum lectione: πρὸς ταῖσι vel προσταῖσι ταῖς, σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς scribendum videtur: πρὸς ταῖσι γῆς σεμναῖσι δημούχοις θεαῖς. — Wellauero in lexico Aeschyl. ceteris praeferendum visum est Wakefieldi inventum: τῆδ' ἐπ' εὐμοίρου χθονός. —

Vs. 860 et 861.

ΧΟΡΟΣ.

Καί μοι προπαντὸς ἐγγύην θήσῃ χρόνου;

ΑΘΗΝΑ.

Ἔξεστι γάρ μοι μὴ λέγειν ἃ μὴ τελῶ.

Alter versus mirum est quantum negotii facessiverit viris doctis, quorum alii dictum putabant pro: *οὐκ ἔξεστί μοι λέγειν ἃ μὴ τελῶ,* alii corruptum. Utrumque injuria. Rectius judicans Fritzschius verba sic Germanica fecit: Wer wehrt denn nicht zu sagen, was man nicht erfüllt? Respondet Minerva: Sane; licet enim mihi non dicere (tacere), quae non perficiam; h. e. si nollem perficere, non opus haberem dicere. Quae sententia non video quid invenusti aut inconcinni habeat. —

Vs. 862 sqq.

ΧΟΡΟΣ.

Τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;

ΑΘΗΝΑ.

Ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,
καὶ ταῦτα γῆθεν, ἔκ τε ποντίας δρόσου,
ἐξ οὐρανοῦ τε, κἀνέμων ἀήματα
εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·
καρπόν τε γαίας καὶ βροτῶν ἐπίῤῥυτον
ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ,
καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν.
Τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις.
Στέργω γάρ, ἀνδρὸς φιτυποιμένος δίκην,
τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.
Τοιαῦτα σοὔστι· τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ
πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ
τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν.

Verba: ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα vulgo cum Schuetzio sic capiunt: »omnia bona, quae ad justam victoriam de hostibus in bello reportandam valent; nimirum frugum copia, armentorum et equorum abundantia, felicia humanae sobolis incrementa (?).« Universi autem loci hanc Schuetzius putat rationem esse, ut Minerva usque ad versum 873 ea recenseat emolumenta, »quae domi et pacis tempore civitati suae ab Eumenidibus tribui velit, quae ad bella, justa quidem illa, feliciter gerenda, victoriamque de hostibus obtinendam utilia sint;« deinde vero, »quod ad bella ipsa attineat, horum recte et feliciter gerendorum curam sibi vindicet.« Aliter Wellauerus, sic scribens: »νίκης μὴ κακῆς unice verum puto; vicerunt enim Furias Minerva ejusque cives, sed ea victoria non est mala, ex qua victor male habere victum et interficere solet, sed bona, ita ut victi in gratiam et amicitiam recipiantur.« Quae quidem explicatio vix cuiquam arriserit. Illi possis fidem conciliare velle e versu 963:

τὸ δὲ κερδαλέον
πέμπειν πόλεως ἐπὶ νίκῃ,

si haec verba cum Stanlejo interpreteris, ut vulgo fieri solet: »quod vero proficuum mittite in urbis victoriam;« sed eandem ineptam esse demonstrare studuit Fritzschius in censura p. 97 sq. partim ex ipsa sententia, partim ex oppositis verbis: τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ cett., quae poeta si illum voluisset versus 863 sensum esse, non potuisset sic, ut fecit, subjicere, partim e vi atque usu loquutionis: ἐπίσκοπόν τινος, cui quidem caussae non nimium tribuerim. Ipse tamen quam de universo loco protulit conjecturam, eam profecto non est, quod moremur. Sane quidem paullo contortior est interpretatio a Schuetzio proposita, nec tamen ideo dixerim omnino non ferendam, et probata est a Muellero, nisi quod hic verba μὴ κακῆς aptius non de justa victoria intelligit, sed de pulchra et praeclara. Fritzschio verba nihil aliud significare posse videbantur, nisi hoc: »was einem guten Siege angemessen ist, dazu wesentlich gehört.« Itaque dicas, hunc sensum esse: tu exopta huic terrae quaecunque apta sunt ad eximiam victoriam, qualem ego scilicet procu-

rabo, et cum hoc meo dono suo in genere conveniunt, iis ex rebus, quarum penes te arbitrium est. Sed dictio ἐπίσκοπόν τινος universe significat: quod spectat ad aliquid, ideoque tam illud valere potest, quod Fritzschius vult, quam id, quod Schuetzius et Muellerus, etiamsi prior ista potestas aptior videatur in loco Sophocleo, Aj. Vs. 976. Jam vero non opus est, ut verbum νίκη de victoria in bello reportata intelligatur, et versui 863 haec sententia subesse potest: tu exopta huic terrae, quaecunque eo spectant, ut alias praecellat (nimirum iis bonis, quae tu procurabis quaeque deinceps enumerantur).

Quae deinde sequuntur, vulgo male intellecta sunt ab interpretibus. Olim in quibusdam editionibus interpunctionis signum ponebatur post vocabulum ἀήματα, jam, praeeunte Hermanno, commate incidi solet post οὐρανοῦ τε. Schuetzio ἐξ οὐρανοῦ pertinere videbatur ad fulgura, sed parum intelligo, quid horum sibi velit hoc loco commemoratio. Recte Wakefieldus interpunctionis signum ad ἀνέμων transtulit, sequentia verba sic capiens: (ὥστ') ἀήματα ἐπιστείχειν. Sed ulterius praecedere debebat. Nam vel sic inepte addita sunt verba: καρπόν τε γαίας — χρόνῳ, quia ex parte nihil aliud continent, quam quod jam antea dictione: καὶ ταῦτα γῆθεν significatum erat. Nimirum facile apparet, omnia verba, quae leguntur inde a voce ἀήματα usque ad χρόνῳ, per epexegesin subjecta esse praecedentibus, et vocabula καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν jungenda cum superioribus: καὶ ταῦτα γῆθεν κἀνέμων. Scilicet τὰ ἐξ οὐρανοῦ κἀνέμων quaenam intelligenda sint explicatur verbis: ἀήματα εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα, cfr. Eurip. Phoen. Vs. 675 Mtth.: εὐείλοισιν αἰθέρος πνοαῖς, et versibus 867 et 868 τὰ γῆθεν ἔκ τε ποντίας δρόσου. — Jam vero pridem Stanlejus intellexit, versu 867 corruptam esse vocem βροτῶν, quoniam de hominibus postea demum mentio fiat. Scripsit igitur: βοτῶν, communi omnium recentiorum editorum plausu. Et possit aliquis ad hanc emendationem comprobandam afferre Vs. 904 sqq., ubi de ovibus sermo sit; at objicias, has pertinere ad καρπὸν γαίας, ut Horatius in carm. saec. Vs. 29 dicat: fertilis frugum pecorisque

tellus. Depravatum esse vocabulum *βροτῶν* praeter caussam a Stanlejo allatam jam etiam exinde sequitur, quod versum 867 vidimus versui 864 explicando inservire. Unde rursus efficitur, Stanleji correctionem falsam esse; oportet enim, ut verbum reponatur, quod ad vocabula: *ἔκ τε ποντίας δρόσου* respiciat. Itaque non dubium esse potest, quin poeta pro *βροτῶν* scripserit: *ποτῶν*. *Καρπὸς ποτῶν* quinam sit, cuivis liquet. In loco quodam, quem citavit Lobeckius in Aglaopham. T. I, p. 634, sagis haec tribuitur potestas: *χειμῶνα καὶ εὐδίην ποιέειν καὶ ὄμβρους καὶ αὐχμοὺς καὶ θάλασσαν ἄφορον καὶ γῆν καὶ τἄλλα τὰ τοιουτότροπα πάντα ἐπιδέχονται ἐπίστασθαι.* Ubi tamen vir eximius in not. 5 haud improbabili conjectura excidisse putat *ἄπορον* et simile *ἄφορον* locum occupasse alienum: *καὶ θάλασσαν ἄπορον καὶ γῆν ἄφορον.* Mirum sane, in ipso carmine Eumenidum ne verbum quidem inesse, quod ad fructum e mari percipiendum referri possit. Sed haec res non impedit, quominus hanc nostram correctionem veram esse arbitremur, nisi forsan eandem ob caussam verba *ἔκ τε ποντίας δρόσου* aliquis corrupta dicere velit. Potius tibi persuadeas, fuisse de mari sermonem in loco, qui est Vs. 906 sqq., quum praesertim e ceteris rebus, quarum hic mentio fit a Minerva, nulla omittatur ab Eumenidibus. — Ceterum *τὰ γῆθεν ἐξ οὐρανοῦ τε κἀνέμων* ut nostro loco conjunctim memorantur, sic etiam in ipsius carminis stropha atque antistropha prima simul et promiscue ponuntur, et vicissim qua ratione Vs. 869 hominum separatim facta est mentio, eadem in carminis stropha atque antistropha secunda seorsum respiciuntur.

Versu 870 quod Abreschius verbum *ἐκφορωτέρα* sensu funebri accipiendum censet, aptius est, quam quod Schuetzius Aeschylum respexisse putat »ad noxias et inutiles herbas, quae ex horto egeruntur et exstirpantur,« etiamsi hoc interdum dicatur *ἐκφορεῖν*, et mox *φιτυποιμένος* mentio fiat, quod vocabulum minus apte notat post Heathium Butlerus non necessario de hortulano intelligendum esse, sed etiam pastorem et custodem pecudum tenellarum significare posse.

Versu 871 verba: *τῶν δικαίων τῶνδ'* referenda sunt

ad Areopagitas, quos Minerva supra Vs. 465 appellaverat: ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα. —

Vs. 885.

Γαίας ἐξαμβρῦσαι.

Sic codices mscr., apud Robort. tamen exaratum est ἐξ ἀμβρόσαι. Verissimam Pavi et Wakefieldi emendationem ἐξαμβρῦσαι Muellerus mutavit in: ἐξ ἀμβρῦσαι, favente scripturá ed. Rob.; quae correctio probata fuit Fritzschio ob versum antistrophicum:

πλουτόχθων ἑρμαίαν

nec mihi displicet. —

Vs. 887 sqq.

Τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖςδε πολίταις
πράσσω, μεγάλας καὶ δυςαρέστους
δαίμονας αὐτοῦ καταναστησαμένη.
Πάντα γὰρ αὗται τὰ κατ' ἀνθρώπους
ἔλαχον διέπειν. Ὁ δὲ μὴ κύρσας
βαρέων τούτων, οὐκ οἶδεν ὅθεν
*πληγαὶ βιότου * * *.*
Τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀπλακήματά νιν
πρὸς τάςδ' ἀπάγει, σιγῶν ὄλεθρος,
καὶ μέγα φωνοῦντ'
ἐχθραῖς ὀργαῖς ἀμαθύνει.

Versu, qui horum sextus est, offensioni sunt verba: βαρέων τούτων, quae minime possunt ad Eumenides referri, ut vulgo fieri solet. Quare Hermannus in censura p. 109 conjecit, scribendum esse:

ὁ δὲ μὴ κύρσας
βαρέων τέκτων, οὐκ οἶδεν ὅθεν
πληγαὶ βιότου * * *

retinens simul, quam jam antea inculcaverat, particulam δ' post σιγῶν: »Alles beherrschen die Erinnyen: und wer nicht Unheil gestiftet hat, weiss nicht woher die Schläge sein Leben treffen. Denn die Verbrechen der Vorfahren übergeben ihn diesen Göttinnen, und schweigendes Verderben vertilgt mit feindlichem Zorne auch den, der stolz sich seines Glückes rühmt.« Similiter etiam Lobeckius in Aglaoph.

Tom. I, p. 635, ubi loci nostri mentionem injicit, prima verba sic convertit: »nam qui nihil sceleris ipse admiserit, ne suspicatur quidem« — non significans tamen, quomodo legenda esse existimet. Talem autem sententiam optime se habere, nemo jure negaverit. Sed equidem putaverim, aptum eumque similem sensum extricari posse e vulgata lectione, etiam si ne literam quidem mutaveris, modo post vocabulum *βαρέων* commate interpungas: »qui non expertus est mala, harum nescit unde plagae vitae« —; h. e. felicibus subito vitae plagas mittunt, etiamsi ipsi nihil sceleris fecerint, ut ideo caussam nesciant, cur calamitates istae sibi inferantur. Jam vero nec ego video, cur omnino opus sit, ut post *σιγῶν* inseratur vocula *δέ*. Verbis *μέγα φωνοῦντα* designatur idem, qui paullo ante vocatus est: *ὁ μὴ κύρσας βαρέων*. Inest autem illorum quasi explicatio quaedam in hisce, quoniam qui calamitatum immunes sunt fere solent superbire. Vocabula *σιγῶν ὄλεθρος* pulchre apposita sunt ad praecedentia: *τὰ ἐκ προτέρων ἀπλακήματα*. Post vocem *βιότου* quattuor syllabae exciderunt. Putat igitur Hermannus, scriptum fuisse: *προςέπαισαν*. —

Vs. 898 sqq.

Δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα,
τὰν ἐμὰν χάριν λέγω·
φλογμός τ' ὀμματοστερὴς
φυτῶν, τὸ μὴ περᾶν ὅραν τόπων·
μηδ' ἄκαρπος αἰα-
νὴς ἐφερπέτω νόσος·
μῆλά τ' εὐθενοῦντ' ἄγαν,
ξὺν διπλοῖσιν ἐμβρύοις,
*τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ· γόνος * **
πλουτόχθων ἑρμαίαν
δαιμόνων δόσιν τίοι.

Versu 900 pro *φλογμός τ'* in cod. Med. et apud Aldum ac Robort. legitur *φλοιγμὸς* omissa particula *τε*, etiam in cod. Med., teste collat. Weigel.; in cod. Reg. L. reperitur *φλοιγμὸς δ'*. Nullum igitur dubium potest esse, quin eximia Hermanni correctio: *φλογμοῖς*, quae etiam sensum maxime juvat, genuinam

poetae manum exhibeat. Construenda verba: δενδροπήμων βλάβα φλογμοῖς ὀμματοστερὴς φυτῶν.

Quae jam sequuntur verba magna obscuritate laborant propter lacunam, quam versu 906 esse vel metri ratio docet. In veteribus editionibus sic interpungitur: in Ald. et Turn. ante πλουτόχθων, in Rob. ante ἑρμαίαν, in Vict. ante γόνος. Hanc distinguendi rationem probaverunt recentiores interpretes, exceptis Pavo et Heathio, qui cum Stanlejo versu 906 ante τρέφοι inseruerunt vocabulum γαῖα itaque ante χρόνῳ interpungendum statuerunt, »quodsi enim χρόνῳ τεταγμένῳ cum τρέφοι jungeretur, verbum aegrotaret, quia terra omni tempore alere debeat μῆλα.« Itaque postrema verba de festis publicis intellexerunt, quae statis temporibus celebranda fuissent in honorem deorum bona ista largientium. Cujus sententiae pars posterior quamquam inepta est, prior tamen veri quid continet, eademque nuperrime Hermanno caussa fuit, cur verbum τρέφοι mutatione indigere putaret. Porro ad lacunam, quae est versu 906, explendam scripserunt: Stanlejus: γαῖα τρέφοι, Wakefieldus: τρέφοι πέδον, Hermannus, olim: χώρα τρέφοι, nuperrime: γόνος δὲ γᾶς, Burgessius: γάνος τε πᾶς, Lachmannus: γόνος γόνον, quod si Wellauero et Fritzschio propter lectionem Turn., qui pro γόνος excudi jussit γόνον, probabile videtur esse, procul dubio errant, Muellerus: γόνος δὲ πᾶς. Haec omnia quam vel vitiosa sint vel saltem incerta, non opus est monere. Si verum sit, quod supra conjecimus, hoc loco proventum maris commemorari, ut certe probabilitate non caret, dicat aliquis, post γόνος excidisse: θ' ἁλός. Sunt sane verba χρόνῳ τεταγμένῳ ad antecedentia trahenda, nec dubitaverim, quin sequentia per particulam aliquam, qualis est δέ, annexa fuerint. Sed ne illa quidem ut in codd. mscr. habentur recto talo incedunt. Dicas quippe, deesse subjectum, quod vocant, enunciationis. Hoc igitur quomodo reponere conati sint viri docti partim jam supra memoratum est, quorum quidem e conjecturis nullam veram esse opinor; aliam rationem iniit Dobraeus in Classical Journal T. III, p. 654, scribendum esse conjiciens: μῆλά τ' εὐθενοῦντα γᾶ, quae correctio nec Wellauero displicuit, et a Muellero ac Fritzschio probata est. Sed eandem im-

pugnavit Hermannus ea, de qua jam supra monuimus, usus argumentatione. Cui objicias, defendi posse istam correctionem, si dictionem: γᾶ τρέφοι sic intelligas, ut verbum τρέφειν idem fere valeat, quod continere, quam ei significationem generaliorem saepius subesse constat. Idem vir doctus poetam dedisse autumat: μῆλά τ' εὐθενοῦντ' ἄγαν — πρέποι χρόνῳ τεταγμένῳ, quam tamen ipse suspicionem non veram, sed verae tantum similem dicit. Et sane res in medio relinquenda. — Sed majoribus etiam difficultatibus impedita sunt postrema verba. Etenim quia lacunosa sunt, ne id quidem constat, de quanam re sermo sit. Alii igitur verba: γόνος * * πλουτόχθων de agrorum frugibus intelligunt, alii de pecudibus, de lucro ex argentifodinis alii, alii denique de ipsis hominibus. At postrema sententia aperte falsa est; de prima et secunda dubites, quia de iisdem rebus jam in praecedentibus versibus dictum est; restat igitur tertia, quae nuper gravissimum patronum nacta est Hermannum, eaque quam ego jam supra de meo protuli, caussis, opinor, satis idoneis fultam. E reliquis verbis vix certi quidquam collegeris; nam ea varias explicandi rationes admittunt. Dictio: γόνος πλουτόχθων vel per se obscurior est; potest tamen ad verbum nihil aliud significare, quam aut proventum divitis terrae, aut proventum terram divitem reddentem. Illam verborum potestatem nuper statuit Hermannus, hanc Muellerus, eademque probanda, si mea de loco conjectura vera sit. Scholiastes A.: Πλουτόχθων (sc. γόνος)) ὁ ἐκ γῆς πλουτίζων καρπός. Voces ἑρμαίαν δόσιν vulgo recte vertunt: fortunatum vel lucrosum donum. Ad totam vero sententiae conformationem quae plurimum facit, locutionem ἑ. δ. τίοι, pro qua voce in ed. Ald. et Rob. mero mendo exaratum est τίσι, quomodo a Schuetzio verbis: »lucrosa dona pendant« exprimi potuerit, aut a Fritzschio Germanice verti: »zahle ein gewinnbringendes Geschenk,« non intelligo. Muellerus verborum sensum hac interpretatione illustravit: »mache Ehre der Göttergabe, als das Land bereichernd.« An vocabulum τίοι eodem fere modo capi potest, quo τιμᾶτε apud Sophoclem, Aj. Vs. 688: ταὐτὰ τῇδέ μοι τάδε τιμᾶτε, ubi schol.

recent.: νεμῶντε, ποιεῖτε, τιμᾷ· ἀρετήν τις ἀντὶ τοῦ ἐργάζεσθαι, καὶ ἐπαινεῖ σιωπὴν ἀντὶ τοῦ σιωπᾷ. Cfr. etiam interpretum notas ad locum. —

Vs. 909.

> Ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον,
> οἷ' ἐπικραίνει;

Ne dactylum anapaestus sequatur, Henr. Lud. Ahrens l. l. p. 34 corrigit: ἀκούεσθε. Quam emendationem ob facilitatem suam commemoro. —

Vs. 916 sqq.

> Ἀνδροκμῆτας δ' ἀώρους ἀπεννέπω τύχας,
> νεανίδων τ' ἐπηράτων
> ἀνδροτυχεῖς βιότους δότε, κύρι' ἔχοντες
> θεαί, τῶν Μοῖραι
> ματροκασιγνῆται.

Locum corruptum sic sanavit Fritzschius: κύρι' ἔχοντες | θεοὶ τῶν, Μοῖραι — »*Divi, qui harum rerum jus habetis, Parcae*,« coll. Suppl. Vs. 391: ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ. Θεοὶ placuerat jam Wakefieldo. Virgula post τῶν, nec vero ante hoc vocabulum, ut vulgo fieri solet, posita est etiam in cod. Med. apud Weig. et in ed. Aldina. Hermannus contra ita conjecit scribendum esse:

> ἀνδροτυχεῖς βιότους δότε κύρι' ἔχοντες,
> θεαί τ' ὦ Μοῖραι, ματροκασιγνῆται.

Sic enim distribuendos versus, quorum alter sit dimeter dochmiacus. Verbis: κύρι' ἔχοντες designari deos, qui nuptiis praesint, Venerem, Jovem, Junonem. Fateor equidem, probabiliorem mihi videri priorem verborum emendandorum rationem. Nec opus, ut eorum numinum, quae nuptiis praeerant, mentio fiat, etiamsi praecedentibus versibus de nuptiis sermo sit, nam illis proprie nulla alia subest sententia, quam haecce: *ut nec pueri nec puellae innuptae moriantur*, cujus rei recte omne arbitrium solis attribuitur Parcis. Ματροκασιγνῆται, *sorores uterinae*, appellantur Parcae, quia eandem

ac Furiae matrem habebant, Noctem scilicet, cf. Hesiod. Theogon. Vs. 217. —

Vs. 930 sqq.

— ἀλλ' ἐκράτησε
Ζεὺς ἀγοραῖος. Νικᾷ δ' ἀγαθῶν
ἔρις ἡμετέρα διὰ παντός.

In postremis verbis explicandis mirum est quantopere sudaverint homines docti. Nonnulli vocem ἀγαθῶν pendere putabant a νικᾷ, v. c. Heathius, qui vertebat: »bonos vero expugnat,« et Schwenckius, qui vocabula sic interpretabatur: »contentio bonorum vincit, h. e. bona consequuti sumus.« Alii verbum ἀγαθῶν ad sequentia trahebant, ut hic sensus esset: »bonorum lites, quas meas facio« vel: »contentio nostra, quae sumus bonae.« Wakefieldus, qui, nescio quam ob caussam, scribi malebat νίκα: »certamen erit nobis, utra pars in bonis populo Atheniensi conferendis alteram sit superatura;« eandemque sententiam, verbis non mutatis, tuiti sunt Butlerus: »contentio nostra bonorum, h. e. certamen utrum plus boni Minerva an Eumenides civitati conferant, in aeternum valebit. Semper certabimus, utrum plus ego an vos urbi benefaciamus,« — et Fritzschius: »semper autem vincet certamen nostrum de bonis (Atheniensium).« Non sane dubium potest esse, quin ἀγαθῶν regatur a verbo ἔρις, sed neque haec interpretatio satis apta est. Tu verte: in victoriam cedit certamen nostrum de bonis (Atheniensium) omnino. Hoc enim sensu verba optime subjecta sunt praecedentibus. Comparari potest quodammodo Suppl. Vs. 210:
ὅπως ἂν ὑμῖν πρᾶγος εὖ νικᾷ τόδε. —

Vs. 933 sqq.

Τὰν δ' ἄπληστον κακῶν μήποτ' ἐν πόλει στάσιν
τᾷδ' ἐπεύχομαι βρέμειν.
Μηδὲ πιοῦσα κόνις μέλαν αἷμα πολιτᾶν,
δι' ὀργὰν ποινάς,

ἀντιφόνους ἄτας,
ἁρπαλίσαι πόλεως.

Versu 934 bene Fritzschius digitum intendit ad variam lectionem cod. Reg. L.: ἀπεύχομαι, monens, eodem ducere scripturam ed. Robort.: ἐπαύχομαι.

In sequentibus procul dubio cum Pavo atque Hermanno legendum: δι' ὀργὰν ποινᾶς. ἀντιφόνους ἄτας. —

Vs. 939 sqq.

Χάρματα δ' ἀντιδιδοῖεν
κοινοφελεῖ διανοίᾳ
καὶ στυγεῖν μιᾷ φρενί.

Vulgo: κοινωφελεῖ, cod. Med. ap. Weig. et ed. Aldina: κοινοφελεῖ, quae vox est nihili; illa versum pessumdat; utraque ad sensum minus apta. Quare Hermannus conjecit, rescribendum: κοινοφιλεῖ. Non male; sed aeque facile et aptius etiam ad apposita verba: μιᾷ φρενὶ reposueris: κοινοθελεῖ. —

Vs. 943 sqq.

Ἆρα φρονοῦσι γλώσσης ἀγαθῆς
ὁδὸν εὑρίσκει; ἐκ τῶν φοβερῶν
τῶνδε προςώπων μέγα κέρδος ὁρῶ
τοῖςδε πολίταις. Τάςδε γὰρ εὔφρονας
εὔφρονες ἀεὶ μέγα τιμῶντες,
καὶ γῆν, καὶ πόλιν, ὀρθοδίκαιον
πρέψετε πάντες διάγοντες.

Prima verba, ut a Wellauero secundum vulgatam lectionem repraesentata sunt, sensu carent. Exstant hae variae scripturae: φρονοῦσιν, in cod. Guelph. et ed. Ald., φρονούσης apud Robort., φρονοῦσα et εὑρίσκεις in cod. Med. Weigelii. Idem jam olim de conjectura reposuerat Hermannus, accinente Schuetzio, neque ego dubitaverim recipere, si modo fides isti collationi habenda sit hoc loco. Itaque, quum plures pateant emendandi viae, maximam partem jam tentatae a viris doctis, quarum tamen nullam certam dixeris, equidem judicium suspendo, donec de codice Mediceo melius constabit. Vide etiam quae de hujus

collatione Weigelii jussu instituta pari fine disputata sunt a Roberto Engero l. l. p. 87 et 88.

Mox Hermannus in editione Eumenidum olim curata pro ὀρθοδίκαιον dederat ὀρθοδίκαιοι et πάντως pro πάντες, nuperrime monens, utramque mutationem unius certe libri mscr. comprobari auctoritate. Posse quidem defendi scripturam: ὀρθοδίκαιον, sed faciliora ad intellectum fore verba in hunc modum reficta: καὶ γῆ καὶ πόλις ὀρθοδίκαιοι, vocabulum πάντες omnino languere. Si vulgatam velis lectionem retinere, vocem πάντες vertas oportet: in omne tempus, ut v. c. Prometh. Vs. 843 τοῖς πᾶσιν βροτοῖς significat: hominibus in aeternum; necesse est autem, ut in apodosi sit vocabulum, quod verbo ἀεὶ in protasi respondeat, nequit vero in eum sensum capi vox διάγοντες, quia jam nihil valere potest, nisi: administrantes. Et sic forsan illud πάντες cuipiam videatur aliquanto minus frigere. —

Vs. 950 sqq.

Χαίρετε, χαίρετ' ἐν αἰσιμίαις πλούτου,
χαίρετ' ἀστικὸς λεώς,
ἴκταρ ἥμενοι Διὸς κ. τ. λ.

Primum versum Hermannus jam ita legendum censet:

χαίρετε, χαίρετ' ἐν αἰσιμίαισι πλούτου,

antistrophicum docens scribendum esse in hunc modum:

χαίρετε, χαίρετε δ', αὖθις ἐπανδιπλοίζω.

Cui in universum assentior. Sed versu 950 quum ed. Ald. exhibeat: ἐραισιμίαις et cod. Med. apud Weig.: ἐναισιμίαις, scripserim: ἐναισιμίαισι, monente etiam Fritzschio in censura p. 110, qui apte provocavit ad Hesychii glossam hancce: Ἐναισιμία, διοσημία. Porro versu 968 nescio num verum viderit vir doctus ἐπανδιπλοίζω reponens, certe hoc vocabulum aliquanto discedit a ductu literarum, quales in libris mscr. offenduntur. Ἐπαναδίπλαζε legitur Prom. Vs. 819. An poeta dedit: ἐπεὶ διπλοίζω? Ceterum quod attinet ad vocabulum ἀζημίαις, quod Robortellus in erratis poni jubet pro αἰσιμίαις, quia rem nonnullis editoribus fraudi video fuisse, moneo hanc correctionem ipsi

Robortello videri tribuendam esse, nec plus valere opinor, quod idem eodem loco versu 577 pro πῶς γάρ σ' corrigendum notat: πῶς γ' εἰ (εἴ) σ'.

Secundo versu jam recte scribitur ἀστικὸς cum ed. Ald. et Rob.; sic etiam cod. Med. Weigelii. Vulgo minus bene ἀστυκός. Vide notam Joh. Henr. Bremi ad Lysiae et Aeschinis orationes selectas, ed. Goth. p. 187. Illam vocabuli formam Aeschylo vindicant libri mscr. etiam Suppl. Vs. 496 et 613. —

Vs. 957 sqq.

Χαίρετε χ' ὑμεῖς· προτέραν δ' ἐμὲ χρὴ
στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν.
Πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπομπῶν
ἴτε, καὶ σφαγίων τῶνδ' ὑπὸ σεμνῶν
κατὰ γῆς σύμεναι, τὸ μὲν ἀτηρὸν
χώρας κατέχειν, τὰ δὲ κερδαλέον
πέμπειν πόλεως ἐπὶ νίκῃ.
Ὑμεῖς δ' ἡγεῖσθε, πολισσοῦχοι,
παῖδες Κραναοῦ, ταῖςδε μετοίκοις·
εἴη δ' ἀγαθῶν
ἀγαθὴ διάνοια πολίταις.

Primos versus vulgo non recte interpungi, nuperrime egregie observavit Hermannus, monens, effici cum e strophico systemate, tum ex universo orationis sensu et collocatione verborum, ut punctum in fine tertii versus post vocabulum προπομπῶν ponendum sit. Et sic verba jam in editione Robortelli distincta sunt.

Ad versum 959 haec adnotavit Schuetzius: »Jam nimirum Eumenides pompa solemni deducuntur ad fanum iis destinatum. Praeit Pallas viam quasi monstratura; sequuntur viri, Areopagitae praecipue, qui judices sederant, Vs. 964 (Well.) cum victimis. Hos excipiunt Eumenidum Chorus; easque comitatur triplex agmen, puellarum, mulierum, et viduarum, seu omnino vetularum, cum facibus, Vs. 981 (Well.).« De eadem re dixit Muellerus ad Eumenidas p. 57, 59, 74, 99, 180 et in appendice p. 27. Cui Minerva videtur inde a versu 887 descendere de scena in orchestram, ita ut ante versum 957 consistat in fronte

Chori. Praeterea in orchestram venisse ante hunc versum putat προπομποὺς cum facibus, victimis, libationibus, purpureis vestibus. Incipere autem pompam dicit post versum 985 simul cum verbis: βᾶτε δόμῳ, et hoc quidem ordine, ut agmen ducat Minerva, hanc excipiant Areopagitae, tum sequantur προπομποί, postremo denique ex orchestra egrediantur Eumenides. Muelleri sententiam impugnavit Fritzschius in censura p. 111—116. Putat is, pompam non in orchestra institui, sed in scena, eo Chorum se conferre statim post versum 985, pompae has deinceps esse partes: 1) Minervam, 2) ancillas Minervae, 3) Areopagitas cum facibus, 4) Eumenides. Hermannus hanc quidem rem noluit accuratiori subjicere disquisitioni, sed monet tantum in censura p. 121, non recte facere Muellerum et Fritzschium, quod a Minerva statuant agmen duci. »Der Zug,« inquit, »geht auf der Orchestra vor sich, und die Pallas, die auf der Bühne ihren Platz hat, geht von dieser ab, nachdem sie dem Chor Lebewohl gesagt hat, um, wie sie angiebt, vorauszugehen und den Erinnyen ihre Wohnungen, wenn sie mit dem Fackelzuge kommen werden, anzuweisen. Das ist nicht beachtet worden, obgleich es ganz klar V. 957 gesagt ist:

χαίρετε χ' ὑμεῖς· προτέραν δ' ἐμὲ χρὴ
στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν
πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπομπῶν.«

Nos de universa re quid sentiamus infra in medium proferemus, quando singula quaeque Minervae verba huc facientia diligentius fuerint excussa.

Et primo quidem loco dicendum de versu 959. Commemorantur ibi προπομποὶ et sic quidem, ut dubitari non possit, quin de praesentibus sermo sit. Intelligit autem cum prioribus editoribus Muellerus ancillas Minervae, quarum infra versu 978 mentio fit; certe has partem effecisse agminis, quod ante versum 957 orchestram ingressum esse arbitratur, et nomine προπομπῶν designari, quamquam non satis constet, utrum solae innuantur, an poeta ista appellatione etiam alias personas comprehendere voluerit. Fritzschius contra verbis: τῶνδε προπομπῶν Areopagitas denotari arbitratur. At utraque sententia non genuina nititur librorum lectione, sed correctione vi-

rorum doctorum. Codices enim mscr. ad unum omnes praebent: πρόπομπον, quod vocabulum dubito num jure mutatum sit in: προπομπῶν, quum ferri posse videatur, si veram interpungendi rationem probes, propter alloquutionem, quae sequitur, cfr. Seidler. de vers. dochm. p. 80 et Herm. elem. doctr. metr. p. 373. Praeterea vel per se neutra est probabilis. In priore mireris abruptum id dicendi genus, quo ii, qui modo advenerunt, tanquam res aliunde nota sit, subito προπομποὶ vocantur, idque eo magis, quod infra demum Minervam videmus revera de re exponere accuratius Vs. 976 sqq., e quo loco, quum tamen totus illi opinioni pro fundo sit, ne id quidem certo sequitur, utrum ii, qui jam ante hunc versum praesentes perhibentur, omnino adfuerint coram spectatoribus, an minus. Altera vero conjectura, a Fritzschio illa proposita, etiam est improbabilior et aperte falsa. Qua enim, quaeso, ratione Areopagitis subito faces tribui possunt, et quis crediderit, eos, qui postea demum verbis: ὑμεῖς δ' ἡγεῖσθε — μετοίκοις appellantur, jam hoc loco vocatos esse: τῶνδε προπομπῶν? Quae quum ita sint, vel ex ipsa loci indole sequitur, ut vulgata correctio: προπομπῶν non sit admittenda, nam, quae praeter illas sola restat explicandi ratio, ut ad Eumenides referatur vocabulum, quam sit inepta contortaque, neminem fugit.

Jam vero dubitatio oritur, quorsum trahendum sit verbum τῶνδε, utrum ad voces: πρὸς φῶς ἱερὸν, an ad sequentem: προπομπόν. Per id patet neminem denotari nisi Eumenides. Convertit enim Minerva inde a verbis: προτέραν δ' ἐμὲ χρὴ usque ad: προπομπὸν orationem ab Eumenidibus ad spectatores. Vidimus autem jam supra p. 16, Eumenidibus ab Aeschylo faces fuisse tributas, ut prior verborum construendorum modus certe possit statui. Inquiramus jam in eos locos, ubi insuper facium fit mentio. Et simillimus quidem nostro est, qui legitur inde a versu 976:

πέμψω τε φέγγει λαμπάδων σελαςφόρων
εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους,
ξὺν προςπόλοισιν, αἵτε φρουροῦσιν βρέτας
τοὐμὸν δικαίως.

Praeterea huc pertinet versus 983:

τιμᾶτε, καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρός,

ὅπως ἂν εὔφρων ἥδ' ὁμιλία χθονὸς
τὸ λοιπὸν εὐάνδροισι συμφοραῖς πρέπῃ.

Denique versus 993 sq.:

δεῦρ' ἴτε, σεμναί, πυριδάπτῳ
λαμπάδι τερπόμεναι καθ' ὁδόν.

Nam versum 996:

σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἔνδαδες οἴκων

omitto. Hos igitur locos etiamsi diligenter perscrutatus fueris, tamen vix inveheris, quo quaestionem illam dicas evidenter solvi posse. E tertio enim, praeterquam quod jam per se obscurior est, vel eam ob caussam certi quidquam effici nequit, quod ante vocabulum: πυριδάπτῳ vocula aliqua excidit. Secundus autem possit quidem prorsus pro priori sententia facere videri; etenim quum ibi Minerva aperte non Eumenides alloquatur, in aprico est, verba: καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρὸς non esse harum de facibus intelligenda. At vero, ut jam hoc loco praecipiam, quod infra tradetur explicatius, de istis quominus justum fiat judicium prohibet lacuna, qua plures versus praecedentes hausti sunt. Quam ob rem verbi caussâ cum Fritzschio, in censura p. 126, dubitare licebit, num secundus locus omnino ad pompam primam, quam nunc duci vult Minerva, referendus sit. Verum tamen haudquaquam asseruerim, haec omnia eam in partem valere, ut posterior sententia contemnenda sit. E qua, si verbum τῶνδε junctum fuerit cum προσπομπόν, Minerva dicet, velle se, Eumenidum deductricem, thalamos adsignare ad ignem sacrum, quem tum praelatum fingi cogitemus oportet ab ancillis deae, de quibus Vs. 978 sermo est. Robortellus post ἱερὸν punctum posuit.

Haec hactenus. Porro versum 960 sic interpretatur Muellerus post Schuetzium, ut victimas in pompa ducendas conspicuas fuisse in orchestra opinetur. Sed haec sententia optimo jure explosa est a Fritzschio in censura p. 114, cui nollem obloquutus esset Muellerus in append. p. 27, not *). Namque si verba: σφαγίων τῶνδ' ὑπὸ σεμνῶν ita intelligeres, ut Muellerus fecit l. l.: »bei diesen ehrwürdigen Sphagien,« sequeretur, ut in ipso theatro et inter ipsa deae verba sacra Eumenidibus facta cogitanda sint, nec vero id, quod vir clarissimus conjecit, e verbis

poetae effici. Vocabulum τῶνδε nequit nisi ad Areopagitas referri, hoc sensu: dum vobis venerandae victimae mactantur ab hisce (sc. Areopagitis). Quo jure sic statuamus praeter ipsorum poetae verborum sensum, qui alteram interpretationem repudiat, docebit scholion Ulpiani ad Demosth. orat. Midian. c. 32, p. 152. Meier., laudatum a Muellero ad Eumenidas p. 179 et a Fritzschio in censura p. 126: ἡ δ' ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ τὸν ἱεροποιὸν ᾑρεῖτο, ἐπειδὴ γὰρ ἐν (sic) Ἀρείῳ πάγῳ τὰ τῶν ἱερῶν τῶν Εὐμενίδων ἐπέτραπτο κ. τ. λ. Vides enim, Minervam in hac caussa Areopagitis sacra recte demandare peragenda.

Quae sequuntur verba a versu 961 usque ad versum 963 Stanlejus sic verterat: »quod noxium sit regioni cohibete, quod vero proficuum mittite in urbis victoriam.« Sed in notis mscr. apud Butlerum hanc substituit interpretationem: »quod malum est a regione avertere, quod autem utile retinere ad urbis victoriam.« Sic fere recentiores ad unum omnes, nisi quod pro infinitivo ponunt imperativum et pro verbo: retinere, quod ineptum est: mittere. Sed verba poetae hunc sensum habere videntur: quod perniciosum est regioni, cohibete, quod vero utile urbi, mittite, ut praevaleat (sc. utile). Cum vocabulis: ἐπὶ νίκῃ cfr. Choeph. Vs. 855: εἴη δ' ἐπὶ νίκῃ et Agam. Vs. 560:

νικᾷ τὸ κέρδος, πῆμα δ' οὐκ ἀντιῤῥέπει.

Vulgata interpretandi ratio aliquanto probabilior esset, si scriptum legeretur: ἐπὶ νίκην, ut Choeph. Vs. 471:

πέμπετ' ἀρωγὴν
παισὶν προφρόνως ἐπὶ νίκην.

Sed nostra etiam ob accuratiorem oppositionem verborum: τὸ μὲν ἀτηρὸν χώρας κατέχειν et: τὸ δὲ κερδαλέον πόλεως πέμπειν praeferenda videtur, ut de sensu omnino taceam.

Ad versum 964 jam video in collatione Weigelii sic afferri e codice Med. vocem ὑμεῖς, quasi in ipso orationis contextu legatur, nec vero in margine adscripta sit, ut vulgo traditur. De qua re, quamquam dubia, monendum censui ob ea, quae supra p. 7 a me sunt disputata.

Sequente versu in omnibus libris mscr. pro μετοίκοις exhibitum est: μέτοικοι. Quam lectionem quod Wellauerus non omnino spernendam dicit, quoniam »et sensum non incommodum praebeat: quum jam cum his communem sedem habeatis, et hiatus excusationem habeat ab interpunctione et exclamatione, quae sequatur,« vix quemquam habuerit ipsius in partes discedentem. Potius conjicias, e scriptura librorum extricari posse: μετ' οἶκον, syllabam brevem eodem illo modo excusaturus, coll. Vs. 959. At praeterquam quod audacius est, talia obtrudere ex correctione, vulgata emendatio, a Stephano facta, egregie placet, partim propter sequentia verba: μετοικίαν δ' ἐμήν, quae jam a magno viro ipso allata sunt, partim propter oppositum vocabulum: πολισσοῦχοι.

Postrema sententia a Schuetzio ita est explicata: »bonorum vero bona recordatio civibus maneat; h. e. beneficia, quae hisce deabus accepta fertis, grata semper memoria recolite.« Cui nuperrime assensus est Fritzschius. Neque id male. Possis tamen verba etiam universe dicta censere, in hunc sensum: sit vero bonorum bona voluntas civibus, ut haec Aristophanis sub finem Ranarum, quae e nostris expressa videntur:

πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ
ἐς φάος ὀρνυμένῳ δότε δαίμονες οἱ κατὰ γαίας,
τῇ τε πόλει μεγάλων ἀγαθῶν ἀγαθὰς ἐπινοίας. —

Vs. 973 sqq.

— μετοικίαν δ' ἐμὴν
εὖ σέβοντες, οὔτι μέμψεσθε συμφορὰς βίου.

Pro εὖ σέβοντες libri: Guelph., Ald., Rob. praebent εὐσεβοῦντες, quod recte reponi jubet H. L. Ahrens l. l. p. 7, conferens de verbo εὐσεβεῖν cum quarto casu constructo Agam. Vs. 329 et quos ibi Well. laudat, quibus addit Seidler. ad Eur. Troad. Vs. 85; praeterea σεβοῦντες affertur e cod. Med. Weigelii. Vide etiam Suppl. Vs. 833: ἀτίετ' ἀνὰ πόλιν εὐσεβῶν. —

Vs. 975 sqq.

Αἰνῶ δὲ μύθους τῶνδε τῶν κατευγμάτων,
πέμψω τε φέγγη λαμπάδων σελασφόρων
εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους,
ξὺν προςπόλοισιν, αἵτε φρουροῦσιν βρέτας
τοὐμὸν δικαίως. Ὄμμα γὰρ πάσης χθονὸς
Θησῇδος ἐξίκοιτ' ἂν, εὐκλεὴς λόχος
παίδων, γυναικῶν, καὶ στόλος πρεσβυτίδων.
φοινικοβάπτοις ἐνδυτοῖς ἐσθήμασι.
Τιμᾶτε, καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρός,
ὅπως ἂν εὔφρων ἥδ' ὁμιλία χθονὸς
τὸ λοιπὸν εὐάνδροισι συμφοραῖς πρέπῃ.

Versu, qui horum primus est, quum inepta sit vocula *δέ*, vel *γε* reponi voluerunt vel *τε*, quarum particularum altera praestaret quidem priori, at neutram tamen veram esse arbitror. Secundo quippe versu jure codicum Guelph., Ald., Rob. lectionem: *φέγγει* praeferendam vulgatae monuit H. L. Ahrens l. l. p. 7; hoc enim Minervam dicere velle, »se Eumenides lampadum lumine sub terram deducendas curare.« De constructione contulit Pers. Vs. 1032: *πέμψω τοί σε δυςθρόοις γόοις*. Vocabulum *φέγγει* reperitur etiam in cod. Med. e collatione Weigeliana, et Fritzschio quoque genuinum esse videbatur, cujus quidem de universo loco conjecturam, in censura p. 119 prolatam, nemo, opinor, amplectetur. Muellerum, in append. p. 27, quominus obsequeretur Ahrensio, prohibebat, quod sic objecto, quod vocant, careret sententia, simul reputantem, etiam alibi in cultu deorum infernorum morem facium in foveas conjiciendarum obtinuisse, de quo exposuit ad Eumenidas p. 180. Esse verba: *πέμπειν λαμπάδας εἰς τοὺς ἔνερθε τόπους* eodem modo posita, quo poeta Pers. Vs. 616 dicat: *πέμπειν χοὰς θαλάμους ὕπο γῆς*. Id vero, quod hoc loco praecipue de eo, quod in fine pompae facturā sit, loquatur Minerva, non mirum esse, quoniam de ipsa pompa jam antea inde a versu 957 satis dixerit. Ex universa hac argumentatione maxime placet, quod in objecto omisso offendit Muellerus. Jam vero quum vulgata scriptura: *φέγγη* nihil videatur esse nisi mera librarii alicujus correctio ob eandem illam caussam pro genuina librorum lectione verborum in ordinem

recepta, quia de re ipsa non satis constat, videndum ante omnia, an non alia èxstet eaque probabilior ratio, qua scrupulus ille removeri possit. Notavimus autem jam supra, non ferendam esse versu 975 particulam δέ. Dicas igitur, haec si facili mutatione correcta fuerit ita, ut sententiae suum restituatur objectum, fore eum satis verisimilem emendandi modum. Quae quum ita sint, scripserim:

αἰνῶ σε μύθου τῶνδε τῶν κατευγμάτων,
πέμψω τε φέγγει λαμπάδων σελασφόρων κ. τ. λ.

Singulari numero uti potuisse deam in Eumenidibus appellandis nec per se dubium est et ideo certissimum, quod etiam supra similiter loquuta est. Ceterum quae dedimus talia sunt, e quibus quam facili lapsu potuerit vulgata librorum lèctio oriri, cuivis liqueat. Hac ego conjectura proposita satis habeo ad Muelleri de loco nostro sententiam respondisse; quae enim praeterea ad vulgatam lectionem defendendam disputavit, tantum abest, ut dubitationem omnem eximere arbitrer, ut, quamquam acute excogitata, ne probabilia quidem putem esse. Moneo tantum contra id, quod vir summus postremo loco posuit, ancillarum, de quibus versu 978 sermo est, hoc loco primam mentionem fieri, item reliquarum personarum ad pompam pertinentium, si quarum praeter Areopagitas illasque ancillas in versibus, qui istum excipiunt, inesse commemorationem verisimile sit.

Verum hac de re jam erit accuratius dicendum. Nimirum Hermannus, qui jam pridem in dissertatione I. de Choro Eumenidum vidit, post versum 981, excidisse aliquid, quum ejus judicii plures caussas in medium protulerit et illo loco et nuperrime in censura saepius laudata p. 117 seqq., unam posuit hancce: mirum esse, quod praeter puellas, mulieres, vetulas non etiam juvenes, viri, senes inter comites Eumenidum recenseantur, quum praesertim fieri non possit, ut verba: ὄμμα πάσης χθονὸς de solis feminis dicta cogitentur. Ponit nimirum Hermannus cum plurimis interpretibus recte interpunctionis signum post verba ἐξίκοιτ' ἄν, ut sequentia per appositionem addita sint et vocabulum ὄμμα dictum notissimo illo sensu translato. Minus bene olim editor Glasguensis et nuperrime Muellerus ac Fritzschius, verbis non distinctis,

idem regi putabant ab ἐξίκοιτο, dictionem: ὄμμα ἐξικέσθαι valere censentes: sub oculos venire. Qua de re sufficiet verbo monuisse. Favet autem et huic singulorum horum verborum interpretationi et illi de universo hoc loco prolatae sententiae cum maxime locus Philonis, quod omn. prob. liber §. 20, primum citatus a Muellero ad Eumenidas p. 180, not. 22, deinde ad suam conjecturam confirmandam adhibitus ab Hermanno, quem nec ipsi possumus, quin exscribamus: διό μοι δοκοῦσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ὀξυδερκέστατοι διάνοιαν Ἀθηναῖοι — τὴν ἐπὶ ταῖς σεμναῖς θεαῖς πομπὴν ὅταν στέλλωσι, δοῦλον μηδένα παραλαμβάνειν τὸ παράπαν, ἀλλὰ δι' ἐλευθέρων ἕκαστα τῶν νενομισμένων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἐπιτελεῖν, καὶ οὐχ οἵων ἂν τύχῃ, ἀλλὰ βίον ἐζηλωκότων ἀνεπίληπτον· ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν πέμματα τῶν ἐφήβων οἱ δοκιμώτατοι σιτοποιοῦσι, πρὸς εὐδοξίας καὶ τιμῆς, ὅπερ ἐστί, τὴν ὑπηρεσίαν θέμενοι. Praeterea Hermannus apte remisit ad locum, qui supra legitur inde a versu 816:

καὶ σὺ τιμίαν
ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως
τεύξῃ παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων,
ὅσην παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν,

jure contendens, quum vel eo juxta feminas virorum fiat mentio, hos multo minus omitti potuisse hocce, ubi pompa qualis ducenda sit data opera exponitur a Minerva. Opponebat quidem jam Schwenckius in praefatione ad Eumenidas p. IV sq., quoad virorum et juvenum mentionem Hermannum aperte falli, quum Aeschylus nonnisi de feminis loquatur; nam verbis: ξὺν προςπόλοισιν — δικαίως per epexegesin addi: ὄμμα γὰρ — πρεσβυτίδων, viros autem jam supra commemoratos esse, scilicet Vs. 964 et 965, ubi de Areopagitis sermo erat. Haec objectio, quamquam per se non admodum gravis, tamen perlustranda erit paullo accuratius, quo facilius, quid verum sit, cognoscatur. Et primum quidem, ut in solo hoc loco acquiescamus, quod censet vir doctus, puellas, mulieres, vetulas versu 981 nominatas, easdem intelligendas esse atque illas Minervae ancillas, de quibus modo mentio sit facta, vel ideo parum est probabile, quod ita hae solae omnem totius terrae florem effi-

cere dicerentur. In eadem tamen sententia versabatur Fritzschius, in censura p. 121, et Muellerus, quamquam ad Eumenidas p. 190 utrasque diversas fuisse statuebat, in appendice p. 27 rem in medio relinquendam duxit. Sed verborum ratio aperte talis est, ut ministrae illae perhibeantur ad florem totius terrae pertinere, nec tamen hic ex iis solis constare. Quae quum ita sint, denuo proferas istud Hermanni monitum, jam supra laudatum, num credibile sit quaerentis, lumen totius terrae Atticae e solis feminis constitisse? Deinde vero quod asseruit Schwenckius, qua fere de re et ipsa consentientes habet Fritzschium in censura l. l. et Muellerum in append. p. 28, virorum hoc loco mentionem omitti potuisse, quippe de quibus jam supra dictum esset, quum de Areopagitis sermo fuisset, ea certe aliquanto probabilior esset objectio, si in cultu Eumenidum et in pompa solemni iis duci solita illos solos occupatos fuisse constaret. Sed res aliter se habebat. Itaque vel ob solam hanc caussam nihili facienda est ista viri docti opinio. Accedit vero aliud quoddam, cur eandem prorsus repudiandam censeamus. Etenim si quis attente voluerit ad nexum spectare, qui inter hanc Minervae orationem e jambis trimetris constantem eaque intercedat, quae anapaestis supra inde a versu 957 pronuntiatis continentur, et veram utriusque loci indolem ac finem diligenter ponderare, facile repperit, posteriore non tam ea, quae priori de pompa ducenda inesse putantur, continuari atque definiri, sed deam demum inde a versu 975, postquam supra versu 959 obiter tantum significaverit, se Eumenides solemni pompa deducturam esse ipsarum ad sedes, de ratione hujus pompae exponere tali modo, quasi nihildum omnino de ea in praecedentibus dictum esset. Namque, nisi ita statuendum esset, quem ad finem poeta posuisset omnia, ea verba, quae leguntur inde a versu 975 usque ad versum 981? Nonne prorsus superflua essent et vitiose repetita, idque vel maxime, si versu 959 scribas: τῶνδε προπομπῶν easdem intelligens, quae infra versu 978 tanquam ministrae Minervae memorantur, et vicissim eas feminas, de quibus versu 981 dicitur, ab his neges diversas esse? At enim illa, quam volo, posterioris loci ratio jam

clarius etiam elucet, quum constet, ministrarum illarum non prius fieri mentionem, quam versu 978, et versu 981 etiam alias commemorari feminas, quae non ad illas ancillas pertinuerint, nec deesse causas cur non has solum, sed etiam viros nominatos esse jure sumamus. Prior autem locus revera nihil continet, unde concludas, in eo de pompa et quidem de ordine, quo ducenda sit, sermocinari Minervam, sed — id quod modo monuimus — innuitur illa tantum versu 959. Nam de primis versibus non dubito cum Hermanno facere, cujus judicium supra p. 182 exscribendum curavi; qui hos sequuntur, 960—963, per se non possunt in censum venire; denique in versibus 964 et 965 nihil inesse, quod nostrae sententiae adversetur, infra demonstrabitur. Ergo, ut ad ea revertamur, quae contra Schwenckium incepimus monere, si demum inde a versu 975 de pompa ipsa sermo est, etiamsi jam antea Areopagitae, sane illi et virorum ad numerum et eorum, e quibus pompa ista constaret, referendi, memorati sint, tamen dea, si modo omnino volebat virilem sexum pompae interesse, oportet ut etiam post versum 981 hujus mentionem injecerit.

Quae hucusque sunt a nobis disputata praeterquam quod continent quae faciant ad litem de ratione pompae versibus 958 et 976 significatae et universi postremi nostrae fabulae actus dijudicandam, vel sola vincunt, ut post versum 981 lacunam esse credamus. Eam jam monuimus primum ab Hermanno detectam esse, ad quem unum omnis egregii hujus inventi laus deferenda est. Eodem vir clarissimus ducere monet verba asyndeta et vocabulum *τιμᾶτε* sic nude positum; idque optimo jure. Denique huc trahit grammaticorum nonnullorum testimonium, disertis verbis tradentium, Minervam nostra in fabula Furias nominasse Eumenidas, Harpocrationis nimirum, Photii, Suidae, et maxime ejus, qui argumentum Eumenidum composuerit hocce: *Ὀρέστης ἐν Δελφοῖς περιεχόμενος ὑπὸ τῶν Ἐρινύων βουλῇ Ἀπόλλωνος παρεγένετο εἰς Ἀθήνας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς· ἧς βουλῇ νικήσας κατῆλθεν εἰς Ἄργος. Τὰς δὲ Ἐρινύας πραΰνασα προσηγόρευσεν Εὐμενίδας.* In quibus verbis *πραΰνασα* de suo dedit; codices enim mscr. habent:

κραῦνας, excepto Farn., in quo invenitur: κραίας, sed, ut videtur, e conjectura Demetrii Triclinii. Hoc enim, quod a grammaticis istis referatur, nec alio fabulae loco potuisse fieri, quam eo, de quo jam agitur, et permirum esse ac ne cogitandum quidem, poetam nominis illius, quod ab ipsa Furiarum placatione desumptum sit, in ea fabula, quae tota in hac re exponenda versetur, nullam omnino mentionem fecisse, quum praesertim, si quis alius tragicorum, amet appellationes etymo proposito illustrare, et fama de ortu hujus appellationis etiam alibi reperiatur, ubi Orestes perhibeatur expiatus esse. En ipsa fere Hermanni verba latine conversa, qui quem in sensum Minervam in iis, qui perierunt, versibus loquutam fuisse putet, Germanica lingua usus sic expressit: »ziehet aus, alle Edelsten der Stadt, Mädchen, Frauen, bejahrte Mütter, Jünglinge, Männer und Greise; und die Göttinnen, die sich der Stadt nicht mehr feindlich, sondern gnädig zeigen, verehret fortan wegen dieser Huld unter dem Namen Eumeniden.« Sed illi grammaticorum testimonio praeter Schwenckium, Wellauerum, Muellerum, qui omnino de lacuna non assentiuntur, fidem Fritzschius quoque derogavit, quamquam de hac statuenda faciens cum Hermanno; vide censuram p. 122 sqq. et 134 sqq., ubi quae contra moneri possint, tam fuse sunt pertractata, ut nihil habeam, quod addam, etiamsi haud omnia — v. e. ea quae inde a pag. 138 leguntur de caussis cur Aeschylus in fabula nostra non usus sit Eumenidum nomine, — putem pari successu disputata esse. Sed universa res talis est, quae nisi alia accesserint eaque certiora argumenta, vix unquam potuerit prorsus ad liquidum perduci. Fatendum interim, quamvis plura prolata sint, quae sententiam Hermanni infringere videantur, auctoritate testimoniorum debilitata et suspecta reddita, nihil tamen tantum valere, ut eam vel per se improbabilem vel omnino non ferendam esse probet. Qua in re probe tenendum, propter ipsam illam lacunam non constare de ratione, qua novae Furiarum appellationis mentio sit facta. De novissima Muelleri objectione, locum isti nominis mutationi huncce non aptum esse contendentis, Hermannus dixit in censura p. 122.

Sed de argumento eorum quae exciderunt quid nobis videatur statuendum esse accuratius disserendi inferius locus erit. Nunc, priusquam disputationem inchoatam persequamur, quaedam tractanda sunt ad explicanda singula poetae verba, inde a versu 978 prolata, pertinentia. Quaeritur enim, quaenam intelligendae sint illae *πρόςπολοι, αἵτε φρουροῦσιν βρέτας τοὐμὸν δικαίως.* Commemorantur apud scriptores veteres inter templi Minervii ministras *λουτρίδες* sive *πλυντρίδες,* binae singulis annis electae puellae, cfr. Bossleri disputatio de gentibus et familiis Atticae sacerdotalibus p. 9, quibus quidem cum simulacro deae res erat, quippe cujus lavandi ministerium haberent, sed quae quomodo custodire illud apte dici possint non exputo. Contra huc pertinet vel maxime ipsa Minervae Poliadis sacerdos, genere splendidissima, tanquam *κλειδοῦχος* et custos aedis sacrae, quae in ipso templo et quidem in ea parte, quae Pandrosei nomine distinguebatur, sedem habebat, — cfr. C. O. Muelleri libellus de Minervae Poliadis sacris et aede in arce Athenarum p. 13 et 29, Bossleri disput. modo cit. p. 5, — et praeter hanc, quum de pluribus sermo sit, istae *ἐρσηφόροι* sive *ἐῤῥηφόροι* sive *ἀῤῥηφόροι;* »quatuor enim puellae annis septem non minores, undecim non majores e gentibus nobilibus capiebantur, quarum duae peplo Panathenaico ab ergastinis conficiendo praeessent, totidem sacris portandis adhiberentur. Hae per solidum annum in arce, vel ipsa aede conclusae vel in aedicula vicina, degebant.« Verba sunt Muelleri l. l. p. 14 sq., cfr. etiam p. 23, ubi simul cum sacerdote in Pandroseo intra aedem conclusae interdiu perhibentur commoratae esse. Praeterea autem, quae hic in censum venire possint, ministras deae scio nullas. Quare quum sponte appareat, de perexiguo tantum ministrarum numero sermonem esse posse, — sunt enim ad summum quinque, etiamsi omnes Ersephoros designari existimes, id quod ne probabile quidem est, — jure mireris, quomodo idem Muellerus, harum rerum arbiter scientissimus, scribere potuerit ad Eumenidas p. 180: »An die zahlreiche Dienerschaft des Tempels der Polias schlossen sich andere Frauen, so wie Mädchen und Greisinnen an,« aut in appen-

dice p. 27 haec notare: »Dieser Zug muss, nach dem Zusammenhange, wenigstens zum Theil aus den Dienerinnen der Pallas bestehen; ob allein daraus kann nicht mit Sicherheit geschlossen werden.« De Fritzschio enim in censura p. 112 sq. affirmante: »Wollte man die ebengenannte Schaar (sc. agmina feminarum, quae Vss. 980 et 981 commemorantur) für verschieden von den Dienerinnen der Pallas halten, so würde der Zusammenhang zerstört werden und die Partikel γὰρ Vs. 979 fehlerhaft sein« — tacere praestat. — Praeterea breviter de versu 981 monendum est. Ibi vulgo hypostigme collocatur post vocabulum παίδων, quod asyndeti genus notissimum est, — vide sis Kuester. adnot. ad Arist. Ran. Vs. 157; Sophocl. Ant. Vs. 1079, Oed. Col. Vs. 481; Eurip. Bacch. Vs. 650. Matth., Aesch. Pers. Vs. 396, ubi eadem sunt verba, sed diversa significatione adhibita, alia, — et παῖδες intelliguntur fere puellae innuptae, γυναῖκες mulieres matrimonio junctae, πρεςβυτίδες vetulae viduae. Sed vide ne haec interpretandi ratio incommodi quid habeat; certe mulieribus nuptis quomodo vetulae opponi possint tanquam viduae non liquet, utpote quae, quanquam provectiores aetate, nihilominus tamen matrimonio junctae esse possint; maluerimque interpunctionis signum post παίδων tollere, ut simpliciter commemorentur juniores et seniores; cfr. si tanti est, Lobeck. adnot. ad Soph. Aj. Vs. 1190, ubi quae congesta sunt exempla facili opera augeri possunt. De aetate quidem feminarum, quae ad pompam solennem Athenis duci Eumenidibus solitam pertinebant, haud aeque constat atque de loco et condicione, potest tamen forsan e verbis Philonis cum universis tum hisce: ἀλλὰ βίον ἐζηλωκότων ἀνεπίληπτον (vide locum superius p. 189 exscriptum, quem si primum a Muellero citatum dicebam, feci id incautius, quippe ad solas nuperrimas virorum doctorum in Eumenidas curas respiciens,) concludi, adultas potissimum intelligendas esse; atque idem de sexu virili statuendum videtur. Neque putaverim, huic ratiocinationi obstare quod supra vidimus, Ersephoros pompae interfuisse, quae sane vix possunt adultarum in numero haberi. —

Pergamus jam in iis recensendis, quae suspicio-

nem de lacuna confirmare videantur. Fritzschius igitur, ut ad ea transeamus, quae ab hoc in rem adnotata sunt, in censura p. 124 sqq., primus omnium attendit ad scholion metricum vulgo versui 975 adscriptum: *Αἰνῶ δὲ μύθους*) *Ἑτέρα περίοδος ἐν ἐκθέσει τοῦ δράματος. Οἱ δὲ στίχοι εἰσὶν ἰαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι ιή.* Ex eo enim apparere ait, scholiastam non undecim versus trim. iamb., quot hodie inveniantur, sed octodecim repperisse in libro suo, ut septem perierint. Quae opinio exagitata est a Muellero in append. p. 28 not., illud *ιή* affirmante soli calami lapsui deberi nec quidquam valere nisi *ιά*. Hoc per se satis probabiliter dictum videri possit; sed continuo oportet dubitatio oriatur de opinione Muelleri, si revera caussae reperiantur idoneae, cur locus lacunosus esse censeatur, et praecipue si eundem, ad quem illa glossa referenda est, etiam aliis ex indiciis pateat codice usum fuisse, cujus condicio fidem faciat tali testimonio. De qua re vide quae nos testimonio congessimus exempla p. 10 et 11, not. *) et p. 28, haud illa quidem parem omnia fidem habentia. Neque illud certe vero est absimile, quod, si genuina sint illa scholiastae verba, statuendum erit, septem hoc loco intercidisse versus. — Sed, utcunque hac de re statuetur, recte Fritzschius quoque intellexit, sufficere internas caussas ad lacunam probandam. »Athene,« ait l. l. p. 124 sq., »welche bisher von dem bevorstehenden Culte der Eumeniden nur kurz und im Vorbeigehen gesprochen hatte (Vs. 869 und 946 ff.), muss jetzt schlechterdings eine förmliche **Einsetzungsrede**, wenn auch nur eine kurze, halten, grade wie sie oben V. 651 ff. den Areopag in einer Rede einsetzte. — Die letzte Rede der Athene zerfällt in zwei Theile, in deren erstem (V. 957—98) der feierliche Zug anbefohlen, im zweiten aber (V. 982—985) der Cultus der Eumeniden in Athen für die Zukunft festgestellt werden soll. Kann aber dieser so wichtige Cultus, auf den Athene vorher selbst grossen Werth legt, in diesen dürren und vor lauter Magerkeit beinahe albernen Worten eingesetzt werden: »Ehrt sie mit purpurrothen Festkleidern« cett. — Wahrlich, kein Besonnener kann es bezweifeln, dass die letzten 4 Verse an den Areopag

gerichtet werden, und dass also vor V. 982 eine längere Stelle — ausgefallen ist, in welcher zuerst der Areopag angeredet und ihm nachher so manche Einzelnheiten des Eumenidencultus namhaft gemacht worden waren.« Eos autem, ad quos sermonem convertat Minerva, Areopagitas esse, quamquam pluribus caussis allatis probare studuit vir doctus, una tamen tantum probabilitatis commendationem habet, quam et ipse tanquam gravissimam proposuit his verbis: »Was aber das Wichtigste ist, Athene kann den Cultus der Eumeniden durchaus Niemandem anders auftragen, als dem Vorsteher dieses Cultus, dem Areopage.« Denique sic concludit p. 126 sq.: »Um nicht alles oben Gesagte noch einmal zu wiederholen, so beweist τὸ λοιπὸν schon allein die Einsetzung der Semnen; man sehe nur V. 653 und vergl. V. 687, auch den Dinarch. in Demosth. 87, 3 Bekk. αὗται αἱ σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέστην ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γενομένῃ καὶ τῇ τούτου ἀληθείᾳ συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. Kann man ferner dem Aeschylus einen so argen Fehlschluss zutrauen, als dieser sein würde: »Haltet jetzt einen Aufzug in purpurrothen Prachtgewändern und mit Fackeln, damit sich die Semnen euch gnädig zeigen und für die Zukunft Glück der Männer schaffen.« Sind denn die Semnen durch diesen einzigen Aufzug auch schon für alle Ewigkeit abgefunden, oder muss nicht das Atheniensische Volk diesen Göttinnen auch noch später oft Verehrung zollen, damit Gabe und Gegengabe in natürlichem Verhältnisse stehe? Die Semnen wurden ja in Athen fortwährend verehrt, und zwar hochverehrt!« Et haec quidem censeo, quanquam non vere, certe quod ad argumentum eorum quae interciderunt attinet, tamen haud ita improbabiliter esse disputata; cetera quae eodem fine protulit vir doctus aut inepta sunt, maxime id quod p. 121 posuit jure notatum a Muellero in append. p. 28, aut, quia nonnullarum rerum, quae ad hanc quaestionem solvendam plurimum faciunt, falsam speciem cepit, quamvis aliquid veri contineant, haud omnino quadrant. Sic, ut eorum quid delibemus, quae, si in justa sua luce posita fuerint, ad rem disceptandam possint conferre, quod Fritzschius contendit, ridiculum esse, si solis

Minervae ancillis, scilicet puellis, mulieribus, vetulis, versu 981 nominatis, cultus Eumenidum demandetur, — negat enim aliorsum referri posse verbum τιμᾶτε, quia nemo alius in praecedentibus versibus commemoretur, — unde, quam dubium esse nequeat, quin in postremis quattuor versibus ad Areopagitas sermonem converterit Minerva, certissime sequi affirmat, ut ante versum 982 aliquid exciderit, — ex his igitur quamvis verissimum habeam cum illud, quod postremo loco posuit, tum ipsam, quam fecit, conclusionem, cetera tamen puto falso disputata esse. Etenim praeterquam quod non facile concesserim, versu 981 praeter ministras Minervae, quarum versu 978 facta mentio est, feminas significari nullas, de quo jam, opinor, dubitari nequit, vocabulum τιμᾶτε tum tantummodo ad illas referri posset, si adfuissent in scena. Aderant autem praeter Minervam nonnisi Eumenides atque Areopagitae. Illas versu 975 alloquuta erat dea, postea neminem; ergo, etiamsi Vs. 982 sq. verba asyndeta et objectum omissum largiri velles iis qui lacunam statuendam esse negant, ut alia taceam identidem inter disputandum memorata, tamen, quia omnia uno velut tenore decurrunt nec est unde concludas, inde a versu 982 orationem ad alios converti, oportet ut aut ante illum aliquid intercidisse statuas, aut etiam in postrema hac parte orationem ad Eumenidas converti, id quod plane ineptum est. Nam quod isti forsan objecerint, hoc posterius ne factum esset non verendum fuisse, quoniam et ii, qui fabulam spectassent, Minervam vidissent, dum haec loqueretur, ad Areopagitas sese convertentem, et cuivis alii vel ex sententia ipsa de vera rei ratione nullus omnino scrupulus subnasci possit, — id quid valeat, in propatulo est. — Placet tamen per hanc occasionem de loco quodam disserere, cujus supra, ubi eum ordo commentandi tangebat, nullam rationem habuimus. Dicat enim quispiam, hoc, quod modo contendimus, minus recte esse disputatum, quoniam etiam versu 550 similiter se gesserit poeta atque hoc nostro loco. Scilicet illic postquam Minerva silentium imperavit, ut judicium haberi possit, Apollinem in scenam progressum Furiae sic alloquuntur:

"Ἀνὰξ "Ἀπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει.
Τί τοῦδε σοὶ μέτεστι πράγματος, λέγε.

Quibus ille postquam exposuit de consilio quo venerit, subito ad Minervam convertitur hisce cum verbis:

σὺ δ' εἴςαγε
ὅπως ἐπίστᾳ τήνδε κυρῶσαι δίκην,

nullo vocabulo addito, quo hic, quem ad novam personam facit, transitus signetur. Sed hoc revera non ita se habere, vel inde conjeceris, quod in eo, qui ibi fingitur, rerum statu necessarium videtur, ut Chorus ne antequam dicendi potestatem habeat a dea factam sermonem suscipiat. Nisi forte argutari alicui placeat, poetam eo ipso, quod Furias sic praeter ordinem loquentes faciat, intemperantiam harum atque incontinentiam pingere voluisse de industria. Noluit vero: nam verba illa, quae vulgo Furiis tribuuntur, ne potuisse quidem ab hisce proferri, ex ipso versus 545 argumento certo consequitur. Quo enim, quaeso, modo Chorus tale quid quaesiturus fuisset ex Apolline post verba inter utramque partem inde a versu 170 usque ad versum 225 commutata? Sunt igitur versus 544 et 545 Minervae continuandi, Apollinem praeter exspectationem in judicium venientem miranti. Eosdem jam a Wakefieldo Choro abjudicatos esse video et praeconi adsignatos, id quod probari nequit. Verum haec ὡς ἐν παρόδῳ. — Aliud ejusmodi lacunae, qualem supra ab ipso significatam vidimus, Fritzschius indicium verbo φοινικοβάπτοις arbitratur contineri. Quum enim parum credibile esse censeat, ministras illas Minervae purpureis vestibus fuisse indutas, — Ersephoros sane, ut hoc moneam, vulgo candidis vestimentis amictas fuisse scimus — contra vero maxime consentaneum, has Areopagitis tributas fuisse, etiam hoc argumentum vincere contendit, ut inde a versu 982 Areopagitae compellentur, et hinc sequi, ut ante eum aliquot versus perierint. Sed etiam haec argumentandi ratio, licet de eo quo tendit lubenter assentiaris, fundamento superstructa est non admodum firmo. Neque temere abjicienda erat acuta aliorum virorum doctorum suspicio, prolata illa a Muellero ad Eumenidas p. 176 et 179 et jam antea a Klausenio in theologumenis Aeschyli p. 169, purpureis istis vestibus non comitum quemquam indutum cogitan-

dum esse, sed simulacra Eumenidum ornanda, quae etiam ab ipsis poetae verbis locique condicione longe majorem habet commendationem, quam altera illa ab eodem proposita de facibus in subterraneos Eumenidum thalamos conjiciendis, quae quidem fere eadem jam Boettigero subnata erat in scriptione de persona Furieli p. 49 sq. not.; quamquam utra verborum φοινικοβάπτοις — τιμᾶτε explicandorum ratio vera sit, quum de re aliunde non constet, ob ipsam lacunam non potest certo dijudicari. Muellerus quidem in appendice p. 28 et illam controversiam et Fritzschii objectionem hancce: »Endlich würden τιμᾶτε — ὁρμάσθω eine durchaus überflüssige Aufforderung enthalten, indem die purpurnen Festkleider, so wie die Fackeln schon da waren und nicht erst geholt zu werden brauchten« — tetigit bis verbis: »Was diese Purpurkleider — selbst anlangt: so können nur solche verstanden werden, mit denen die Statuen der Erinnyen zu bekleiden sind, auch aus dem sehr leicht zu begreifenden Grunde, dass, wenn die Propompen selbst in Purpurkleidern erschienen wären, es verkehrt wäre sie durch einen Imperativ dazu aufzufordern, wenn sie aber noch keine solche anhaben, es lächerlich wäre ihnen zu gebieten, sich in dem Moment, wo die Pompa schon anhebt, anders zu costümiren.« E quibus aliquis cum id miretur, quod statuae intelliguntur, ubi deae ipsae praesto sunt, tum quod Eumenidum statuae, quarum usque ad id tempus, quo haec omnia acta esse fingitur, nullus dum apud Athenienses cultus fuerit. Quod quum ferri non possit, is qui conjecturam Muelleri contra hunc ipsum voluerit in usum suum convertere, continuo concluserit, vel ex ea sequi, ut quattuor postremi versus non ad praesens tempus spectent, id quod vulgo statuitur atque etiam a Muellero sumitur sub finem l. c., sed ad futurum, et hoc novo nisus argumento cum Fritzschio contenderit, in hac altera hujus orationis parte cultum Eumenidum in posterum institui. Verum enim vero haec conlusio minime, veritatem contineat, necesse est, modo de iis, quae ad eam faciendam compulerunt a viris doctis posita, rectius statuatur. — Praeterea sequentia verba: καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρὸς industrie pensanda sunt. Ea simul respexerat Fritz-

schius in loco, quem modo excribendum curavimus. Quare vellem etiam ad alteram hanc objectionis partem respondisset Muellerus, quum praesertim ex ejus interpretatione: »Feuerglanz lasst flammen jetzt« vix satis accurate cognosci possit, quomodo locum acceperit. Si tamen verba ista de facibus intellexit, nescio, quomodo statuere potuerit, jam ante versum 957 προπομποὺς cum ardentibus taedis orchestram ingressas esse. Sed licet locum etiam aliter interpretari, nimirum sic, ut ignis in sacrificio (cfr. Vs. 960) accendendus significetur, in quam rem conferas, si tanti est, Euripideum illud: πῦρ ἀνάψουσιν θεοῖς, Orest. Vs. 1130 Matth. Et hanc quidem ego explicandi rationem veriorem esse censeo, ut infra demonstrabitur. De facibus si capitur locus, sane oportet ut Fritzschii illam sententiam amplectamur. Namque si quis eum sic fere vertere vellet: et lux ignis feratur sive celeriter incedat, collato v. c. loco Euripidis, qui est Iphig. Taur. V. 1107 Matth.: ἔνθ' ἐνάλιον ἔρχεται πῦρ, ut facium gestatores procedere jubeantur, is potius cursus cum facibus instituti, quam Graeci λαμπαδηδρομίαν vocabant, quam pompae graviter incedentis significationem inveheret ineptissime; altera autem interpretandi ratio, quae, illo posito, statui possit, inferius refutabitur. —

Verum jam operae censeo esse, nonnulla ad principalem quaestionem pertinentia, de quibus dissentire nos a viris doctis in antegressis passim jam significavimus, et quae posita magis quam demonstrata videri possint, argumentis confirmare et rectius explicare; alia, quae supra inchoata post illa demum accuratius tractata apte dijudicari possunt, ad finem perducere; eorum denique, quae intacta adhuc tamen explicatione egent, rationem habere. Quo facto nostram de lacuna illa et quidem potissimum de argumento eorum quae exciderunt sententiam, quantum fieri poterit, dilucide propositam exhibebimus.

Quod igitur jam superius asseruimus, in iis quae leguntur inde a versu 957 usque ad versum 985, nihil inesse, unde concludas, praeter eas personas, quae jam antea affuerint, alias theatrum ingressas esse ad pompam solemnem pertinentes, omnibus indiciis, quae huc faciant, congestis ponderatisque, demonstra-

bimus. Et primum quidem de adventu talium personarum nullibi dictum est expressis verbis, ut adsolet. Porro, ne huic caussae nimium tribuere videamur, quod vulgo putant, earum versu 959 in verbis τῶνδε προπομπῶν mentionem inesse, ea si vera esset sententia, mentio ista permire esset facta, at non est, nam libri aliam lectionem praebent eamque verissimam, unde nihil ejusmodi colligi potest. Hic vero solus locus olim pro illa sententia merito in censum vocari poterat. Mox, ubi eae commemorantur, quas vulgo easdem putant esse atque illas προπομποὺς, versu 979 sqq.: (πέμψω) —

ξὺν προςπόλοισιν, αἵτε φρουροῦσιν βρέτας
τοὐμὸν δικαίως· ὄμμα γὰρ πάσης χθονὸς
Θησῇδος ἐξίκοιτ᾽ ἄν, κ. τ. λ.

profecto id non fit ita quasi jam coram sint, sed loci condicio potius contrarium suadere videtur.

Quae quum ita sint, dubitaverit aliquis, num omnino pompa in ipso theatro plene adornata sit et eae personae, e quibus constabat praeter Minervam, Eumenidas, Areopagitas, eodem convenerint. Possit hoc quidem, si non eo tempore, quo vulgo credunt, at tamen post versum 985 factum esse. Et revera jam Genellus ita statuit. Is enim in libro: »Das Theater zu Athen« p. 241 sq. haec scripsit: »Mit den Worten:

τιμᾶτε καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρός.

ruft die Göttin nach den Priesterinnen, die den Chor mit Fackeln begleiten sollen. — Alsbald erschienen die Propompoi mit Fackeln versehen und bekränzt« cett. Qui quidem quomodo hanc sententiam cum versu 959, ut adhuc legebatur, conciliaverit, nec liquet, nec vero quaerere attinet. Sed non video, cur opus sit ejusmodi conjectura, immo ne probabilis quidem est. Etenim si Minerva secundum ea quae Vs. 957 sq. professa est, post versum 985 sola abit, ut recte judicat Hermannus in loco superius p. 182 citato, vel ex hac re sequitur, ut solidam pompam post scenam ducendam intelligas, quum deam ipsam pompae interesse velle e versibus 959 et 976 efficiatur. At enim dicat aliquis, ob eam ipsam caussam falsam esse istam versus 957 interpretationem et praeferendam eam, e qua verba: προτέραν δ᾽ ἐμὲ χρὴ στεί-

χειν valeant: praeire me oportet, ut Minerva non statim post versum 985 abeat, sed ex ipso theatro in fronte pompae Eumenidas ducat ad sedes ipsis testinatas. Sed cum alia, de quibus supra p. 190 sq. monitum est, magis favent verborum illorum explicationi ab Hermanno propositae, tum, id quod probe tenendum, nisi hanc sequaris, non liquet, quid sibi velint sequentia:

ὑμεῖς δ' ἡγεῖσθε, πολισσοῦχοι,
παῖδες Κραναοῦ, ταῖςδε μετοίκοις.

Mirum enim esset, si Minerva, postquam dixit, se praeire velle tanquam προπομπὸν Eumenidum, jam idem ut faciant Areopagitis mandaret. Sed tollitur hic scrupulus, si priorem locum sic capias, ut Minerva dicat, se prius decedere velle, ut scilicet ministras suas et ceteras personas ad pompam pertinentes vel conveniat jam congregatas in vicino quodam loco, vel, id quod multo verisimilius, ut supra Areopagitas, arcessat etiam tum non praesentes, et deinceps Eumenidas, ducentibus Areopagitis e loco, ubi haec omnia aguntur, egressas, excipiat atque ipsarum ad sedes ducat pompa solemni; alterum vero ita, ut non de propria, ut ita dicam, pompa, Vss. 959 et 976 sqq. significata, sermo sit, sed ut Areopagitis demandetur negotium, Eumenidas ex eo loco, ubi jam versantur, deducendi. Atque illud, ut eae feminae, quae tanquam pompae interfuturae memorantur Vs. 979 sq., exceptis Minervae ministris, de quibus, ut modo vidimus, aliter quam nos sentit, non ex orchestra cum reliqua pompa progredientes cogitandae sint, jam Genellus l. c. not. 69 tam consentaneum judicavit, ut vel per se intelligi scriberet. Ad deam autem ipsam quod attinet, per est mirum, quod Hermannum supra ad Vs. 957 sq. vidimus statuisse, abire eam, »um vorauszugehen und den Erinnyen ihre Wohnungen, wenn sie mit dem Fackelzuge kommen werden, anzuweisen.« Qui enim, quaeso, ut hoc unum moneam, reperiri thalami Eumenidum poterant, quum nullibi accuratius descripti sint, ipsa non ducente? Nam falsum esse istud viri docti placitum, vel ipsa poetae verba, Vs. 976 seqq., arguere poterant, ut alterum locum omittamus, qui est Vs. 957 seqq., quippe in quo a nobis demum vindicata sit librorum mscr. lectio

προπομπόν. Quod vocabulum ibi usu strictiore adhibitum simul comprehendit significationem ejus qui pompam instituit et ducit. Mira etiam et sane quam lepida sententia est, quam super eadem re Genellus l. l. protulit his verbis: »Dass Athene in ihren letzten Anapästen spricht: Auch ihr gehabt euch wohl, ich gehe euch voran, die Wohnung anzuweisen: daraus darf nicht gefolgert werden, sie sei wirklich vom Logeion herabgekommen, um in Person den Zug anzuführen. Das werden Andre thun; sie aber hat mehr Wege dorthin zu gelangen.« —

Ergo si probabile est, pompam integram non ductam esse ex ipso theatro neque quemquam id ingressum post versum 985, et certum est, quod Fritzschius aliis ex indiciis collegit, versus finem orationis a Minerva habitae Areopagitas appellari, et sequitur, ut deductores, qui postremum nostrae fabulae carmen canunt, iidem fuerint cum hisce. Quod idem postquam jam pridem significaverat Klausenius in theologumenis Aeschyli p. 45, not. 57, nuper etiam Fritzschius statuit in censura p. 113 sq., ita quidem, ut plures caussae ab ipso allatae aut infirmae sint aut nullam prorsus vim habeant, obloquente tamen Muellero, nec adsentiente Hermanno, quamquam putaveris, veram rei rationem vel perturbante versu 959, ut quidem adhuc edi solebat, e solis 964 et 965 tam clare elucere, ut omnino non videatur in controversiam cadere posse. Et vereor equidem, ut cum aliqua veritatis specie opponatur ab illo in appendice p. 27, refragari jam id, quod carmini Προπομπῶν persona praefixa sit. Nolim quidem respondere, in codd. Med. et Reg. L. atque in ed. Ald. pro Προπομποὶ legi Χορός, in ed. Rob. autem nullam reperiri personae notationem, — nam in recensu personarum in omnibus, quod ego sciam, libris mscr. ultimo loco commemorantur Προπομποί; — nec, inde nihil omnino sequi, ideo contendere, quod praeter hos in illo nulla fiat Areopagitarum mentio, iique, qui hoc carmen canunt Eumenides deducentes, quanquam iidem antea judicum munere functi, quum tanquam judices mutae personae sint, quarum in illo recensu mentio omnino praetermissa est, tanquam deductores non item, convenienter hoc potius nomine distincti sint, — nam

in schol. A. ad verba: *μέγαλαι φιλότιμοι* adscriptum est: *αἱ προπομποί*, ut saltem incertum sit, utrum *Προπομποὶ* in recensu signati viri intelligendi sint e sententia eorum, qui id vocabulum posuerunt, an feminae; — sed, ut hoc alterum verum sit, nihil ostendit, nisi hoc, jam inter veteres Aeschyli interpretes fuisse, qui de re errarent. —

Restat, ut nonnullos scrupulos removeamus, qui ex ipso carmine postremo a deductoribus cantato contra nostram opinionem moveri possint. Sed id priusquam fiat, universum ad singula verba paullo accuratius perlustrabimus. Est autem carmen illud sic exhibitum a Wellauero:

Βᾶτε δύμῳ, μεγάλαι φιλότιμοι — στρ. ά.
Νυκτὸς παῖδες, ἄπαιδες, ὑπ᾽ εὐθύφρονι πομπᾷ.
Εὐφαμεῖτε δέ, χωρῖται.
Γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν ὠγυγίοισι, — ἀντ. ά.
Καὶ τιμαῖς καὶ θυσίαις περίσεπται, τύχᾳ τε.
Εὐφαμεῖτε δὲ πανδαμεί.
Ἵλαοι δὲ καὶ εὐθύφρονες γᾷ — στρ. β́.
δεῦρ᾽ ἴτε, σεμναί, πυριδάπτῳ
λάμπαδι τερπόμεναι. Καθ᾽ ὁδὸν δ᾽
ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.
Σπονδαὶ δ᾽ ἐς τὸ πᾶν ἔνδαδες οἴκων. — ἀντ. β́.
Παλλάδος ἀστοῖσι Ζεῦς πανόπτας
οὕτω μοῖρά τε συγκατέβα.
Ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

In his versibus patet multa vitia latere. Pericula virorum doctorum post Wellauerum facta vel infelicia sunt vel saltem maxime dubia atque incerta, excepto uno Boissonadii, tertium secundae strophae versum sic scribi jubentis:

λάμπαδι τερπόμεναι καθ᾽ ὁδόν.

Certum etiam *βᾶτε δόμῳ*, quod Wellauerus pro codicum lectione *βᾶτ᾽ ἐκ δόμων* reposuit in primo prioris strophae versu, itidem *χωρῖται*, quod Hermannus elem. doctr. metr. p. 435 in postremo pro vulgato *χωρεῖτε*. Idem primus carmen in strophas atque antistrophas divisit. Sic prior stropha mendis libera haberi potest. — In antistropha libri porrigunt: *ὠγυγίοισι* (vel *ὠγυγίοισιν*) *καὶ τιμαῖς*, deinde: *περἴσέπται τύχαι τε* (Reg. L., Med. Weig.) vel *περισέπτᾳ τύχᾳ τε* (Rob.) vel *περίσεπτα τύχαι τε* (Guelph.), vel denique

περὶ σέπτα, τύχας τε (Ald.), denique omnes πανδαμί, excepta una Robortelli editione, in qua πανδαμεὶ exaratum est. Quod ad primam attinet variam lectionem aut ejecta vocula καὶ ante τιμαῖς scribendum: ὠγυγίοισιν, aut retenta: ὠγυγίοις καὶ, ut infra ἀστοῖς pro ἀστοῖσι. Longe difficilius est, e diversis scripturis secundo loco memoratis genuinam lectionem extricare. Hermannus quum in uno libro mscr. postremam verbi περίσεπτα literam punctis notatam videret ut incertam, et facium hoc loco semper singularem fieri mentionem, probabile ratus, etiam his verbis ad eas allusisse poetam, quia secundam vocabuli εὐθύφρονες syllabam non credebat productam esse, nuper conjecit posuisse Aeschylum: πυρισέπτορι τύχᾳ τε. Olim dederat: πυρισέπταις τε τύχαισιν. Nunc vero etiam formationem adjectivi πυρισέπτη vel περισέπτη improbat, Aeschylum, si hujuscemodi quid voluisset, voce in -ος exeunte usurum fuisse affirmans, ut supra Vs. 258 μητροφόνους scribi voluerat pro μητροφόνας. Nota sunt quae hanc in rem vario fine disputaverunt Porso in praefat. Hec. p. XI et ad Med. Vs. 822, Lobeckius ad Ajac. p. 241 seqq. ed. I, Elmslejus ad Med. Vs. 897, ipse denique Hermannus in censura hujus libri opusc. T. III. p. 216, ita tamen, ut certa quaedam regula a nemine constituta sit, id quod ne naturam quidem rei, de qua agitur, pati putaverim. Nec video equidem idoneam caussam, cur formatio περισέπτῃ, si modo sanior esset universi loci scriptura, explodenda esset magis, quam illud περιῤῥύτας, supra Vs. 77, et περικλύστα, Pers. Vs. 588. Et probavit illam Lobeckius l. l., qui vir eruditissimus quod in altera Ajacis Sophocleae editione promiserat, se hac de re alibi disputaturum esse fusius atque accuratius, tanta nuperrime cum doctrina praestitit edita dissertatione de motione adjectivorum minus mobilium in paralipomenis grammaticae Graecae p. 455 seqq., ego ut haud aegre quae ipse collecta habebam supprimam. Ad nostram fabulam quod attinet, et ipse Lobeckius illud μητροφόνας recenset inter exempla suspicioni affinia l. l. p. 461; quod ego jam supra significavi ad Vs. 258, si quis noluerit declinatum censere a μητροφόνη, fingi etiam posse nominativum μητροφόνης, cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 184 sq.

Tum adjectivum masculinum primae declinationis cum substantivo feminino ejusdem copulatum fuerit, quod quam frequenter factum sit testimoniis probavit jam Lobeckius l. l. p. 267 sq. Licuerit quoque ipsum illud μητροφόνας pro primo casu habere. Cfr. de utroque adjectivorum compos. genere Lobeck. ad Ajac. Vs. 604. ed. II.; sed nolo hac de re quidquam decernere, hoc loco quidem. Versu 302 erant, qui vocabulum εὐθυδίκαι derivarent a recto casu εὐθυδίκη; Lobeckius olim hunc Aeschylo sonasse εὐθυδίκης putabat, ut Hesiodo; Hermannus nuper jussit scribi εὐθυδίκαιοι, quae mihi conjectura etiam aliis de caussis magnopere placet. Nostro in versu Schwenckius suspicabatur legendum esse: περισέπταις τε τύχαισιν. Propius etiam a librorum scriptura distaret hocce: περισέπταισι τύχαις τε. Sed displicet cum in hac lectione, tum in ea, quae Hermanno arrisit, vocabulum τύχη, parum enim huc quadrat locus, qui supra legitur Vs. 93, et ea exempla, quae ad hunc congessit Wellauerus. Hermanni autem emendationem, praeterquam quod violentior est, vel ob rem ipsam reprobandam esse puto, ut mox, opinor, apparebit. Nimirum ineunda est diversa prorsus corrigendi via. Scripserat poeta, aut omnia me fallunt: περίσεπτα τέτυκται: »per honores et sacrificia valde sancta sive religionis plena parata habetis.« Adjectivum neutrius generis περίσεπτα articulo non addito pro substantivo positum ut supra Vs. 918 κύρια. Syllaba τε- quam facile intercidere potuerit ob vicinas -τα et τυκ- satis patet. Et vide, ne illud -ταί, quod in nonnullis codicibus habetur pro -τα, eodem jure ex τε- ortum censeatur. Porro reliquae correctionis nostrae partis haec reddi ratio potest. Quum principio scriptum esset τέτυκται, perdita prima verbi syllaba, mox, quod supererat, τυκται, quum aperte depravatum esset, a correctoribus mutatum in τύχαί τε cett., quam scripturam sic quoque natam existimare possis, ut, quum forte ex illo τυκται ortum esset τυκτε, sed supra scripta diphthongo αι, in hunc modum: τυκτε (αι supra), hanc ex superiore loco in ipsum verborum ordinem post

syllabam τυκ- irrepsisse tibi persuadeas. Sed haec hactenus. Jam vero oportet, ut etiam versus strophicus corrigatur. Quid vero? Nonne justo temerius, utrumque mutasse? Non, sodes, opinor. Sed hoc ipsum, quod nostrae conjecturae obstare dicas, maximam ei videtur prae ceteris verisimilitudinis speciem conciliare. Quippe semper offendi in vocabulo εὐθύφρονι, de quo jam Wakefieldus: »non legi,« inquit, »vocem nisi apud Cyrillum Alexandrinum contra Julian. lib. III, p. 103: ἀλλ' ἐπήνεσε μὲν τὸν εὐθύφρονα καὶ δίκαιον Ἄβελ.« Convertit hic: probe animata, qualis notio minus quadrat nostrum ad locum; vulgo: benevolus, quae significatio optime sane sese habet, at dubito num subesse vocabulo possit. Qua de re hoc videtur vel librariis vel correctoribus deberi et genuina poetae manus fuisse: εὔφρονι. Sed objicias, vocem εὐθύφρονι defendi vel eo, quod versu 902 idem vocabulum recurrat. Scilicet is aperte corruptus est et ab Hermanno sic correctus: ἵλαοι δὲ καὶ τᾷδ' εὔφρονες γᾷ, ubi nihil dubium, quin εὔφρονες certe recte sit restitutum. Cf. Aristoph. Thesmophor. Vs. 1148 sq.:

ἥκετ' εὔφρονες, ἵλαοι,
πότνιαι, ἄλσος ἐς ὑμέτερον.

Nota vero, quam pulchre idem vocabulum et de se usurpent deductores et vicissim de Eumenidibus, appositeque prorsus ad illa Minervae verba, Vs. 946 sq.:

τάςδε γὰρ εὔφρονας || εὔφρονες ἀεὶ μέγα τιμῶντες.

Mox codices, quantum equidem videam, omnes, excepto uno Robortelliano, habent πανδαμί, non πανδαμεί. Illud flagitabat Blomfieldus in gloss. ad Sept. adv. Theb. Vs. 284, hoc Lobeckius atque Hermannus, olim quidem, nuper tamen hic plurimorum librorum lectionem reposuit, ille quae super hac re, rationibus haud conficienda, adnotaverat ad Ajacem, omisit.

Ad alteram stropham atque antistropham quod attinet, primis utriusque versibus ea, quam modo commemoravimus, Hermanni emendatione, justa restituta est responsio. Codices mscr. vulgo: ἔνδαιδες, Robort.: ἔνδᾳδες, quam scripturam Muellerus recepit; Hermannus dedit: ἐνδᾷδες; vulgatam tuetur Lobeckius

paralip. gramm. Gr. p. 143. — Versuum qui utrumque excipiunt itidem turbata est responsio. In antistropha libri praebent vel: παντόπτας (Med. et Rob.), vel: πανόπτας. Quare Hermannus in ea sic scribendum censuit: Πάλλαδος ἀστοῖς. Ζεὺς ὁ πανόπτας, in stropha post σεμνὰς excidisse syllabam longam ratus, quam olim καὶ fuisse, nuper, et aptius quidem, σύν, putabat. Mihi potius genuina videtur cod. Med. et Rob. lectio: παντόπτας, qua Noster formatione etiam in Suppl. Vs. 131 et in Prometheo soluto (ὁ παντόπτας Ἥλιος) usus est, et in stropha pro πυριδάπτῳ rescribendum: πυρδάπτῳ, ut alibi quoque duplex haec ejusmodi vocabulorum forma reperitur. Porro, quam Hermannus strophico in versu inculcavit, praepositio σύν, caret ea externa probabilitate, nec placet, meo certe sensu, sola verba: τερπόμεναι καθ' ὁδὸν jungere. Facillime post -ναι intercidere poterat vocula νῷ cum τερπόμεναι construenda. Scribo igitur in stropha:

δεῦρ' ἴτε, σεμναί, νῷ πυρδάπτῳ

et in antistropha:

Πάλλαδος ἀστοῖς Ζεὺς παντόπτας. —

Denique tertius quisque versus in suspicionem vocatus est, et recte quidem, quia dactylus λάμπαδι respondentem sibi habere non potest spondeum οὕτω. Quare Hermannus et Fritzschius, in eandem uterque simul incidentes conjecturam, pro λάμπαδι substituendum esse censuerunt: λάμπᾳ, quod vocabulum eadem, qua illud, significatione praeditum etiam supra, versu 365, esse credunt. Sed jam ibi contendimus, hanc sententiam omni fide carere, in qua quidem etiam Musgravius versabatur, ab Euripide Suppl. Vs. 993 scriptum putans: λαμπαὶ ἵν' ὠκυθόαι. De veriloquio vocabuli nunc video Lobeckium in paralip. p. 340, not. 26 haec scripsisse: »Falso Passovius hoc (sc. λάμπη) pro λάπη accipit; femininum est nominis λαμπός, quod Arcadius a proprio Λάμπος accentu distinguit.« Passovius scilicet in Lexico s. v. λάμπη declinatum dicit a λάπη inserta litera μ. Nec profecto est cur jugatum utrumque verbum negemus. Ad eandem vocabulorum stirpem pertinet λέμφος. Verumtamen jam veteres de verbo λάμπω cogitabant. Galenus in explanat. vocc. Hippocr. p. 514, ed. Franz.: Λαμπηρά) τὰ ἀφρώδη. Λάμπει γὰρ ὁ ἀφρός, ubi quidem

haud improbabiliter emendatum est: Λάμπη γ. δ. ἀ. Alia verbi forma est λαμπρὸς apud Photium p. 151 Herm. De propria vocis λάμπη potestate vide Hesych. s. v. cum nota Alberti, Photium s. v., Erotiani exposit. vocc. Hippocrat. s. v. Λαπῶδες, p. 238 ed. Franz., Foesii Oeconom. Hippocrat. s. v. Λαμπηρά. Ceterum apud Photium et Erotianum l. c. oxytonôs scribitur λαμπή; paroxytonôs tamen vocabulum efferendum esse notat etiam Arcadius p. 113, 8. In verbis ἀνηλίῳ λάμπᾳ (Vs. 365), ut hoc addam, cogitaverit aliquis de Aristophaneo illo: σκότος καὶ βόρβορος, Ran. Vs. 273. Nostro in loco vitium potius in antistropha quaerendum videtur. Conjicio autem, ibi principio scriptum fuisse: ἐς τάδε, vel simile quid, cujus vulgarem lectionem οὕτω interpretamentum puto esse. Trita usu est dictio: συγκαταβαίνειν εἴς τι. Pro μοῖρα, quod praeter editionem Rob. reperitur etiam in cod. Med. Weig., jam a Muellerô rectius repositum est Μοῖρα.

Ceterum de sensu singulorum verborum pauca tantum dicenda restant. De voce φιλότιμος idem fere valente quod πολύτιμος nuperrime monuit Lobeckius in paralip. gr. Gr. p. 372; cfr. etiam Musgravii adnot. ad Eurip. Iph. Aul. Vs. 22. — Porro ut in hoc carmine εὐφαμεῖτε et subinde ὀλολύξατε, sic Agam. Vs. 28 legitur: ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα, ibid. Vs. 582: ὀλολυγμὸν ἔλασκον εὐφημοῦντες: proxime vero ad loci nostri similitudinem accedit Aristoph. Pac. Vs. 96 sq.: εὐφημεῖν χρὴ καὶ μὴ φλαῦρον || μηδὲν γρύζειν, ἀλλ' ὀλολύζειν. De varia verbi εὐφημεῖν vi atque usu vide Spanhem. adnot. ad Callimach. Hymn. in Apoll. Vs. 17 et 18, ad Aristoph. Nub. Vs. 262, ad Callim. Hymn. in Cer. Vs. 18. Ceterum vocabulum ὀλολύζειν, de quo qui exposuerunt viri docti laudavit Hauptius ad Agam. Vs. 479, neque hoc loco nisi de solarum mulierum laeto et festivo clamore dictum est, neque aliis sat multis. Verba: ὁ. νῦν ἐπὶ μολπαῖς Muellerus sic Germanica fecit: Zu dem Schlusse des Lieds nun ein Jauchzen. De quo usu praepositionis ἐπὶ accurate egit Nitzschius ad Hom. Odyss. II, 284. Sed obstrepit Fritzschius in censura p. 133: »Während des Gesanges, nicht nach demselben, sollen die Semnen frohlocken und jauchzen. Eine ξύμ-

φωνος ὁμοῦ — ὀλολυγὴ (Ar. Avv. 221) soll statt finden. Von diesem Gebrauche des ἐπί τινι sprachen wir oben zu V. 976. Richtig Schuetz: cantibus nostris occinite, acclamate.« Quam sententiam quivis vel non monitus viderit falsissimam esse. Stanlejus: exclamate nunc in cantibus. Ἐπὶ μολπαῖς minime ad cantum deductorum spectat, sed idem fere significat quod μολπηδὸν Pers. Vs. 381: κέλαδος μολπηδὸν εὐφήμησε. Similiter sese habet praepositio ἐπὶ in hisce: ἀνωλόλυξαν ἐπὶ διθυράμβοις, Callimach. Epigr. L, ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ, Eur. Herc. Fur. Vs. 345. ἐπὶ δάκρυσι καὶ γόοισι, Troadd. 315 Matth., aliis. Praeterea vehementer dubitandum, num hic versus ad Eumenidas spectet, ut Fritzschius censet, quo nemo compellatur nisi iidem, qui antea versibus 988 et 991. — Versu 993 haesitare possis, vocabulum σεμναὶ utrum prima litera majuscula scribendum sit, an minuscula. Supra Vs. 361 nihil dubium, quin appellativum sit, modo ibi hypostigme ante id ponatur, non post, ut vulgo fieri solet, nam arcte jungenda sunt verba σεμναὶ καὶ δυςπαρήγοροι, fere ut apud Euripidem Hippol. Vs. 92 seqq. et Alcest. 790 et 792 τὸ σεμνὸν opponitur τῷ εὐπροςηγόρῳ, prorsus ut apud Demosthenem orat. I. adv. Aristogit. p. 772 R. conjunctum legitur: τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην. Nostri vero loci quum per se alia ratio sit, tum vocabulum σεμνὸς diversa potestate adhibitum est, valet enim hic: venerandus, illic: severus. Porro Furiae jam finguntur urbe receptae, ubi peculiari cognomine αἱ σεμναὶ θεαὶ appellabantur; quare facile in priorem sententiam incumbere te patiaris. Sed injuria, me quidem judice, neque enim proprii nominis vice fungi verbum σεμναὶ apud Nostrum putaverim. — Ab ea vocis σεμνὸς significatione, quae in priore illo loco obtinet, proxime distat illa, qua in eodem carmine, Vs. 351, usurpata est; de utraque cfr. Photium et Suidam s. v., veteres interpretes ad locum Hippolyti et Alcestidis, Alcest. Vs. 817, Med. Vs. 219 Matth. ibique schol., Aristoph. Ran. V. 481 cum scholio. — Mox facillimum est, verba καθ' ὁδὸν jungere cum τερπόμεναι. Aliquanto durius foret, si quis eadem ad ἴτε referre vellet, ut v. c. apud Euripidem Orest. Vs. 1677 Matth. est: ἴτε νῦν καθ' ὁδόν. —

Haec hactenus. Videamus jam, num hoc cantico contineatur, quod fidem faciat, plures, quam quae ab initio hujus actus adfuerunt, personas praesentes cogitandas esse. Statim in oculos incurrunt versus 988, 991, 995, 999; ubi quum ii qui canunt terrae incolas appellent, canant vero Areopagitae, iidem ipsi nunc in numerum referendi, dicat aliquis, necesse esse, ut aliae praeterea personae ad pompam pertinentes adfuerint. Auscultemus aliquantisper Hermanno de carminis hujus ratione haec disserenti in censura p. 124 sq.: »Ein wenig Aufmerksamkeit hätte zeigen können, dass auch in diesem Gesange zwei Stimmen, um einstweilen diesen Ausdruck zu gebrauchen, unterschieden werden müssen, davon die eine an die Eumeniden, die andere, welche den Endvers von jeder Strophe singt, an das Volk gerichtet ist.« Num igitur quattuor illi versus Eumenidum sunt Areopagitas alloquentium? Nolui enim hanc suspicionem tacere, quamvis ipse parum probabilem ducam. Nec tamen vel sic ideo, quod Areopagitae populares suos alloquuntur, opus est, ut hos in scena repraesentatos fuisse statuamus, qua de re satis habeo ad ea relegasse, quae ab eodem Hermanno simili de caussa monita sunt verissime l. l. p. 168 sq., ubi tamen versus nostrae fabulae 651 in censum vocari non debebat, quippe in quo verbis Ἀττικὸς λεὼς aperte non universus populus Atheniensis designetur, sed sola curia Areopagitica, cfr. de voce λεὼς Vs. 608. Omnino de illa Hermanni conjectura, quamquam per se satis speciosa, est quod dubites; et monet ipse l. l.: »Es liesse sich nun zwar denken, dass der gesammte Chor der Begleiter selbst seinen an die Eumeniden gerichteten Gesang durch die in den Endversen zu dem Volke gesprochenen Verse unterbräche.« Et profecto haec sententia jam veri eo videatur similior esse, quod, si modo vera sit nostra versus 990 emendatio, non amplius orationem eorum, quibus duo primi cantici versus adscribendi sunt, tam violenter interruptam videmus per tertium, quam fit secundum eum modum, quo locus ille ab Hermanno constitutus est. Attamen huic ipsi minime certa videbatur, pergit enim: »Doch ist das nicht sehr wahrscheinlich, sondern es lässt sich vielmehr

glauben, dass nur einige Stimmen, die Priesterinnen vielleicht und ἱεροποιοί, die Eumeniden anreden; die übrige Schaar aber diesen Gesang durch die Endverse unterbricht und beschliesst.« Contra equidem, ut taceam, ἱεροποιοὺς in hac quidem caussa nullos alios intelligendos esse, nisi eosdem, qui antea judicum munere functi, jam Eumenidas e theatro deducunt, cfr. adnot. ad Vs. 960, non possum, quin ea in memoriam revocem, quae superius p. 201 sq. de caussa et fine, quo Minerva prius quam Areopagitae et Eumenides decedat, deque ratione pompae universae disputavimus. Quibus accurate pensitatis si quis tamen nescio quam ob caussam — namque ne facium gestatores desiderentur in scena praesentes statim cavebimus — aliquot personas, e quibus pompa ista constiterit praeter Areopagitas, antea etiam in scena comparuisse statuere velit, nae is nescio an frustra hariolari putandus sit. Quare, ut ad hoc redeam, illud Hermanni placitum de quattuor postremis stropharum atque antistropharum versibus eo tantum pacto verum esse potest, ut Areopagitas ipsos bipartitos fuisse statuamus inter canendum et deducendum. —

Hac quaestione profligata age etiam eam retractemus, quam supra p. 183 sq. institui coeptam de facibus in postrema fabulae parte commemoratis injudicatam reliquimus. Et unum quidem ex iis, quos ibi composuimus, locis (Vs. 983) e numero testimoniorum huc facientium et posse eximi et videri eximendum esse, jam illic et subinde in iis, quae post illa disputavimus, est significatum. Qui igitur praeter primos duos, e quibus solis nulla omnino fieri conclusio potest, unus restat, deductorum e cantico desumptus, de eo vel emendando vel construendo quidquid statuitur, tamen facium talis facta est commemoratio, ut eas jam in scena comparuisse facile tibi persuadeas. Jam vero in hac non adsunt nisi Areopagitae atque Eumenides; illis faces tribui nullo modo possunt; sequitur ergo ut etiam hoc loco harum de facibus cogitandum sit, quae certissime designantur ab initio fabulae in descriptione Furiarum, versu 55. Atque ex versibus 993 et 994 jam Berglerus adnot. ad Aristoph. Plut. Vs. 425 testimonium petebat de facibus Furiarum; sed quum universam

hanc rem, ut in judicio per occasionem prolato, non uberius illustrasset, facile, sed perperam, creditum est Boettigero loco jam superius p. 199 allato haec objicienti: »Allein die ganze Stelle handelt von den Fackeln, die zu Ehren der Furien angezündet und in ihrer dunkeln Grotte vom Volke verbrannt werden sollten.« Quae quum ita sint, dubitare vix licet, quin etiam Vss. 959 et 976 faces Eumenidum intelligendae sint, nisi forte contendere velis, aliquas ex iis personis, quae, quamvis ad pompam pertineant, tamen non in theatro compareant, v. c. ministras Minervae, praeterea etiam facibus instructas perhiberi. Sed hoc vel per se parum probabile est; neque enim opus erat ejusmodi fictione, quum tamen faces adessent. Nec dubito, quin, quod omnibus caussis prolatis evincere studui, id, quum e locis sub finem fabulae obviis unus tantum et ne is quidem nisi argumentis aliunde petitis rei demonstrandae inserviret, reperto semel ab initio fabulae, cui certum de ipsis Furiis facibus instructis testimonium inesset, statim vel sola hac ratiocinatione facta apte comprobare potuissem. Vel sic tamen etiam huic scrupulo occurrere libet. Dicat enim aliquis, quum, quod primum a Boettigero in scriptione modo citata p. 6, not. recte est intellectum, totus fabulae nostrae exitus ad pompam solemnem Eumenidibus ab Atheniensibus haberi solitam spectet, poetam vel ideo nonnullis e comitum numero faces tribuisse, etiamsi illae ipsae iis essent praeditae, quod in pompa illa vere duci solita faces gestare mos fuerit. Cui ego ante omnia opposuerim, prorsus nesciri, faciumne in ista usus fuerit, an minus; tum, ut fuerit, — quo dicas speciose referri posse verba: *σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἔνδαιδες οἴκων*, quanquam hoc minime necessarium est, — poetam aeque bene facium usum illum posterum in prima hac, quam fingit, pompa eo quod illas Eumenidibus ipsis jam praesentibus tribuit, tangere potuisse.

Et haec quidem sufficiant de facibus in fabula nostra commemoratis disputata; quas quum Boettigerus l. l. p. 48 seqq. Eumenidibus Aeschyli abjudicasset, quanquam probe reputans, easdem cum omnino tragicarum Furiarum proprias tradi a scriptoribus

veteribus, tum a graeco Aristophanis interprete et artifice aliquo, cujus tamen, ut reliquorum, quos hodie addere licet, non admodum gravis est auctoritas, illis ipsis tribui, omnes, qui postea de eadem re disseruerunt, habuit in partes suas discedentes, de summa certe: Hermannum, dissert. II de choro Eumenidum, opusc. Vol. II, p. 142 sq., Genellum l. c. p. 225, not. 55, Schwenckium in praefat. ad Eumenidas p. VIII sq., Muellerum ad Eumenidas p. 185, not. 31; Boeckhiusque in libro, quem scripsit de tragoediae graecae principibus, p. 44, cui adstipulatus est Westrikius in disputatione de Aeschyli Choephoris cett. p. 80 sq., quum sentiret, faces multum conferre ad trucem Furiarum adspectum, quo in commissione fabulae nostrae spectatores consternati esse tradantur, Boettigeri illam sententiam cum testimonio scholiastae Aristophanei ita conciliavit, ut easdem priori, quam sumpsit, fabulae recensioni, perditae illi scilicet, tribuendas censeret, de superstite statuens cum ceteris. Nos postquam ex indiciis ipsa fabula contentis demonstravimus, secus existimandum esse, missis iis rationibus, quibus Boettigerus maxime et Genellus ostendere conati sunt, ne fieri quidem potuisse, ut Furiae Aeschyleae faces gestarent, satis invalidis illis ac futilibus aut alibi refutatis, ad vindicandam fidem scholii Pluto Comici adscripti ab Hermanno loco modo laudato impugnatam, hoc unum monemus, initium ejus hocce: Ἐπισκώπτει τὴν διὰ τῶν Ἐριννύων Αἰσχύλου ὑπόθεσιν — ad verbum significare: deridet Aeschyli (ab Aeschylo) per Furias (factam) repraesentationem. Quae sententia licet paullo insolentius prolata sit, sensu tamen minime caret. Reliqua autem scholii pars satis perspicua est neque ullo modo tentanda. Versus Euripideus non spectat nisi ad solum vocabulum δεινοπαθοῦσαι. —

Denique, ne quid videamur intactum reliquisse, in hac, qualem ex iis quae adhuc disputavimus satis elucet statuendam esse, pompae ratione non jam credibile est, aut victimas, ut e versu 960 concluserunt Schuetzius et Muellerus, in theatrum ductas esse, quam sententiam supra p. 184 sq. monuimus ne ex illo quidem loco recte repeti, aut vestes purpureas Vs. 982 commemoratas, si eas Eumenidibus offerendas

intelligas cum Klausenio et Muellero, eodem perlatas; nam omnia ejusmodi extra scenam in pompa ducenda sunt e mente poetae. Simul vero patet, neque illum audiendum esse, qui ex eo, quod Areopagitae purpurea vestimeata induere jubeantur, si haec versus 982 interpretandi ratio verior habeatur, sententiae a Fritzschio prolatae, e qua tres postremi versus orationis a Minerva habitae futurum tempus spectent, aliquam verisimilitudinis speciem conciliare velit. Etenim ut illud recte fiat, satis jam perspicitur, etiam si de praesenti tempore cogitetur, nec tempus nec locum deesse Areopagitis ad vestitum commode mutandum *). —

Sed mittamus jam haec leviora scilicet, quae tamen, partim quia vel sic ad rem faciunt, partim quia viris doctissimis fraudi fuerunt nec probabili ab iis ratione disceptata sunt, non omnino negligenda erant, postremo loco disputationem de lacuna supra significata retractaturi, hoc quidem potissimum

*) Ceterum ne aut purpureae istae vestes amplius nos morentur aut simul cum iis versus 982 interpretatio, monemus, si, ut Fritzschius censet l. l. p. 125, neque id dissentiente, ut superius p. 199 vidimus, Muellero, ineptum sit, illas Eumenidibus ipsis destinatas cogitare, universam placitorum nostrorum rationem nos quidem eo perducere, ut hanc explicationem omnino rejiciendam esse censeamus. Etenim postrema Minervae verba non credimus magis ad futurum tempus spectare, quam reliqua omnia, de statuis autem in hac nostra caussa cogitare nondum licet, ergo sola altera eaque vulgata interpretandi ratio superest. Ex hac vero purpureae vestes non judicum rei capitalis intelligendae sunt, nam hos, quippe ad quos verba *φοινικοβάπτοις — τιμᾶτε* dirigantur, illis nondum indutos esse patet, sed sacrificorum (*ἱεροποιῶν*), quo nomine tum pompae intererant, tum sacra in fine hujus facienda curabant. At vereor, ne de illo, quod vestes versu 982 memoratas Eumenidibus ipsis jam praesentibus tribui posse negant, alii secus existiment. Cfr. etiam infra p. 219 not. *. Nugae vero sunt, quod Fritzschius arbitratur, alteram interpretationem non admitti a verbis ipsis, quum per ea certe utramque ferri posse liqueat; cfr., si tanti est, Aesch. Sept. 1037: *τιμήσεις τάφῳ*, Eum. 734: *τιμῶσιν ξυμμάχῳ δορί*; Eurip. Herc. fur. 1333: *δακρύοισι τιμῶν*, Bacch. 201 Matth.: *τιμώσας χοροῖς*, Erechth. fragm. I, 54: *στεφάνοισιν οὐδαμοῦ τιμήσεται*.

fine, ut eam, si non ad singula verba, at tamen ad argumentum in universum implere studeamus. Esse enim lacunam post versum 981, tot tantisque caussis probatum censemus iis certe, quibus sensus harum rerum non prorsus deest, de eo ut verbum amplius nullum faciamus, nisi e quo aliquid lucis in eam, quam nunc solvere volumus, quaestionem redundare possit.

Cui profligandae et praecipua ex parte ad exitum adducendae nos quidem maxime idoneum putamus Harpocrationis, Photii, Suidae illud testimonium primum ab Hermanno in lucem protractum adhibitumque rectissime in disputatione ad lacunam illam demonstrandam instituta in dissertatione I. de choro Eumenidum opusc. Vol. II, p. 133 sq., quo Aeschylum referunt fecisse in Eumenidibus Minervam quum placasset Erinnyas, ut ne irascerentur Oresti, Eumenidas eas vocantem. En ipsa grammaticorum verba: *Αἰσχύλος* (*ἐν* ad. Harpocrat.) *Εὐμενίσιν εἰπὼν τὰ περὶ* (*παρὰ* Harpocrat.) *τὴν κρίσιν τὴν* (*τοῦ* Phot.) *Ὀρέστου, φησὶν ὡς ἡ Ἀθηνᾶ πραΰνασα* (*ἐπράϋνε* Phot. Suid.) *τὰς Ἐριννύας* (*Ἐρινύας* Phot.), *ὥστε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, Εὐμενίδας* (*καὶ Εὐμενίδας* Suid.) *αὐτὰς* (om. Harpocrat.) *ὠνόμασεν*. His testibus Hermannus adjunxit argumentum fabulae, uno vocabulo correcto; vide quae monuimus supra p. 191 sq., ubi etiam ea, quae nuperrime hanc in rem disputata sunt a viro egregio, ex parte quidem brevius, quam antea, sed addita argumenti eorum quae exciderunt, quale ipsi fuisse videbatur, succincta adumbratione, exhibuimus et quaestionis hujus qui nunc fere status sit in transcursu significavimus. Profitebamur, nos quidem in re summa prorsus Hermanno adstipulari, nihilominus, ut plana fieret neve ulli amplius dubitationi obnoxia haberetur, certiora requirebamus argumenta. Quid enim? Ab altera parte urgebant ii, qui postremam Minervae orationem lacunosam esse omnino negarent; ab altera ipse adeo Fritzschius instabat, quamvis de lacuna sentiens cum Hermanno tamen sinceritatem atque auctoritatem testimonii illius grammaticorum aeque atque illi, quin acrius etiam, impugnando. Horum omnium conjuncto impetui ab Hermanno paucis tantum responsum erat, utque conceda-

mus, plurima eorum, quae protulerunt, vel primo obtutu cuivis rem paullo curiosius inquirenti falso atque infirme interque se ipsa repugnanter disputata apparere, tamen ipse haudquaquam ita usus est testimonio grammaticorum, ut ex eo sententiae ejus aliquid probabilitatis ac verisimilitudinis vel sponte accedere eluceat, ut nihil dicam de eo, quod caussas, quibus fidem illius testimonii maxime sustentari dicas, sive generaliores et ex universo fabulae nostrae argumento et nexu petitas, sive ex indiciis, quae ex ipso loco lacunoso repeti possint, depromptas, si unam alteramve exceperis, quam huc referre quodammodo liceat, omnino nullas protulit. Nobis igitur id negotii superest, ut non solum rejiciendis adversariorum dubitationibus atque objectionibus fidem grammaticorum vindicemus, sed etiam ita, ut id, quod e fabula nostra referunt, infuisse in ea necesse esse doceamus, nec modo eo loco, quem lacunosum esse contendimus, dictum esse posse, sed revera esse, ex iis quae hodieque supersunt, demonstremus. Qua in re id nobis jure nostro merito sumptum egregie auxilio venit, quod vidimus, versus finem fabulae, loco saepius signato, etiam ex aliis rationibus effici, ut plures versus lacuna haustos credamus; quod impugnatum et negatum potissimum in caussa fuisse videtur, cur viri docti priori loco nominati, opinione praejudicata ducti, iniquius et temerius in illud grammaticorum testimonium inveherentur, quam, si hoc sensissent satisque perpendissent, certo scio, facturi fuissent.

Sed videamus, cur illi et quomodo. Agmen ducit Schwenckius; qui postquam de cautione monuit, qua in usu excerptorum ex veteribus scholiis a Suida, Herpocratione, aliis consarcinatorum opus sit, »In scholiis veteribus,« ait, »forsan traditum erat, Furias a Pallade placatas inde ab Orestis judicio Eumenidas appellatas esse. Hanc sententiam meam confirmatam video scholio ad Soph. Oed. Col. 42: *ἔνιοι δὲ μεταβαλεῖν αὐτάς* (codd.: *αὐτόν*; illud e Suida sumptum, qui eadem habet s. v. *Εὐμενίδες*, nisi quod ultima verba omittit; facilius Bothius: *αὐτῶν*) *φασι τὸ ὄνομα ἐπὶ Ὀρέστῃ· τότε γὰρ πρῶτον Εὐμενίδας κληθῆναι, εὐμενεῖς αὐτῷ γενομένας κριθέντι νικᾶν παρ᾽ Ἀθηναίοις, καὶ ὁλοκαυτήσαντι αὐταῖς οἶν μέλαιναν ἐν Καρνίᾳ* (scr. *Κερυνείᾳ*

e correct. Muelleri) τῆς Πελοποννήσου. Quod si statuamus ad verba (V. 934 (984 Well.)) εὔφρων ἠδ' ὁμιλία vel Vs. 942 (992 Well.) ἵλαοι vel supra 901 (946 Well.) τάςδε γὰρ εὔφρονας, adnotatum fuisse, Grammaticorum commentum, quod nunc legitur, facillime originem ducere potuit.« — Sequitur Reisigius. Is in enarrat. Sophocl. Oed. Col. p. XXIV, XXXV, XXXVII et in comment. de part. ἄν p. 124 quum observasset, Athenienses veritos fuisse pronunciare Eumenidum nomen, usque eo progressus est, ut »hanc ob rem Aeschylum in Eumenidibus, fabula quamvis cognomini, non esse ausum ullo in loco eas patrio appellare Eumenidum nomine« contenderet, »quamvis Erinnyes vocentur V. 948 (911 Well.);« sed »circumlocutione Eumenidum nomen descripsisse V. 990 (946 Well.) et 1028 (984 Well.)« εὔφρονας eas vocando. — Ab hoc totus pendet Wellauerus. — Qui subinde surrexit, Klausenius, neque ille tamen rem persequens data opera, ut nec Reisigius, haec dedit in libro saepius citato p. 53, not. 61 breviter adnotata: »nomen vero Eumenidum non Atticum erat, sed Sicyonium, unde factum videtur, quod Aeschylus in ipsis sermonibus tragoediae eo non utitur, sed simili vocabulo εὔφρονες. Legitur tamen illud Soph. O. C. 42.« — Hujus vestigia sive sciens sive inscius legit Muellerus, sed dubitatione omni remota, in iis, quae scripta reperiuntur ad Eumenidas p. 176. Postquam enim memoravit, nomini Eumenidum proprium locum fuisse Sicyone, non Athenis, ubi dearum universa natura verbo Σεμναὶ comprehendi solita fuisset, sic pergit ratiocinans: »daher auch Aeschylos, der sie mit Nachdruck σεμναί nennt (361. besonders 993.), den seinem Gegenstande so nahe liegenden Namen der Eumeniden nie erwähnt, sondern die milde Seite der Gottheiten besonders durch εὔφρονες (946. 984.) zu bezeichnen liebt (quo viri eximii edicto nuperrime etiam C. Fr. Hermannus in disputatione de sacris Coloni et religionibus cum Oedipi fabula conjunctis, quaestionum Oedipodearum capite tertio, p. 126, usus est, quum ad commendandum decretum suum, e quo discrimen statuendum esse censet inter Coloniatarum religiones Thebis allatas, ubi deae Eumenides appellatae fuissent, et urbicas, in

quibus nomen Σεμναὶ obtinuisset, »Aeschylum, qui urbica magis sacra spectet, si a titulo fabulae discesseris,« illa appellatione »prorsus abstinere« notat —); während die nachfolgenden Tragiker den indess bekannter gewordenen Namen der Eumeniden mit Vorliebe brauchen, und Sophokles ihn den Göttinnen von Kolonos wie einen herkömmlichen beilegt.« Ad quae verba in not. 17 haec apposuit ipsi propria. »Die Grammatiker (Harpokration, Photios, Suidas, nebst dem Argument zu Aeschylos Eumeniden) geben daher (?) selbst als Inhalt der Aeschyleischen Tragödie an, dass die Erinnyen sich in Eumeniden verwandelten. (?) Man hat deswegen (?) auch nach (immo vor) V. 982. eine Lücke angenommen, so dass an dieser Stelle Athena die Erinnyen Eumeniden genannt habe. Von einer solchen Lücke ist aber keine Spur, und der Gedanke, welcher eingeschoben sei, würde dort allen Zusammenhang zerstören. (!)« Unde in conjecturam abiit ipsius quidem placitis maxime accommodatam, immo tam convenientem, ut fere necessario ex iis ducenda esset, at vero per se ipsam tam improbabilem, ut utraque res accuratius perpensa vel sola de illorum veritate dubitationem creare debuisset. En ipsa ejus verba: »Sollte es nun nach dem Gesagten nicht zweifelhaft erscheinen, ob Aeschylos selbst dies dritte Stück der Orestea schon *ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ* genannt, besonders auch noch deswegen, weil der Chor, der doch dem Stücke den Namen giebt, b i s a n s E n d e d i e E r i n n y e n - M a s k e b e h ä l t (944), und sich nicht etwa, wie man angenommen hat, auch äusserlich in Eumeniden verwandelt?« *) Sic ille in

*) Hoc Muelleri παράδοξον verbo notavit Hermannus, fusius Fritzschius oppugnavit l. c. p. 135. Et nollem sane Muellerus re ab adversariis acriter improbata etiam audacior factus esset, vid. append. p. 29. Equidem nonnisi hoc unum monebo adversus ea, quae sub finem posita sunt, nondum praereptum ab aliis. Signatur ibi Klausenius, qui l. c. scripserat: »Versus fabulae finem, ubi animum et indolem mutant (F u r i a e scilicet), habitum etiam aliqua ratione mutatum esse consentaneum est: ut ex Arcadum fabula Oresti antea nigris, deinde candidis vestibus indutae apparebant, Paus. VIII, 34, 3.« Hunc igitur ut uno respectu errasse concedam, ni-

commentario ad Eumenidas. Quae in appendice p. 28 super eadem re adjecit, partim grammaticorum verba ipsa tangunt, partim locum in fabula, quem iis adsignaverat Hermannus. »Diesen Grammatikern kann aber,« inquit, »nach der sehr ungenauen Art, wie sie den Inhalt der Tragödie angeben, auch zugetraut werden, dass sie das Beiwort der Wohlwollenden (εὔφρονες), welches Athena den Erinnyen nach ihrer Versöhnung mit Athen ertheilt, mit dem Namen der Eumeniden verwechselt. Auf keinen Fall aber konnte, wenn Aeschylos die Namensveränderung seiner Tragödie hätte einflechten wollen, Athena sie an dieser Stelle vornehmen, wo die Veränderung in der Gesinnung der Erinnyen schon lange bewirkt ist, und nur von der Anordnung des Festzuges, welcher zum Cultus der Semnä gehörte, die Rede ist.« Prius maxime ex auctoritate et sententia Fritzschii scriptum est, ut mox videbimus. Posterius jam ab Hermanno recte refutatum esse, supra p. 192 significavimus.

Et ita quidem ii, qui versus finem fabulae omnia integra esse putabant. Multo magis mirum, quod is quoque, qui ceteroquin cum Hermanno in contrariam partem discederet, immo inventum ejus novis caussis additis probatum iret, de testimonio grammaticorum prorsus aliter statuebat: Fritzschium dico. Admovit autem is haud paucas machinas ad fidem illorum funditus evertendam. Primum impetum facit, opportunitate, ut scilicet putat, ab ipsa indole atque argumento locorum superius p. 216 exscriptorum oblata, ita disputans: »Die Worte ὥςτε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην« ändern die ganze Sache. Denn

---

mirum eatenus, quod illud »versus fabulae finem« factum esse putavit, quum nullus in hac reperiatur locus, ubi Furiae secedere possint ad habitum mutandum, tamen in re summa verum vidit, si modo probetur versus 982 interpretandi ratio ab ipso ac Muellero proposita, quae ex illo Pausaniae loco, a nobis jam supra p. 13, not. **) adhibito exscriptoque, maximam sane speciem ducit, siquidem, ut par est credere, etiam id inest, quod Klausenius latine expressit. Quod enim vestitus mutatio in illo versu significata post scenam et extra fabulam demum fieri cogitanda est, in hac, de qua jam agitur, caussa nihil refert. —

in unsrer Tragödie besänftigt Athene nicht die Wuth der Erinnyen gegen Orestes, der bald nach der Lossprechung abtritt und nach Argos zurückkehrt, sondern vielmehr gegen das Atheniensische Volk. — In wenigen Worten werden zwei Dinge aus den Aeschyleischen Eumeniden gemeldet, welche in diesem Stücke beide nicht vorkommen und doch auf einen andern Mythus über Orestes bezogen buchstäblich Wahrheit enthalten. Denn nach einer andern Sage, der Aeschylus nicht folgt, nannte Orestes (?) die Erinyen *Εὐμενίδες*, weil sie sich ihm nach Beendigung des Prozesses gnädig (*εὐμενεῖς*) gezeigt hatten (Schol. ad Oed. Col. V. 39 und daraus Suidas);« cujus et rei et loci jam Schwenckius meminerat, cfr. supra p. 217 sq. Inde irruit in locos grammaticorum varia tentans conjiciendo interpretandove; vid. cens. p. 122 seqq. Quos sibi conatus tam feliciter successisse censet, ut postea p. 135 hoc iis effectum atque ipsi exploratum cum fiducia ponat: »Entweder bezieht sich diese Notiz auf den Mythus über Orestes, von welchem der Eumenidenname wirklich herstammen sollte, oder sie geht nur auf den Titel der Aeschyleischen Tragödie, nicht aber auf eine einzelne Stelle in derselben, oder sie beruht gar auf blossem Missverständnisse der Verse 748—852 (?) und auf Irrthum. Will man endlich dort Alles genau so nehmen, wie es lautet, will man keinen Fehler weder von Seiten der Grammatiker, noch späterer Abschreiber gelten lassen, so muss man doch gestehn, dass Leute, welche gedankenlos aus Aeschylus referirten *πρὸς τὸν Ὀρέστην* anstatt *πρὸς τοὺς Ἀθηναίους*, auch eben so gedankenlos den Eumenidennamen aus einem Verse referiren konnten, wie wir oben (nempe in cens. p. 119, sed citra omnem probabilitatem) einen als muthmassliches Supplement gegeben haben, *Θεῶν ὅμιλον. εὐμενὴς τῶν εὐμενῶν*,« cett. — Et haec quidem ille ab ea profectus observatione, quod a grammaticis referantur nostra e fabula, quae in ipsa minime insint. Quamquam ante omnia quaesiveris, cur tandem, si tamen sub finem fabulae, sex septemve versus deesse credat, hisce non possit utrumque illud, quod desideratur, contentum fuisse. Sed quod ad Eumenidum appellationem jam respondit Fritz-

schius. Deinde enim notam grammaticorum atque Hermanni de ea sententiam tentat duplici modo. Et primum quidem caussam ex ipso loco, ubi appellatio fiat, mutuatus, ita: »In dem sehr langen Abschnitt von V. 876—999,« ait, »bot sich dem Dichter die schönste Gelegenheit dar, den Namen Εὐμενίδες nicht nur entstehn, sondern auch häufig gebraucht werden zu lassen. Da nun das Wort Εὐμενίδες dort überall nicht gefunden wird, so haben wir auch kein Recht anzunehmen, Athene habe vor Vs. 982 beiläufig geäussert: »ihr sollt nun auch künftig Eumeniden heissen,« vielmehr ist es unverkennbar, dass Aeschylus den Namen Εὐμενίδες geflissentlich vermieden hat.« Quae sententia ex parte jam iis tangitur, quae ab Hermanno simili illi a Muellero propositae objecta sunt. Mirum est autem, eundem Fritzschium, qui antea eo, quem superius p. 195 cognovimus, modo commentatus esset de argumento versuum perditorum, neque id sensisse, quam pulchre deabus eo loco, ubi de pompa iis ducenda itaque in universum de novo earum cultu ea, qualem ipse significavit, ratione sermo fiat, primum, nec obiter, ut jam putat, sed data opera, simul cum cultus institutione ea appellatio imponatur, sub qua in posterum ita colendae essent. Et hanc quidem rem, ad quam infra, ubi meam ipsius sententiam proponam de eo, quod tradunt grammatici, recurrendum erit, jam missam facio. At enim vero neque illud postremum verum habet vir doctus; praeterea enim, ne scilicet vel umbra dubitationis resideat, tres caussas affert aliunde repetitas, cur probabile sit, Aeschylum in Eumenidibus nominis Εὐμενίδες nusquam mentionem injecisse, et primam quidem hancce: Furias Athenienses proprie non appellatas esse Eumenidum nomine; alteram: nomen horrificum(!) Εὐμενίδες quum omnino rarissime usurpatum sit Athenis, tum id non eloqui religionem fuisse; tertiam: noluisse Aeschylum veteribus fabulis de Oreste aperte obloqui. Quarum alteram caussarum minus ponderis habere ipse confitetur, postremam vero tantum arbitratur valere, ut vel sola rem conficiat, quamvis etiam reliquae duae saltem secundariam vim exerceant. Secundam illam

— namque ea non ipsi, sed Reisigio debetur, ut nec primam ab ipso demum profectam vides, et tertia, id quod mox apparebit, certe summatim neque admissis, quae apud Fritzschium admixtae reperiuntur, ineptiis jam a Muellero proposita erat, — ne denuo proferret si Muelleri quamvis breve monitum ad Eumen. p. 177, not. 17, non prohibebat, ut debebat certe, iis tamen forsan auscultandum censuit, quae ab eodem paullo explicatius contra disputata sunt in append. p. 29, ut hanc quidem rem jam actam esse sumam. Videamus autem de postrema eaque scilicet gravissima quid sibi velit. Exposuit Fritzschius de hac inde a pag. 145 prolixe admodum. »Nach einer weit verbreiteten Volkssage,« inquit, »neben der ein abweichender Mythus vielleicht gar nicht existirte, sollte zuerst Orestes den Namen *Εὐμενίδες* erfunden(!) haben, und zwar nicht in Athen, sondern in andern Theilen Griechenlands (?). (Quae ille summa injuria conclusit e scholio illo ad Soph. Oed. Col. 39 et Suidae nota, qua idem traditur, perperam adhibita, seductus etiam locis quibusdam Pausaniae. Objectioni: »warum nicht Orestes, wie an andern Orten Griechenlands, so auch schon in Athen, den Namen *Εὐμενίδες* aufgebracht haben könne (!),« quam ipse admodum speciosam judicat, in sequentibus, ut inferius videbimus, satis, ex ipsius quidem sententia, occurrit; unde ductum illud, quod in fine disputationis p. 151 inculcat: »nicht an den Athenern waren die Furien zu *Εὐμενίδες* geworden, sondern an dem Orestes.« Illud vero, quod de Oreste nominis *Εὐμενίδες* inventore adnotatum dedit, eatenus ad rem credit pertinere, quod nimirum, si Hermanni sententia probetur, apud Aeschylum non Orestes, ut in fabulis sit, sed Minerva, quod scilicet a nemine uno memoriae proditum sit, nomen illud imponeret: »Nicht Athene« ait l. c., »hatte den Namen *Εὐμενίδες* gegeben, sondern Orestes.«) — Nach Athen ist der Name *Εὐμενίδες* offenbar erst viel später von Mycenae oder von Sicyon aus verpflanzt worden. (Quam rem superius ita disputat ut eum ne Philemonis quidem comici tempore aut Clitodemi rerum Atticarum scriptoris factam censere dicas, inferius vero, incredibiliter sibimet ipsi contradicens, ad tempus, quod Aeschy-

lum praegressum fuerit, refert.) — Eben das hatte Aeschylus sehr wohl erwogen, als er mit gänzlicher Verschweigung des Namens *Εὐμενίδες* nur die Semnen in Athen Platz nehmen liess.« Sed haec hactenus; omnia enim exhibere singulatim et piget nec quidquam attinet. —

His igitur argumentis tot tantisque adversus fidem atque auctoritatem grammaticorum ejusque veritatem rationis, secundum quam Hermannus testimonio eorum ad lacunam explendam utendum esse significaverat, prolatis quis non moveatur? At vero specie tantum multa sunt et magni momenti, quae, si accuratius perpensa fuerint, in pauca quaedam capita redigi possint et subinde ad nihilum facili opera. Duo enim maxime sunt, quibus sententia nititur adversariorum, alterum: locum, ubi ea, quae a grammaticis referantur, posita fuerint, aliis ex indiciis nullum apparere, minime vero illum esse posse, quem Hermannus velit; alterum: testimonium grammaticorum suspicioni obnoxium esse, cum omnino propter infirmam auctoritatem testium ipsorum, tum ob id, quod tradant, et hoc quidem partim ideo, quod in nostra Eumenidibus non insit, partim quia ne probabile quidem sit, tale quid in ea dictum fuisse. Ex his prioris illius posterior pars et posterioris prior quid valeat, siquidem de lacuna in postrema Minervae oratione constat, quivis sentit vel non monitus. Quamquam, etiamsi illa res minus certa esset, virorum doctorum opiniones atque conjecturae de locis grammaticorum prolatae vel per se minime eam habent aut probabilitatis speciem aut facilitatis commendationem, quae cauto quidem harum rerum aestimatori satisfacere possit. Quae supersunt — eaque argumenta magis interna dixeris — si ab eo discesseris, quod a Fritzschio et Muellero positum est de loco, quem Hermannus illi grammaticorum notae assignaverit in fabula Aeschylea, profecto non video, quomodo ullum aut locum habere aut vim exercere possint, si vel solum illud concesseris, titulum fabulae genuinum esse. Et hoc quidem nomine tantum abest, ut notare velim Muellerum, hujus sinceritatem in dubium vocantem, ut Fritzschium mirer, qui, quum ceteroquin eandem fere profiteatur sententiam,

at hunc tamen Muelleri conatum nimis audacem esse et temerarium clamet atque proclamet, non solum non possit tituli delectum probabili ratione excusare, sed eundem etiam indiligenter factum esse et parum accurate concedat l. c. p. 150, sua ipsius, ut ajunt, vineta caedens.

Sed inquiramus tamen paullo curiosius, qua fide nitantur omnes istae objectiones, quae de appellatione Furiarum Atheniensi deque fabulis super Oreste desumptae sunt a viris doctis; his enim scrupulis remotis, reliquae objectiones, opinor, haud adeo nos morabuntur. Et primum quidem quod ad Pausaniam attinet, cujus sane loci ita capiendi videntur, ut Atheniensibus Eumenidum nomen prorsus abjudicaverit, nec ipsi viri docti omnino stant a partibus ejus, qui illud tamen apud eos in usu fuisse concedant, quantumvis raro nec lubenter adhibitum. Sed operae est, hanc rem paullo accuratius tractare. Apud Pausaniam haec scripta reperiuntur: L. I, C. 28, §. 6: *Πλησίον δὲ ἱερὸν θεῶν ἐστιν, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Ἡσίοδος δὲ Ἐριννῦς ἐν Θεογονίᾳ,* — ibid. C. 31, §. 2: *ναὸς δὲ ἕτερος ἔχει βωμοὺς — καὶ Σεμνῶν ὀνομαζομένων θεῶν,* — L. II, C. 11, §. 4: — *ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι,* — L. VII, C. 25, §. 1: — *Καταφεύγουσιν ἐς τὸν Ἄρειον πάγον καὶ ἐπὶ τῶν θεῶν αἱ Σεμναὶ καλοῦνται τοὺς βωμούς.* Et fuisse deas Athenis tanquam propria appellatione *αἱ σεμναὶ θεαὶ* nominatas cum ex multis scriptorum locis, ubi sic nuncupantur, quarum maximam partem coacervavit Fritzschius l. c. p. 138, tum e disertis grammaticorum testimoniis, ut Harpocrationis, Photii, Suidae s. vv., schol. ad Aristoph. Thesmophor. Vs. 224, notissimum est. Quare quum ceteris Pausaniae locis per se consideratis nihil contineatur, in quo offendas, quid tamen dicendum erit de Cappadoce in tertio ita loquente, quasi Atheniensibus Eumenidum nomen prorsus abjudicandum esset, quum Sophocles Atheniensis in Oedipo Coloneo virum Atheniensem disertis verbis dicentem faciat, Vs. 42 sq.:

τὰς πάνθ᾽ ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ᾽ ἐνθάδ᾽ ἂν
εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ᾽ ἀλλαχοῦ καλά —

et Vs. 486 Chorum e senibus Atticis constantem:

ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν
στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον —,

porro Euripides Atheniensis Oreste quater utatur nomine (Vs. 38, 311, 824, 1645 Matth.), Demosthenes Atheniensis in oratione ad Athenienses habita, adversus Aristocr. p. 641 R., appellationem eandem posuerit, Apollodorus Atheniensis L. III, C. 5, §. 9. scripserit: τῆς Ἀττικῆς εἰς Κολωνόν, ἔνθα τὸ τῶν Εὐμενίδων ἐστὶ τέμενος, denique, ut alios hoc loco mittamus auctores neque indigetes et minus graves, quorum inferius mentio fiet, grammatici quoque Eumenides Atticas agnoscant, ut v. c. Helladius apud Photium Biblioth. p. 535, a, 7. Bekk.: ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύςφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις, διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν, καὶ τὸν δήμιον κοινόν, τὰς δὲ Ἐριννύας Εὐμενίδας ἢ σεμνὰς θεάς, et Eustathius ad Hom. Il. ι, p. 763, prioris loci Sophoclei habito respectu: — εἰ δὲ καὶ Εὐμενίδες Ἀττικῶς κατὰ τό, ὅ γ' ἐνθάδ' ὢν εἴπῃ λεώς, ἤγουν ὡς ἂν Ἀττικοὶ εἴποιεν, ἀλλὰ τοῦτο ἀντίφρασις εὐφημητικὴ ἐκθυομένη τὴν κατὰ τὰς Ἐριννῦς φρίκην —? Pausaniae fidei ita subvenire conatus est Siebelis adnot. ad tertium locum, ut »templis, aris et sacris Furiarum apud Athenienses Σεμνῶν, apud Sicyonios autem Εὐμενίδων nomen publice impositum fuisse« conjiceret, »nam,« inquit, »aliis in rebus Εὐμενίδων vocabulum Atticos frequentasse, notissimum est. Cf. Mezir. ad Ovid. Heroid. II, 206 sq.« Quae conjectura, licet non solum Fritzschio l. c. p. 139, sed etiam Westrikio l. c. p. 60 probata, non dubito quin perlevis sit et omnino falsa. Ergo aut error est in verbis Pausaniae sive quod minus accurate atque explicate scripsit, sive quod revera appellationem usitatiorem et quam forsan casu quodam solam populi ex ore compertam haberet, unice receptam putavit; aut statuendum, temporibus periegetae revera ita ex usu communi evanuisse Eumenidum nomen per alteram illam appellationem loco pulsum, ut ne notum quidem amplius esset, id quod mihi quidem probabilius videtur. Fuisse enim illud et proprium Atheniensibus et usitatum antea e locis supra laudatis affatim apparet. Quae quum ita sint, caussa videtur esse nulla, cur id negemus ab Aeschylo usurpatum esse posse.

At enim vero contendunt Muellerus et Fritzschius, idem non ab initio fuisse usitatum, sed serioribus demum temporibus in consuetudinem venisse aliunde quippe invectum, et Muellerus quidem hoc vel post Aeschylum tempore belli Peloponnesiaci factum esse affirmat in append. p. 29. Contra Boettigerus l. c. p. 104 idem nullibi nisi Athenis ortum putabat. Sed, ut hoc jam mittamus, unde tandem illud scit Muellerus? Apud ipsum nihil quidquam reperias testimonii, quo istud decretum tuearis. Videtur ergo ortum esse ex observatione ejus, quam palam fecit ad Eumenidas l. c., poetas tragicos Aeschylum subsequentes nomine Eumenidum usos esse cum studio quodam, quum ab hoc ipso nusquam usurpatum sit in sermonibus tragoediae; quod tamen ipsum maxime in disceptationem vocatur et quidem de caussis satis gravibus, ut taceam restare semper certe titulum fabulae, nomen istud jam Aeschyli temporibus notum fuisse vel solum satis arguentem. Haec igitur argumentatio quam infirma sit, in aprico est. Jam non quaeram, si nomen demum tempore belli Peloponnesiaci innotuisset Atheniensibus, qua specie Sophocles in Oedipo Coloneo id jam Oedipi temporibus receptum fuisse facere potuisset; sed quid tandem fiet loco Pausaniae, qui nec Fritzschium latuit, quamquam nihil movit, L. VII, C. 25, §. 1., ubi in oraculo quodam Dodonaeo, quod jam temporibus Aphidantis, regis Athenarum, Oxyntae filii, Demophontis nepotis, Atheniensibus datum ferebatur, *Εὐμενίδες* nuncupantur? Verba haec sunt:

φράζεο δ' Ἄρειόν τε πάγον, βωμούς τε θυώδεις
Εὐμενίδων κ. τ. λ.

Denique ipse Muellerus monet ad Eumen. p. 177: »Die Verwandlung der Erinnyen in die Eumeniden gehörte wesentlich in Griechenland zur Orestes-Sage« — et paullo post: »Eben so knüpfte sich die Verwandlung der Erinnyen in Eumeniden in der Volkssage, die wir oben bei den Mykenäern selbst nachgewiesen haben, an die Befreiung des Orestes von der Blutrache an.« Cur igitur non statuemus, etiam Athenis inde ab Orestis temporibus receptum fuisse nomen Eumenidum? Respondit non Muellerus, quod pervellem, sed Fritzschius, l. c. p. 147, cujus

igitur sententiam breviter recensebimus. »Dieser Einwand,« inquit, »ist scheinbar, und wird es noch mehr dadurch, dass die auf dem Areopage Losgesprochenen hierauf den Semnen opferten. S. den Pausanias I, 28, 6. vom *ἱερὸν τῶν Σεμνῶν θεῶν* (denn *κεῖται - ἄγαλμα* ist Parenthese): *ἐνταῦθα θύουσι μὲν, ὅσοις ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὴν αἰτίαν ἐξεγένετο ἀπολύσασθαι* —. Man könnte sagen, die Losgesprochenen folgten wohl dem Beispiele des Orestes, der ein solches Opfer zuerst dargebracht haben mochte. Dass aber ein solcher Einwand mit der Wahrheit nicht besteht, wird sich sogleich ergeben. Orestes steht in Athen zu den Furien gar nicht in dem Verhältnisse, dass er denselben als *Εὐμενίδες* gewordenen opfern konnte. Vielmehr steht er ihnen dort noch ganz schroff gegenüber, wie eine Parthei der andern. Seine Rettung verdankt er nicht den Furien, welche ihn mit Gewalt verdammt wissen wollten, sondern nur der Athene und deren Stimmsteine. Orestes musste also auch seine Dankbarkeit der Pallas, und nicht etwa den Furien, beweisen, was er denn billiger Weise nach Pausanias auch wirklich gethan hat, I, 28, 5.: *κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός· καὶ βωμός ἐστιν Ἀθηνᾶς Ἀρείας, ὃν ἀνέθηκεν ἀποφυγὼν τὴν δίκην*. Kein Mensch berichtet uns, dass der Cultus der Furien in Athen von dem Orestes gegründet worden sey, dass dieser ihnen dort den Namen *Σεμναὶ Θεαὶ* oder gar auch zugleich *Εὐμενίδες* gegeben habe.« Siccine vero? Attamen audi schol. ad Arist. orat. Panath. p. 186, B., p. 28 ed. Frommel: *Πρὸς τὰς νῦν προσοίκους τῷ τόπῳ θεὰς κ. τ. λ.*) Cod. bornb. *φασὶ γάρ, ὡς Ὀρέστης ἐξιλεούμενος αὐτὰς εὐμενεῖς αὐτῷ τοῦ λοιποῦ εἶναι πλησίον τοῦ Ἀρείου πάγου ἱερὸν αὐτῶν ἐποίησεν*. — additamenta Paris. p. 397 ed. Fr.: *προσοίκους λέγει τὰς Ἐριννύας, ἐπειδὴ λέγεται ἡττηθείσας τὰς δαίμονας καταδῦναι ἐν τῷ τόπῳ· ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι ἐξιλεούμενας αὐτὰς Ὀρέστης ἱερὸν αὐταῖς ἐκεῖ ἐποίησεν, τινὲς δὲ τοῦτο ἱδρύσασθαι αὐταῖς τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι μετὰ τὴν δίκην*, — addit. Leidenss. p. 428 ed. Fr.: *Πρὸς τὰς νῦν*) *Ἐπεὶ λέγεται ἡττηθείσας τὰς δαίμονας καταδῦναι ἐν τῷ τόπῳ· τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἀφοσιούμενος Ὀρέστης ἱερὸν αὐτὸς* (num *αὐταῖς*

vel αὐτῶν?) ἐκεῖ ἐποίησεν· τόπῳ δὲ λέγει τῷ Ἀρείῳ πάγῳ, φασὶ γὰρ μετὰ τὴν δίκην τοὺς Ἀθηναίους οἰκοδομῆσαι ἐκεῖ τῶν θεῶν ἱερὸν πρὸς εὐμένειαν αὐτῶν, — schol. ad Eurip. Orest. Vs. 1645. 46. Matth.: φασὶ δέ, ὅτι καὶ ἱερὸν (οὗτος add. Bar.) ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τῶν θεῶν ἱδρύσατο, ἐξιλευόμενος αὐτὰς μετὰ τὴν νίκην (scr. δίκην) εὐμενεῖς αὐτὰς τοῦ λοιποῦ καθίστασθαι. Quodsi igitur pergit Fritzschius: »Im Gegentheil liegt es am Tage, dass Orestes früher Athen verliess, als die Semnen in ihren dortigen Thalamos eingegangen waren; die Furien standen beim Weggange des Orestes est im Begriffe, diess zu thun. So stellt Aeschylus die Sache dar, nach welchem Orestes Athen schon V. 747 verlässt, worauf die Furien auf's Neue zornig werden bis V. 852, dann von der Athene sich besänftigen lassen bis V. 875, Segenslieder singen bis V. 974, und endlich am Schlusse feierlich nach ihrem Thalamos geleitet werden. Die Uebereinstimmung mit allem Uebrigen berechtigt uns zu behaupten, dass Aeschylus in dieser Ordnung der Dinge den allgemeinen ohne Variation geglaubten Mythus dargestellt hat« — aperte fallitur in iis, quae sub finem posita sunt, nec sane ullo modo perspexit, quid e fabularum auctoritate scripserit poeta, quid de suo dederit. An vero, ut hoc leviter attingam, quia ab ipso commemoratum est, putavit, Aeschylum illud, quod apud Pausaniam l. c. legitur de Oreste Minervae Mavortiae aram consecrante, ne dicam significasse, sed tamen tacite sumpsisse? Qua de re ut nihil apud Nostrum reperitur memoratum, et recte quidem, contra idem quomodo, dum et cultum Eumenidum Atheniensem institui facit, et nomen hocce imponi, a partibus fabularum steterit haec omnia ad Orestis memoriam referendo, infra videbimus. Omnino — illa enim et similes argumentandi rationes quam parum ad rem faciant vel per se patet — quivis praejudicatis opinionibus non praepeditus, credo, eo propendebit, ut sicuti aliis locis Erinnyes vidsuch propter Orestem ab earum vexatione atque insectatione liberatum nomen Eumenidum accepisse putari, sic etiam Athenis, ubi et idem illud factum esset et Furiarum cultus, quamvis vario modo, ad Orestem referretur — cfr. etiam Ulpian. ad

Demosth. orat. Mid. p. 552 R. 152 Meier., ubi post verba superius p. 185 exscripta sic pergit: *καὶ οἱ μὲν φασιν, ὅτι διὰ τὸν Ὀρέστην ἐκεῖ καθιδρύθη* — et Schol. ad Thuc. L. I, C. 126: *Τῶν σεμνῶν θεῶν*) *τῶν Ἐριννύων, κατὰ ἀντίφρασιν· ἃς μετὰ τὸν Ὀρέστην οἱ Ἀθηναῖοι πλησίον τοῦ Ἀρείου πάγου ἱδρύσαντο, ἵνα πολλῆς τιμῆς τύχωσιν* — appellationem istam ab hujus inde memoria usitatam fuisse sumat. Nec est cur de Athenis minus, quam de reliquis locis, cogitasse putemus scholiastam ad Sophocl. Oed. Col. Vs. 39, quum praesertim id vel inde sequatur, quod notam suam ad illum Sophoclis locum adscripsit. Cujus loci mentio injecta ut alius cujusdam docti viri scrupulo occurramus, necessitatem injungit. Etenim Westrikius l. c. p. 60 Eumenidum nomen quando invaluerit dum nescire se profitetur, »ab Hellanico (apud schol. ad Eurip. Orest. V. 1643 Matth.) sane jam esse usurpatum« monet. »Quod autem schol. Soph. Oed. Col. Vs. 39 tradat, illas Eumenidum accepisse nomen, hoc ipso tempore, quo Orestes absolutus sit, *εὐμενεῖς αὐτῷ γενομένας*, illud satis incertum esse; *ἔνιοι δέ φασι*. Videri illam vocem Homero et Hesiodo recentiorem, quod si verum sit, nugari Sophoclis scholiasten, vel illos *ἐνίους*.« Nuncupantur sane apud hos non Eumenides, sed Erinnyes; at inde nihil ejusmodi sequitur, quippe cujus caussa rei in eo quaerenda sit, quod Eumenidum nomen principio tantum religionibus singulorum locorum atque populorum proprium esset, Erinnyum vero magis universalis appellatio. — An erunt, qui censeant, ab illa Orestis absolutione quasi loco Eumenidum nominis apud Athenienses quidem invaluisse, ut Erinnyes *αἱ σεμναὶ θεαὶ* nuncuparentur? Reliquum est enim ut paucis dicamus de sententia C. Fr. Hermanni, qua Furias Coloni cultas Eumenides vocatas esse censet, eas vero, quae Athenis ipsis sub arce sedem haberent, appellatione *Σεμναὶ θεαὶ* ab his distinctas fuisse, unde venerit, ut illius nominis nisi in titulo fabulae Aeschyleae nullibi mentio fiat; quae quidem res vel sic tantum abest, ut mira esse desinat, ut titulus non accurate factus etiam majores turbas moveat. Sane quidem, si locos Pausaniae supra p. 225 exscriptos cum reliquos tum

tertium et grammaticorum ibidem memoratorum cum Sophocleis, quos paullo post exhibuimus, maxime priori, contendas, facile in ejusmodi conjecturam deferri possis. Nec diffiteor, idem mihi quoque aliquando accidisse. Nihilominus tamen ne scintillam quidem veritatis continet. Namque ut ei faveat Apollodori locus ibidem citatus et Euphorionis apud schol. ad Soph. Oed. Colon. Vs. 687 (fragm. 52 ed. Meinek.), si hunc omnino in censum vocare velis, at hoc tamen nihili existimandum est. Etenim in eadem ipsa fabula Sophoclea, quae aliis locis *Εὐμενίδες* audiunt, tanquam propria appellatione vocantur *Θεαὶ σεμναί* Vs. 89; nam Vs. 458, cujus quam supra p. 169 proposui emendationem, nunc jam a Bakio praeoccupatam esse video, minus huc pertinet. Contra urbicae deae *Εὐμενίδες* appellantur in oraculo Dodonaeo superius allegato, apud Plutarchum Vit. Thesei C. 27 secundum Clitodemum (quo in loco quod Siebelis ad Pausan. L. II, C. 11, §. 4., accinente Fritzschio l. c. p. 139, verbum *Εὐμενίδων* demum a Plutarcho profectum esse censet, quum Clitodemus scripsisset: *τῶν σεμνῶν θεῶν*, jam, opinor, apparet, caussas, cur ita statuant, esse nullas, nec vel per se liquet, cur Plutarchus, si a Clitodemo scriptum repperisset *τῶν σεμνῶν θεῶν*, haec verba immutasset, qui non dubitet ipse eadem appellatione uti Vit. Solon. C. 12), apud Euripidem, Orest. Vs. 1645; Demosthenem, l. c., et, uti hunc addam, apud Ciceronem de Natura Deorum L. I, C. 18. Qua de re ego quidem, praesertim post ea quae superius de Pausania disputavi, a me non possum impetrare, ut aut apud Sophoclem verba *ὅσ' γ' ἐνθάδ' ὤν λεὼς* et *καλοῦμεν* ad solum Colonum spectare credam, illoque *ἄλλαχοῦ* etiam urbem Athenarum designari, aut, non dicam Pausaniam, qui deas Colonenses omnino ne novit quidem amplius, at grammaticos tamen eos, quos dixi, arbitrer *Ἀθηναίους* nullos intellexisse nisi urbis incolas. Tantum vero abest, ut ullum apertum testimonium pro C. Fr. Hermanni sententia a veteribus sive rerum scriptoribus sive grammaticis afferri possit, id quod tamen, si vera esset, fere putares, ut ejusmodi quid ab omnibus plane ignoratum esse dilucide appareat, iique grammatici, qui nominis Eumenidum originem ab Oreste repetunt, quum huic nullus sit in religio-

nibus Colonensibus locus, quodammodo disertis verbis adeo contrarium testentur. Sed movit virum egregium praeterea etiam illud, quod religiones Colonenses, utpote Sicyone Thebas indeque Colonum tralatas inque quibus Oedipi memoria dominaretur, ab urbicis origine diversas fuisse credebat. Quo de mihi cum eo omnium minime convenit. Neque enim persuadere mihi possum, quod l. c. p. 132, not. 206 non absonum esse ait, a Thudichumio, cujus quidem liber ipse mihi, dum haec scribo, non est ad manus, conjectum, »Oedipi sepulchrum, de quo Pausanias I, 28. loquatur, demum vastato Eumenidum fano Colonensi in urbem translatum esse,« ut Oedipi memoriam nec ab urbicis sacris abfuisse existimem, et contendo, religiones urbicas non minus cum Peloponnesiis communi colligatas esse vinculo, quam Colonenses. In quibus si, quod recte, ut mihi quidem videtur, C. Fr. Hermannus conjecit, jam ab initio Furiae Eumenidum nomen prae se tulerant, inde argumento hoc apparet, etiamsi nihil omnino valeret Orestearum fabularum memoria, tamen caussam non fuisse, cur Muellerus et Fritzschius putarent, post tam longum temporis spatium extrinsecus demum Atheniensibus innotuisse hanc appellationem.

Et haec quidem puto sufficere de his rebus disputata. Revertamur jam ad Godofredi Hermanni de iis, quae in postrema Minervae oratione perierint, sententiam. Videtur autem ne is quidem satis caute et circumspecte versatus esse in testimoniis grammaticorum ad lacunam explendam adhibendis. Etenim quum potissimum auctorem argumenti fabulae Aeschyleae sequitur, certe in secundis curis, quod, ut recte ab ipso correctum sit, tamen haud dubie lacunosum est, lexicographorum vero, qui in universum idem tradunt, sed additis verbis: ὥστε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, ob quae ipsa horum testimonium maxime est in dubitationem vocatum, quoniam scilicet Minerva apud Aeschylum Erinyum non in Orestem sed in populum Atheniensem versum furorem sedet, nullam habeat rationem, nec fidem testium satis ponderavit et adversariis suis locum reliquit, unde veram rei rationem impune impugnare possent. Nos contra potius lexicographos illos, ut

quos distinctius loqui et plura tradere, quam illum, appareat, ita audiendos esse arbitramur, ut Minervam, postquam sententiam inchoatam ad finem perduxerat, in iis quae interciderunt post versum 981, Orestis mentionem injecisse statuamus atque per hanc occasionem Furiis Eumenidum nomen imposuisse. Utrumque qui factum sit, ad verbum demonstrari nullo modo potest, esse tamen factum, caussae satis validae docent. Quippe maxime omnium mirum esset, si ne verbo quidem de Furiarum in Orestem animo mutando monitum esset. Verum quidem est, hunc servatum esse per illum Minervae calculum, ut ipse confitetur Vs. 724, atque Athenas relinquere post Vs. 747 patriam petiturum, nec Furias, quamvis non acquiescant in judicio, quo Orestes absolutus erat, huic pergere minantes, sed omnes suas minas atque iram totam in terram deae dicatam convertere — tamen vel sic poetae, meo certe sensu, hac re ad laetum et idoneum, in quo acquiescas, exitum perducta, etiam Furiarum cum Oreste reconciliatio quantumvis leviter significanda erat. Sed auscultemus ea, quae posuit Muellerus ad Eumenidas p. 177 et p. 197. »Aeschylos,« ait, »hat diese Versöhnung des Orestes mit den Erinnyen ganz mit Stillschweigen übergangen. Er begnügt sich ihn durch die Freisprechung des Areopags der Gewalt der Erinnyen zu entreissen, wiewohl sonst in der Wirklichkeit auf diese Freisprechung noch versöhnende Opfer folgten (§. 67.). Aeschylos aber lässt den Zorn der Erinnyen erst hiernach aufs Höchste steigen, und erst durch Athena's Beredsamkeit und die Gelobung eines Cultus die milde Natur der Gottheiten hervortreten, deren Segenswünsche alsdann, ohne dass des Orestes noch gedacht wird, ganz und gar der Stadt Athen zugewandt werden. Die patriotischen und künstlerischen Absichten, welche den Gang des Stückes so bestimmt haben, sind leicht zu entwickeln (vgl. §. 99.);« — et altero loco: »Denn dass wir nicht etwa bloss über Orestes getröstet werden sollen, ist schon aus der Weise klar, wie er von der Bühne entlassen wird, ohne einen Chorgesang, der nun etwa sein Schicksal in erhabner Stimmung zusammenfasste. Der Dich-

ter scheint beinahe den Orestes zu vergessen über der Gründung des Areopags und des Erinnyen-Dienstes, zweier Institute, die Aeschylos ebenso als eng verbunden, und von gleichartiger Bedeutung für das Athenische Volksleben fasst, wie sie es geschichtlich waren. (§. 678.). Wer aber glauben könnte, dass der Gegenstand des Stückes hier einem patriotisch-politischen Zwecke aufgeopfert sei, würde nach meiner Meinung Aeschylos Grundsätze gänzlich verkennen. Die Grundidee der Trilogie — ist durch eine solche Wendung der Dinge keinesweges in ihrer Entwickelung gehemmt — cett.« Haec igitur viri praestantissimi verba non tam ideo plenius exscribenda curavi, quod in universum et in re summa vera esse arbitror, quam quia Muellerum similia atque nos, quamvis quasi invitum, desiderasse satis apparet. Fac igitur Minervam sub finem postremae orationis breviter — neque enim proprio Chori cantico tali, quale significat Muellerus ad hac opus erat — de Furiarum in Orestem animo mutando dixerit et neque ab hac parte restabit, quod desideres aut in quo offendas, atque, quum hac re neque universa fabulae series et tenor interrumpatur, neque quae in antecedentibus Athenarum in gratiam ficta sunt ullo modo retractentur aut imminuantur; nihilominus illustrandae patriae, aeque atque antea consultum erit a poeta. Et revera hoc loco de Oreste sermocinatam esse deam, etiam ex ipsis ultimis ejus verbis concludere posse mihi videor. Ad Orestem enim, non ad populum Atheniensem, referendum videtur vocabulum εὐάνδροισι, quum alioqui non liqueat, cur soli viri nuncupati sint. Quod si recte conjeci, ne illorum quidem piacularium sacrorum mentio, quam desiderat Muellerus, praetermissa est, modo, quod ea non fiunt per ipsum Orestem, sed hujus quasi nomine per alios. Convenienter enim hic, ubi statim post primam absolutionem per Areopagum factam prima quoque pompa ducta esse fingitur, duo sacra, quae alias secreta erant, in unum conjunguntur. Unde rursus apparet, quam apte fieri potuerit, ut Minerva eo loco, quo proprie tantum pompa Eumenidum nunc primum ducenda et sacra, quae ad hanc pertinebant,

describenda essent accuratius, etiam de Oreste diceret, et simul, quo jure ibidem de novo Erinnyum nomine sermonem fuisse conjecerimus; nam hae res etiam grammaticis testibus arctissime conjunctae erant. Ergo, ut paucis comprehendam quod sentio, videtur Minerva in iis, quae interciderunt, dum de pompa dicebat, Orestis denuo caussam suscepisse, ita quidem, ut Furias hortaretur, ut etiam huic non amplius irascerentur, atque post vel inter ea verba, incertum qua ratione, non tamen tanquam per occasionem, sed ita ut nexus quidam inter utramque rem intercederet, hisce Eumenidum nomen imposuisse, et deinde viris Atheniensibus, qui antea judicum munere functi erant, mandasse, ut illum in finem deas cum aliis tum sacrificio oblato honorarent.

Et haec fere sunt quae sub ipsum finem orationis Minervae dicta putamus. Num vero antea pluribus et de reliquis cultus Eumenidum partibus et de hoc etiam in posterum deabus tribuendo sermo fuerat, ut Fritzschius auguratur in iis, quae superius p. 195 et sq. extr. exhibuimus? Non opinor. Nam quae in ipsa oratione adhuc exstantia virum doctum moverunt, ut alteram ejus partem huc spectasse crederet, verba τὸ λοιπὸν, si integra sententia, ubi posita sunt, ad Orestem potius, quam ad Athenienses referenda est, nihil ejusmodi probant. Omnino vero hoc placitum ne per se quidem probabile est. Etenim sive cultum dearum in universum instituendum esse censes, sive singulas nonnullas ejus partes commemorandas, sive populum Atheniensem monendum, omnibus hisce jam antea satisfactum erat a Minerva iis, quae primum Vs. 771 sqq., tum Vs. 797 sqq., deinde Vs. 829 sqq. et inprimis inde a Vs. 850 usque ad Vs. 861. denique Vs. 946 sqq., dixerat, quorum locorum talis ratio est, ut poeta hoc negotio in sequentibus supersedere non tam posse quam debere videatur; immo etiam pompa, qua Eumenides ad sedes suas ducuntur et sacra in ea obeunda, quae res demum sub finem fabulae fusius describuntur, jam Vs. 816 sqq. tanquam etiam in posterum duratura ita commemorantur, ut ne de hoc quidem in hac demum postrema Minervae oratione sermonem fuisse probabile sit; Mi-

nervae autem super his rebus dicta quasi confirmant nomine totius populi Areopagitae deductores Vs. 991 sq. et 995. Itaque praeter illam, quam modo significavi, Orestis mentionem et Eumenidum nominis impositionem nihil excidisse crediderim, nisi quod praeter ea, quae hodieque supersunt, ad solam pompam accuratius describendam pertinuerit. —

AUCTARIUM ADNOTATIONUM AD AESCHYLI EUMENIDES ET CORRIGENDA.

Pag. 3, ad Vs. 9. Eandem, quam nos verbo *χοιρὰς* subesse volumus, significationem de conjugato vocabulo *χηραμοὶ* testatur Favorinus s. *v.* *χηραμός*: — *χηραμός, κατάδυσις, ἡ* (fort. *ἢ*) *κοίλη πέτρα, καθὰ ὁ ποιητὴς ἐξηγεῖται· καὶ μέχρι δὲ ἄρτι πολλοὶ τῶν Ἑλλαδικῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ Πελοπόννησον, χηραμοὺς τὰς παρὰ θάλασσαν ῥαγάδας πέτρας φασὶ κατά τινα παραφθοράν.*

— 16, Vs. 58 et 59.:

οὐδ᾽ ἥτις αἶα τοῦτ᾽ ἐπεύχεται γένος
τρέφουσ᾽ ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.

Nollem hunc locum, quamvis sanum mea sententia, non adnotassem, quippe in quo jam olim Arnaldus et nuper Hermannus *πόνον* corrigendum esse censuerint. Recte, si vocabulum *πόνων* a verbo *μεταστένειν* penderet. Sed est illud cum *ἀνατεὶ* construendum, in quam rem cfr. Soph. Oed. Colon. Vs. 1165: *ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ᾽ ὁδοῦ* et similia. Quod vero idem Hermannus contendit, etiam scholiastam *πόνον* legisse, apud quem pro *τὸ τῆς ἀνατροφῆς* scribendum sit: *τὸν τ. ἀ.*, aperte cupidius quam verius dictum est; reputes etiam velim, haec verba non ad *πόνων*, sed ad *τρέφουσ᾽ ἀνατεὶ* adscripta esse.

— 18, ad Vs. 77. Constructionis diploë num p e r s e ferri possit hoc loco, an minus, in medio relinquam; exempla, quamquam non omnino similia, adnot. ad Sophocl. Ajac. p. 331 sqq. collegit Lobeckius.

Pag. 19, ad Vs. 92. Nollem Hermanni emendationem ἐκνόμως indicta caussa respuissem, ne eodem, quo reliquas, loco habuisse viderer, quae cum facillima sit, tum usu vocis ἐκνομίως Aristophaneo (vid. Vs. 982. cum adnot. Hemsterh. et schol. atque Vs. 993.) et auctoritate Suidae (s. Vs. ἐκνομίως) satis confirmata videri possit, qui iisdem fere, quae apud schol. Aristoph. reperiuntur, verbis positis addit: λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως. Sed dubitabam equidem, num usum Comici, in ejusmodi quidem vocabulis, in quibus non solum scriptorum tempora, sed etiam genera discernenda videntur, temere ad tragicos poetas traducere liceret. De Agam. Vs. 1452. prorsus non liquet. De simili usu vocis ἐξαίσιον nollem Hermannus ad Hom. Odyss. XVII, 577. provocasset; est is sane haud rarus maxime apud sequioris aevi scriptores, vid. quos citavit Heinichen ad Euseb. Histor. Eccles. Lib. II, 17. Judicent eruditi. Adjectivi ἔκνομος similis quidem quodammodo significatio est, sed apud Orph. Argonaut. Vs. 60. Meam correctionem, quamquam minus facilem, ut praeferrem, praeterea, sicuti indicavi, fecit scholiastis explicatio, quem quidem probe considerabam verbis: οὐ μόνον τιμᾷ, ἀλλὰ καὶ σέβει posse vel solum vocabulum σέβει circumscribere voluisse; sed hoc pacto verbi ἐκνόμων vel quodcunque aliud loco ejus ob oculos habebat, nullam omnino rationem habuisse putandus erat. Ceterum verbum ἐκτιμᾶν eadem cum vi positum reperitur apud Sophocl. Electr. Vs. 64. Emperii emendationem ἐκγόνων, nuper in Actis Societatis Graecae Lipsiensis Vol. I, Fasc. II, p. 90 propositam, non moror.

— 24 sq., ad Vs. 104 sq. et 115 sq., si tanti est, cfr. etiam quae congesserunt Blomfield. Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 676. et Pflugk. adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 994.

Mox ad Vs. 110. ex uno cod. Reg. L. apud Faehs. pro πάντα ταῦτα enotatur inverso ordine scriptum: ταῦτα πάντα. Vid. Lobeck. adnot. ad Soph. Ajac. Vs. 1023.

Subinde Vs. 112. pro scriptura ἀρχυσμάτων praeter libros a Wellauero citatos non solum facit lectio Med. e collat. Weigel.: ἀρκουσμάτων, ubi ad aspe-

rum spiritum attende, sed testatur illam etiam schol. B. lemmate.

Pag. 30 sq. quod suspicatus sum Vs. 164. θόρνον scribendum esse, judicio doctorum hominum relinquo. Omni dubitatione careret Fritzschii emendatio: θᾶκον (sic scr. p. 30, lin. ult.); immo vide an etiam θρόμβον ferri possit, non quidem eo sensu, quem e verbis aliter constructis extricavit Hermannus, sed simili, ac θρόνον, significatione adhibito vocabulo. Cfr. Hesych. Θρανίαι, θρόμβοι. Θρόμβοι, αἷμα παχὺ, πηπηγός, ὡς βουνοί (ubi vid. adnot. Alberti, qui in Gloss. Jatric. MSS. pro Θρύμβος, θρόμος probabiliter rescribit: Θρόμβος, θρόνος). Θρόμβος, ὑψηλὸς τόπος. Eodem spectat quod schol. ad Soph. Trachin. Vs. 702. tradit: θρόμβος γὰρ ὁ ὄγκος, reddens ille nimirum Sophocleum verbum adjectivum θρομβώδεις voce ἐπηρμένοι.

— 32, ad Vs. 152. Vocabulum μεσολαβεῖ ex ea loci interpungendi ratione, quam nos amplexi sumus, etiam passivo sensu capi potest ita, ut de locutione λαμβάνειν κέντρον cogites simili illi, quae infra Vs. 172. reperitur: λαμβάνειν πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν, quacum cfr. Euripidea Ion. Vs. 525. Matth.: εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν. Pro illa apud Musaeum carm. de Herone et Leandro Vs. 166. est: δέχεσθαι κέντρον, ad quem locum plura dedit Heinrichius.

— 36 sq., ad scholl. in Vs. 165. Satius erit, opinor, a scholiastis, ut Sophocleo, Furias cum Parcis confusas statuere. De verbis ὅσον (τὸ) ἐπί σοι cfr. schol. B. ad Sept. c. Theb. Vs. 993. Schuetz.

— 40, ad Vs. 177. Cur formationem καρανηστῆρες ab omnibus, quod sciam, libris et scriptis et impressis, qui fidem merentur, suppeditatam, contra quam Schwenckio et Wellauero visum est, cum prioribus hujus fabulae editoribus repudiavissemus, explicatius disputare nolebamus; vid. tamen jam Lobeck. paralipom. gr. Gr. interea edit. p. 449 et adnot. 75. — Mox scribe ὀφθαλμωρύχοι cum Robortello; monuit etiam Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 228.

— 47, ad Vs. 180. De vocabulo λυγμὸς eadem vel omnino vel ex parte, quae Hesychius, tradunt Photius, Suidas, Cyrillus Lex. mscr. apud Albert. ad locum Hesychii. Ceterum probe scio, illam formationem a

nibus Colonensibus locus, quodammodo disertis verbis adeo contrarium testentur. Sed movit virum egregium praeterea etiam illud, quod religiones Colonenses, utpote Sicyone Thebas indeque Colonum tralatas, inque quibus Oedipi memoria dominaretur, ab urbicis origine diversas fuisse credebat. Quo de mihi cum eo omnium minime convenit. Neque enim persuadere mihi possum, quod l. c. p. 132, not. 206 non absonum esse ait a Thudichumio, cujus quidem liber ipse mihi, dum haec scribo, non est ad manus, conjectum, »Oedipi sepulchrum, de quo Pausanias I, 28. loquatur, demum vastato Eumenidum fano Colonensi in urbem translatum esse,« ut Oedipi memoriam nec ab urbicis sacris abfuisse existimem, et contendo, religiones urbicas non minus cum Peloponnesiis communi colligatas esse vinculo, quam Colonenses. In quibus si, quod recte, ut mihi quidem videtur, C. Fr. Hermannus conjecit, jam ab initio Furiae Eumenidum nomen prae se tulerunt, inde argumento hoc apparet, etiamsi nihil omnino valeret Orestearum fabularum memoria, tamen caussam non fuisse, cur Muellerus et Fritzschius putarent, post tam longum temporis spatium extrinsecus demum Atheniensibus innotuisse hanc appellationem.

Et haec quidem puto sufficere de his rebus disputata. Revertamur jam ad Godofredi Hermanni de iis, quae in postrema Minervae oratione perierint, sententiam. Videtur autem ne is quidem satis caute et circumspecte versatus esse in testimoniis grammaticorum ad lacunam explendam adhibendis. Etenim quum potissimum auctorem argumenti fabulae Aeschyleae sequitur, certe in secundis curis, quod, ut recte ab ipso correctum sit, tamen haud dubie lacunosum est, lexicographorum vero, qui in universum idem tradunt, sed additis verbis: ὥςτε μὴ χαλεπῶ[illegible] ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, ob quae ipsa horum testimo[illegible] nium maxime est in dubitationem vocatum, quoniam scilicet Minerva apud Aeschylum Erinyum non i[illegible] Orestem sed in populum Atheniensem versum furo[illegible] rem sedet, nullam habeat rationem, nec fidem te[illegible] stium satis ponderavit et adversariis suis locum rel[illegible] quit, unde veram rei rationem impune impugna[illegible] possent. Nos contra potius lexicographos illos, [illegible]

ques distinctius loqui et plura tradere, quam illum, appareat, ita audiendos esse arbitramur, ut Minervam, postquam sententiam inchoatam ad finem perduxerat, in iis quae interciderunt post versum 981, Orestis mentionem injecisse statuamus atque per hanc occasionem Furiis Eumenidum nomen imposuisse. Utrumque qui factum sit, ad verbum demonstrari nullo modo potest, esse tamen factum, caussae satis validae docent. Quippe maxime omnium mirum esset, si ne verbo quidem de Furiarum in Orestem animo mutando monitum esset. Verum quidem est, hunc servatum esse per illum Minervae calculum, ut ipse confitetur Vs. 724, atque Athenas relinquere post Vs. 747 patriam petiturum, nec Furias, quamvis non acquiescant in judicio, quo Orestes absolutus erat, huic pergere minantes, sed omnes suas minas atque iram totam in terram deae dicatam convertere — tamen vel sic poetae, meo certe sensu, hac re ad laetum et idoneum, in quo acquiescas, exitum perducta, etiam Furiarum cum Oreste reconciliatio quantumvis leviter significanda erat. Sed auscultemus ea, quae posuit Muellerus ad Eumenidas p. 177 et p. 197. »Aeschylos,« ait, »hat diese Versöhnung des Orestes mit den Erinnyen ganz mit Stillschweigen übergangen. Er begnügt sich ihn durch die Freisprechung des Areopags der Gewalt der Erinnyen zu entreissen, wiewohl sonst in der Wirklichkeit auf diese Freisprechung noch versöhnende Opfer folgten (§. 67.). Aeschylos aber lässt den Zorn der Erinnyen erst hiernach aufs Höchste steigen, und erst durch Athena's Beredsamkeit und die Gelobung eines Cultus die milde Natur der Gottheiten hervortreten, deren Segenswünsche alsdann, ohne dass des Orestes noch gedacht wird, ganz und gar der Stadt Athen zugewandt werden. Die patriotischen und künstlerischen Absichten, welche den Gang des Stückes so bestimmt haben, sind leicht zu entwickeln (vgl. §. 99.);« — et altero loco: »Denn dass wir nicht etwa bloss über Orestes getröstet werden sollen, ist schon aus der Weise klar, wie er von der Bühne entlassen wird, ohne einen Chorgesang, der nun etwa sein Schicksal in erhabner Stimmung zusammenfasste. Der Dich-

ter scheint beinahe den Orestes zu vergessen über der Gründung des Areopags und des Erinnyen-Dienstes, zweier Institute, die Aeschylos ebenso als eng verbunden, und von gleichartiger Bedeutung für das Athenische Volksleben fasst, wie sie es geschichtlich waren. (§. 678.). Wer aber glauben könnte, dass der Gegenstand des Stückes hier einem patriotisch-politischen Zwecke aufgeopfert sei, würde nach meiner Meinung Aeschylos Grundsätze gänzlich verkennen. Die Grundidee der Trilogie — ist durch eine solche Wendung der Dinge keineswegs in ihrer Entwickelung gehemmt — cett.« Haec igitur viri praestantissimi verba non tam ideo plenius exscribenda curavi, quod in universum et in re summa vera esse arbitror, quam quia Muellerum similia atque nos, quamvis quasi invitum, desiderasse satis apparet. Fac igitur Minerva sub finem postremae orationis breviter — neque enim proprio Chori cantico tali, quale significat Muellerus ad hoc opus erat — de Furiarum in Orestem animo mutando dixerit et neque ab hac parte restabit, quod desideres aut in quo offendas, atque, quum hac re neque universa fabulae series et tenor interrumpatur, neque quae in antecedentibus Athenarum in gratiam ficta sunt ullo modo retractentur aut imminuantur; nihilominus illustrandae patriae, aeque atque antea consultum erit a poeta. Et revera hoc loco de Oreste sermocinatam esse deam, etiam ex ipsis ultimis ejus verbis concludere posse mihi videor. Ad Orestem enim, non ad populum Atheniensem, referendum videtur vocabulum *εὐάνδροισι*, quum alioqui non liqueat, cur soli viri nuncupati sint. Quod si recte conjeci, ne illorum quidem piacularium sacrorum mentio, quam desiderat Muellerus, praetermissa est, modo quod ea non fiunt per ipsum Orestem, sed hujus quasi nomine per alios. Convenienter enim hic, ubi statim post primam absolutionem per Areopagum factam prima quoque pompa ducta esse fingitur, duo sacra, quae alias secreta erant, in unum conjunguntur. Unde rursus apparet, quam apte fieri potuerit, ut Minerva eo loco, quo proprie tantum pompa Eumenidum nunc primum ducenda et sacra, quae ad hanc pertinebant,

describenda essent accuratius, etiam de Oreste diceret, et simul, quo jure ibidem de novo Erinnyum nomine sermonem fuisse conjecerimus, nam hae res etiam grammaticis testibus arctissime conjunctae erant. Ergo, ut paucis comprehendam quod sentio, videtur Minerva in iis, quae interciderunt, dum de pompa dicebat, Orestis denuo caussam suscepisse, ita quidem, ut Furias hortaretur, ut etiam huic non amplius irascerentur, atque post vel inter ea verba, incertum qua ratione, non tamen tanquam per occasionem, sed ita ut nexus quidam inter utramque rem intercederet, hisce Eumenidum nomen imposuisse, et deinde viris Atheniensibus, qui antea judicum munere functi erant, mandasse, ut illum in finem deas cum aliis tum sacrificio oblato honorarent.

Et haec fere sunt quae sub ipsum finem orationis Minervae dicta putamus. Num vero antea pluribus et de reliquis cultus Eumenidum partibus et de hoc etiam in posterum deabus tribuendo sermo fuerat, ut Fritzschius auguratur in iis, quae superius p. 195 et sq. extr. exhibuimus? Non opinor. Nam quae in ipsa oratione adhuc exstantia virum doctum moverunt, ut alteram ejus partem huc spectasse crederet, verba τὸ λοιπὸν, si integra sententia, ubi posita sunt, ad Orestem potius, quam ad Athenienses referenda est, nihil ejusmodi probant. Omnino vero hoc placitum ne per se quidem probabile est. Etenim sive cultum dearum in universum instituendum esse censes, sive singulas nonnullas ejus partes commemorandas, sive populum Atheniensem monendum, omnibus hisce jam antea satisfactum erat a Minerva iis, quae primum Vs. 771 sqq., tum Vs. 797 sqq., deinde Vs. 829 sqq. et inprimis inde a Vs. 850 usque ad Vs. 861. denique Vs. 946 sqq., dixerat, quorum locorum talis ratio est, ut poeta hoc negotio in sequentibus supersedere non tam posse quam debere videatur; immo etiam pompa, qua Eumenides ad sedes suas ducuntur et sacra in ea obeunda, quae res demum sub finem fabulae fusius describuntur, jam Vs. 816 sqq. tanquam etiam in posterum duratura ita commemorantur, ut ne de hoc quidem in hac demum postrema Minervae oratione sermonem fuisse probabile sit; Mi-

nervae autem super his rebus dicta quasi confirmant nomine totius populi Areopagitae deductores Vs. 991 sq. et 995. Itaque praeter illam, quam modo significavi, Orestis mentionem et Eumenidum nominis impositionem nihil excidisse crediderim, nisi quod praeter ea, quae hodieque supersunt, ad solam pompam accuratius describendam pertinuerit. —

AUCTARIUM ADNOTATIONUM AD AESCHYLI EUMENIDES ET CORRIGENDA.

Pag. 3, ad Vs. 9. Eandem, quam nos verbo χοιρὰς subesse volumus, significationem de conjugato vocabulo χηραμοὶ testatur Favorinus s. v. χηραμός: — χηραμός, κατάδυσις, ἡ (fort. ἢ) κοίλη πέτρα, καθὰ ὁ ποιητὴς ἐξηγεῖται· καὶ μέχρι δὲ ἄρτι πολλοὶ τῶν Ἑλλαδικῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ Πελοπόννησον, χηραμοὺς τὰς παρὰ θάλασσαν ῥαγάδας πέτρας φασὶ κατά τινα παραφθοράν.

— 16, Vs. 58 et 59.:

οὐδ' ἥτις αἶα τοῦτ' ἐπεύχεται γένος
τρέφουσ' ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.

Nollem hunc locum, quamvis sanum mea sententia, non adnotassem, quippe in quo jam olim Arnaldus et nuper Hermannus πόνον corrigendum esse censuerint. Recte, si vocabulum πόνων a verbo μεταστένειν penderet. Sed est illud cum ἀνατεὶ construendum, in quam rem cfr. Soph. Oed. Colon. Vs. 1165: ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ et similia. Quod vero idem Hermannus contendit, etiam scholiastam πόνον legisse, apud quem pro τὸ τῆς ἀνατροφῆς scribendum sit: τὸν τ. ἀ., aperte cupidius quam verius dictum est; reputes etiam velim, haec verba non ad πόνων, sed ad τρέφουσ' ἀνατεὶ adscripta esse.

— 18, ad Vs. 77. Constructionis diploë num per se ferri possit hoc loco, an minus, in medio relinquam; exempla, quamquam non omnino similia, adnot. ad Sophocl. Ajac. p. 331 sqq. collegit Lobeckius.

Pag. 19, ad Vs. 92. Nollem Hermanni emendationem ἐκνόμως indicta caussa respuissem, ne eodem, quo reliquas, loco habuisse viderer, quae cum facillima sit, tum usu vocis ἐκνομίως Aristophaneo (vid. Vs. 982. cum adnot. Hemsterh. et schol. atque Vs. 993.) et auctoritate Suidae (s. Vs. ἐκνομίως) satis confirmata videri possit, qui iisdem fere, quae apud schol. Aristoph. reperiuntur, verbis positis addit: λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως. Sed dubitabam equidem, num usum Comici, in ejusmodi quidem vocabulis, in quibus non solum scriptorum tempora, sed etiam genera discernenda videntur, temere ad tragicos poetas traducere liceret. De Agam. Vs. 1452. prorsus non liquet. De simili usu vocis ἐξαίσιον nollem Hermannus ad Hom. Odyss. XVII, 577. provocasset; est is sane haud rarus maxime apud sequioris aevi scriptores, vid. quos citavit Heinichen ad Euseb. Histor. Eccles. Lib. II, 17. Judicent eruditi. Adjectivi ἔκνομος similis quidem quodammodo significatio est, sed apud Orph. Argonaut. Vs. 60. Meam correctionem, quamquam minus facilem, ut praeferrem, praeterea, sicuti indicavi, fecit scholiastis explicatio, quem quidem probe considerabam verbis: οὐ μόνον τιμᾷ, ἀλλὰ καὶ σέβει posse vel solum vocabulum σέβει circumscribere voluisse; sed hoc pacto verbi ἐκνόμων vel quodcunque aliud loco ejus ob oculos habebat, nullam omnino rationem habuisse putandus erat. Ceterum verbum ἐκτιμᾶν eadem cum vi positum reperitur apud Sophocl. Electr. Vs. 64. Emperii emendationem ἐκγόνων, nuper in Actis Societatis Graecae Lipsiensis Vol. I, Fasc. II, p. 90 propositam, non moror.

— 24 sq., ad Vs. 104 sq. et 115 sq., si tanti est, cfr. etiam quae congesserunt Blomfield. Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 676. et Pflugk. adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 994.

Mox ad Vs. 110. ex uno cod. Reg. L. apud Faehs. pro πάντα ταῦτα enotatur inverso ordine scriptum: ταῦτα πάντα. Vid. Lobeck. adnot. ad Soph. Ajac. Vs. 1023.

Subinde Vs. 112. pro scriptura ἀρκυσμάτων praeter libros a Wellauero citatos non solum facit lectio Med. e collat. Weigel.: ἀρκουσμάτων, ubi ad aspe-

rum spiritum attende, sed testatur illam etiam schol. B. lemmate.

Pag. 30 sq. quod suspicatus sum Vs. 164. θόρνον scribendum esse, judicio doctorum hominum relinquo. Omni dubitatione careret Fritzschii emendatio: θᾶκον (sic scr. p. 30, lin. ult.); immo vide an etiam θρόμβον ferri possit, non quidem eo sensu, quem e verbis aliter constructis extricavit Hermannus, sed simili, ac θρόνον, significatione adhibito vocabulo. Cfr. Hesych. Θρανίαι, θρόμβοι. Θρόμβοι, αἷμα παχύ, πηπηγός, ὡς βουνοί (ubi vid. adnot. Alberti, qui in Gloss. Jatric. MSS. pro Θρύμβος, θρόμος probabiliter rescribit: Θρόμβος, θρόνος). Θρόμβος, ὑψηλὸς τόπος. Eodem spectat quod schol. ad Soph. Trachin. Vs. 702. tradit: θρόμβος γὰρ ὁ ὄγκος, reddens ille nimirum Sophocleum verbum adjectivum θρομβώδεις voce ἐπηρμένοι.

— 32, ad Vs. 152. Vocabulum μεσολαβεῖ ex ea loci interpungendi ratione, quam nos amplexi sumus, etiam passivo sensu capi potest ita, ut de locutione λαμβάνειν κέντρον cogites simili illi, quae infra Vs. 172. reperitur: λαμβάνειν πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν, quacum cfr. Euripidea Ion. Vs. 525. Matth.: εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν. Pro illa apud Musaeum carm. de Herone et Leandro Vs. 166. est: δέχεσθαι κέντρον, ad quem locum plura dedit Heinrichius.

— 36 sq., ad scholl. in Vs. 165. Satius erit, opinor, a scholiastis, ut Sophocleo, Furias cum Parcis confusas statuere. De verbis ὅσον (τὸ) ἐπί σοι cfr. schol. B. ad Sept. c. Theb. Vs. 993. Schuetz.

— 40, ad Vs. 177. Cur formationem καρανηστῆρες ab omnibus, quod sciam, libris et scriptis et impressis, qui fidem merentur, suppeditatam, contra quam Schwenckio et Wellauero visum est, cum prioribus hujus fabulae editoribus repudiavissemus, explicatius disputare nolebamus; vid. tamen jam Lobeck. paralipom. gr. Gr. interea edit. p. 449 et adnot. 75. — Mox scribe ὀφθαλμωρύχοι cum Robortello; monuit etiam Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 228.

— 47, ad Vs. 180. De vocabulo λυγμὸς eadem vel omnino vel ex parte, quae Hesychius, tradunt Photius, Suidas, Cyrillus Lex. mscr. apud Albert. ad locum Hesychii. Ceterum probe scio, illam formationem a

Photio (*Λύγξ, οὐχὶ λυγμὸς καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν*) et Thoma Magistro (*Λύγξ, ὅπερ ἐστὶ κάλλιον το λυγμός*) notari; quamquam nescio, hi utrum utram quae vocis significationem respiciant, an potius eam e qua affectum ventriculi denotat. — Lin. 3, al ima pag., scribe *ἀναλυγμός*.

De generibus crudelitatis universo hoc loco memoratis cfr. Boettigeri adnot. in libro de persona Furiarum p. 81, qui tamen non audiendu est, quum verba *σπέρματος ἀποφθοραὶ* non de abortus procuratione intelligenda esse censet. *Καρανιστὴς μόρος* memoratur etiam apud Eurip. Rhes Vs. 813, *πολυαίμων φόνιος ἀποκοπὰ κρατὸς* Aeschyl. Suppl. Vs. 821. Praeterea de poena oculorum effossorum praeter Stanlejum adi Welckerum in Zimmermanni Diurnis literar. a. 1834, Nr. 97, p. 778, not. 5. et C. Fr. Hermannum Quaest. Oedipod. Cap. I, p. 9, not. 19; de abortus procuratione jure Attico poena proposita vetita, quos citavit Wachsmuth. in compendio Antiquit. Graec. Vol. I, p. 2, pag. 269, not. 208, — eadem tamen commendatur ab Aristotele in libro de politia in hominum nimia copia; de castratione maxime in insula Chio facta Herod. VIII, 105. et Athen. VI, 266, E.; de lapidatione praeter Stanlejum ad Sept. c. Theb. Vs. 205.: Dawes. Miscell. crit. p. 308, Blomfield. Glossar. ad Agam. Vs. 1606, Wachsmuth. l. c. Vol. II, p. 1, addit. 3.; de obtruncatione Hom. Odyss. XXII, 475 sqq., quem locum citavit Klausen. ad Choeph. Vs. 419, et ad quos adnot. ad eundem locum provocavit Stanlejus, modo alterum hujus supplicii genus ab altero recte discernas; denique de palatione praeter eos, quos Wakefield. in Silv. Crit. P. II, p. 63 et adnot. ad h. l. indicavit, e tragicis potissimum Euripid. Iphig. in Taur. Vs. 1395, Electr. 902, Rhes. 510. Matth., quibus in locis, excepto secundo, barbari dicentes inducuntur. Apud Graecos cultioris certe aevi carnificis instrumenta erant: gladius, laqueus, tympanum, venenum, cicuta, ut monet Pollux VIII, 7, 71.

Pag. 48, ad Vs. 202. Hodie non dubito, quin falso suspicatus sim, scholiastam pro *γὰρ* scriptum repperisse: *παρά*. Potius crediderim, hujus verba in

vitio esse et pro *παρὰ* reponendum *περί*. In libro, quo utebatur scholiastes, post verba *τί γὰρ* nullum erat interpunctionis signum, ut apud Robortellum; verba *προςτέταχθε ποιεῖν* petiit ex versu 199; genitivum casum *γυναικὸς* ita explicavit, ut pro *περὶ γυναικὸς* positum diceret — plane ut e recentioribus interpretibus Abreschius. — Dubitari potest, utrum interrogationis signum post *τί γὰρ* ponendum sit, ut haec dictio eam vim habeat, quam apud Eurip. Ion. Vs. 210 Matth., Xenoph. Memorab. II, 6, 2 et 3, alibi (cfr. infra adnot. ad p. 129), an minus. Genitivus casus *γυναικὸς* non pendet ex verbo *μητραλοίας*, ut Wellauero visum est, sed ex iis, quae Apollo additurus fuisse putandus est; is ipse ad sequentia verba mente supplendus est, in hunc modum: *ὁ φόνος γυναικός, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ, οὐκ ἂν γ. ὁ. αὐθ. φ.*, h. e.: caedes, quam uxor fecit, cett. — Lin. 24 l. »expellendorum«; lin. penult. et in iis, quae sequuntur: *ὀμφαλόν*.

Pag. 49, ad ea, quae de verbo *αὐθέντης* dixi. Error est, quod rettuli, schol. Apollon. et Eurip. alteram vocabuli partem a verbo *ἱέναι* ductam esse putare, nam hi quoque originem ejus ex verbo *ἱέναι* repetunt.

— ad Vs. 204. Quum dicebam: »*παρ' οὐδὲν ἐργάζεσθαί τι* dictum ut *παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τι*«, nolebam, utriusque dictionis eandem vim esse, ut vel interpretatio latina docere potest. Verbo *ἐργάζεσθαι* eam vim tribuebam, quae magis propria est verbo composito *ἀπεργάζεσθαι*, neque id temere, quamquam apud tragicos poetas sane nullum hujus usus exemplum reppereram. Nunc demum loci magno opere tentati veram emendationem invenisse mihi videor. Mendum non in *ἠρκέσω*, ubi adhuc ejus sedes quaerebatur, sed in *πιστώματα* latet. Scribe una litera mutata: *πιστώματι*. Verba *ἢ κάρτ' ἄτιμα* fortiore interpunctione a sequentibus secernenda sunt, de quo vid. Bernhard. Syntax. p. 285. Dictio *παρ' οὐδὲν ἀρκεῖσθαι Ἥρας καὶ Διὸς πιστώματι* significat: non acquiescere in fide per Junonem et Jovem data. De re consule Lobeck. Aglaoph. p. 650, adnot. n).

— 50, ad Vs. 217. Quum dubitari possit, num *πλέον*

nibus Coloneensibus locus, quodammodo disertis verbis adeo contrarium testentur. Sed movit virum egregium praeterea etiam illud, quod religiones Colonenses, utpote Sicyone Thebas indeque Colonum tralatas, inque quibus Oedipi memoria dominaretur, ab urbicis origine diversas fuisse credebat. Quo de mihi cum eo omnium minime convenit. Neque enim persuadere mihi possum, quod l. c. p. 132, not. 206 non absonum esse ait a Thudichumio, cujus quidem liber ipse mihi, dum haec scribo, non est ad manus, conjectum, »Oedipi sepulchrum, de quo Pausanias I, 28. loquatur, demum vastato Eumenidum fano Colonensi in urbem translatum esse,« ut Oedipi memoriam nec ab urbicis sacris abfuisse existimem, et contendo, religiones urbicas non minus cum Peloponnesiis communi colligatas esse vinculo, quam Colonenses. In quibus si, quod recte, ut mihi quidem videtur, C. Fr. Hermannus conjecit, jam ab initio Furiae Eumenidum nomen prae se tulerunt, inde argumento hoc apparet, etiamsi nihil omnino valeret Oresteanum fabularum memoria, tamen caussam non fuisse, cur Muellerus et Fritzschius putarent, post tam longum temporis spatium extrinsecus demum Atheniensibus innotuisse hanc appellationem. —

Et haec quidem puto sufficere de his rebus disputata. Revertamur jam ad Godofredi Hermanni de iis, quae in postrema Minervae oratione perierint, sententiam. Videtur autem ne is quidem satis caute et circumspecte versatus esse in testimoniis grammaticorum ad lacunam explendam adhibendis. Etenim quum potissimum auctorem argumenti fabulae Aeschyleae sequitur, certe in secundis curis, quod, ut recte ab ipso correctum sit, tamen haud dubie lacunosum est, lexicographorum vero, qui in universum idem tradunt, sed additis verbis: ὥστε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, ob quae ipsa horum testimonium maxime est in dubitationem vocatum, quoniam scilicet Minerva apud Aeschylum Erinyum non in Orestem sed in populum Atheniensem versum furorem sedet, nullam habeat rationem, nec fidem testium satis ponderavit et adversariis suis locum reliquit, unde veram rei rationem impune impugnare possent. Nos contra potius lexicographos illos, u

quos distinctius loqui et plura tradere, quam illum, appareat, ita audiendos esse arbitramur, ut Minervam, postquam sententiam inchoatam ad finem perduxerat, in iis quae interciderunt post versum 981, Orestis mentionem injecisse statuamus atque per hanc occasionem Furiis Eumenidum nomen imposuisse. Utrumque qui factum sit, ad verbum demonstrari nullo modo potest, esse tamen factum, caussae satis validae docent. Quippe maxime omnium mirum esset, si ne verbo quidem de Furiarum in Orestem animo mutando monitum esset. Verum quidem est, hunc servatum esse per illum Minervae calculum, ut ipse confitetur Vs. 724, atque Athenas relinquere post Vs. 747 patriam petiturum, nec Furias, quamvis non acquiescant in judicio, quo Orestes absolutus erat, huic pergere minantes, sed omnes suas minas atque iram totam in terram deae dicatam convertere — tamen vel sic poetae, meo certe sensu, hac re ad laetum et idoneum, in quo acquiescas, exitum perducta, etiam Furiarum cum Oreste reconciliatio quantumvis leviter significanda erat. Sed auscultemus ea, quae posuit Muellerus ad Eumenidas p. 177 et p. 197. »Aeschylos,« ait, »hat diese Versöhnung des Orestes mit den Erinnyen ganz mit Stillschweigen übergangen. Er begnügt sich ihn durch die Freisprechung des Areopags der Gewalt der Erinnyen zu entreissen, wiewohl sonst in der Wirklichkeit auf diese Freisprechung noch versöhnende Opfer folgten (§. 67.). Aeschylos aber lässt den Zorn der Erinnyen erst hiernach aufs Höchste steigen, und erst durch Athena's Beredsamkeit und die Gelobung eines Cultus die milde Natur der Gottheiten hervortreten, deren Seegenswünsche alsdann, ohne dass des Orestes noch gedacht wird, ganz und gar der Stadt Athen zugewandt werden. Die patriotischen und künstlerischen Absichten, welche den Gang des Stückes so bestimmt haben, sind leicht zu entwickeln (vgl. §. 99.);« — et altero loco: »Denn dass wir nicht etwa bloss über Orestes getröstet werden sollen, ist schon aus der Weise klar, wie er von der Bühne entlassen wird, ohne einen Chorgesang, der nun etwa sein Schicksal in erhabner Stimmung zusammenfasste. Der Dich-

ter scheint beinahe den Orestes zu vergessen über der Gründung des Areopags und des Erinnyen-Dienstes, zweier Institute, die Aeschylos ebenso als eng verbunden; und von gleichartiger Bedeutung für das Athenische Volksleben fasst, wie sie es geschichtlich waren (§. 678.). Wer aber glauben könnte, dass der Gegenstand des Stückes hier einem patriotisch-politischen Zwecke aufgeopfert sei, würde nach meiner Meinung Aeschylos Grundsätze gänzlich verkennen. Die Grundidee der Trilogie — ist durch eine solche Wendung der Dinge keinesweges in ihrer Entwickelung gehemmt — cett.« Haec igitur viri praestantissimi verba non tam ideo plenius exscribenda curavi, quod in universum et in re summa vera esse arbitror, quam quia Muellerum similia atque nos, quamvis quasi invitum, desiderasse satis apparet. Fac igitur Minerva sub finem postremae orationis breviter — neque enim proprio Chori cantico tali, quale significat Muellerus ad hoc opus erat — de Furiarum in Orestem animo mutando dixerit et neque ab hac parte restabit, quod desideres, aut in quo offendas, atque, quum hac re neque universa fabulae series et tenor interrumpatur, neque quae in antecedentibus Athenarum in gratiam ficta sunt ullo modo retractentur aut imminuantur; nihilominus illustrandae patriae, aeque atque antea consultum erit a poeta. Et revera hoc loco de Oreste sermocinatam esse deam, etiam ex ipsis ultimis ejus verbis concludere posse mihi videor. Ad Orestem enim, non ad populum Atheniensem, referendum videtur vocabulum εὐάνδροισι, quum alioqui non liqueat, cur soli viri nuncupati sint. Quod si recte conjeci, ne illorum quidem piacularium sacrorum mentio, quam desiderat Muellerus, praetermissa est, modo, quod ea non fiunt per ipsum Orestem, sed hujus quasi nomine per alios. Convenienter enim hic, ubi statim post primam absolutionem per Areopagum factam prima quoque pompa ducta esse fingitur, duo sacra, quae alias secreta erant, in unum conjunguntur. Unde rursus apparet, quam apte fieri potuerit, ut Minerva eo loco, quo proprie tantum pompa Eumenidum nunc primum ducenda et sacra, quae ad hanc pertinebant,

describenda essent accuratius, etiam de Oreste diceret, et simul, quo jure ibidem de novo Erinnyum nomine sermonem fuisse conjecerimus; nam hae res etiam grammaticis testibus arctissime conjunctae erant. Ergo, ut paucis comprehendam quod sentio, videtur Minerva in iis, quae interciderunt, dum de pompa dicebat, Orestis denuo caussam suscepisse, ita quidem, ut Furias hortaretur, ut etiam huic non amplius irascerentur, atque post vel inter ea verba, incertum qua ratione, non tamen tanquam per occasionem, sed ita ut nexus quidam inter utramque rem intercederet, hisce Eumenidum nomen imposuisse, et deinde viris Atheniensibus, qui antea judicum munere functi erant, mandasse, ut illum in finem deas cum aliis tum sacrificio oblato honorarent.

Et haec fere sunt quae sub ipsum finem orationis Minervae dicta putamus. Num vero antea pluribus et de reliquis cultus Eumenidum partibus et de hoc etiam in posterum deabus tribuendo sermo fuerat, ut Fritzschius auguratur in iis, quae superius p. 195 et sq. extr. exhibuimus? Non opinor. Nam quae in ipsa oratione adhuc exstantia virum doctum moverunt, ut alteram ejus partem huc spectasse crederet, verba *τὸ λοιπὸν*, si integra sententia, ubi posita sunt, ad Orestem potius, quam ad Athenienses referenda est, nihil ejusmodi probant. Omnino vero hoc placitum ne per se quidem probabile est. Etenim sive cultum dearum in universum instituendum esse censes, sive singulas nonnullas ejus partes commemorandas, sive populum Atheniensem monendum, omnibus hisce jam antea satisfactum erat a Minerva iis, quae primum Vs. 771 sqq., tum Vs. 797 sqq., deinde Vs. 829 sqq. et inprimis inde a Vs. 850 usque ad Vs. 861. denique Vs. 946 sqq., dixerat, quorum locorum talis ratio est, ut poeta hoc negotio in sequentibus supersedere non tam posse quam debere videatur; immo etiam pompa, qua Eumenides ad sedes suas ducuntur et sacra in ea obeunda, quae res demum sub finem fabulae fusius describuntur, jam Vs. 816 sqq. tanquam etiam in posterum duratura ita commemorantur, ut ne de hoc quidem in hac demum postrema Minervae oratione sermonem fuisse probabile sit; Mi-

nervae autem super his rebus dicta quasi confirmant nomine totius populi Areopagitae deductores Vs. 991 sq. et 995. Itaque praeter illam, quam modo significavi, Orestis mentionem et Eumenidum nominis impositionem nihil excidisse crediderim, nisi quod praeter ea, quae hodieque supersunt, ad solam pompam accuratius describendam pertinuerit. —

AUCTARIUM ADNOTATIONUM AD AESCHYLI EUMENIDES ET CORRIGENDA.

Pag. 3, ad Vs. 9. Eandem, quam nos verbo χοιρὰς subesse volumus, significationem de conjugato vocabulo χηραμοὶ testatur Favorinus s. v. χηραμός: — χηραμός, κατάδυσις, ἡ (fort. ἢ) κοίλη πέτρα, καθὰ ὁ ποιητὴς ἐξηγεῖται· καὶ μέχρι δὲ ἄρτι πολλοὶ τῶν Ἑλλαδικῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ Πελοπόννησον, χηραμοὺς τὰς παρὰ θάλασσαν ῥαγάδας πέτρας φασὶ κατά τινα παραφθοράν.

— 16, Vs. 58 et 59.:

οὐδ' ἥτις αἶα τοῦτ' ἐπεύχεται γένος
τρέφουσ' ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.

Nollem hunc locum, quamvis sanum mea sententia, non adnotassem, quippe in quo jam olim Arnaldus et nuper Hermannus πόνον corrigendum esse censuerint. Recte, si vocabulum πόνων a verbo μεταστένειν penderet. Sed est illud cum ἀνατεὶ construendum, in quam rem cfr. Soph. Oed. Colon. Vs. 1165: ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ et similia. Quod vero idem Hermannus contendit, etiam scholiastam πόνον legisse, apud quem pro τὸ τῆς ἀνατροφῆς scribendum sit: τὸν τ. ἀ., aperte cupidius quam verius dictum est; reputes etiam velim, haec verba non ad πόνων, sed ad τρέφουσ' ἀνατεὶ adscripta esse.

— 18, ad Vs. 77. Constructionis diploë num per se ferri possit hoc loco, an minus, in medio relinquam; exempla, quamquam non omnino similia, adnot. ad Sophocl. Ajac. p. 331 sqq. collegit Lobeckius.

Pag. 19, ad Vs. 92. Nollem Hermanni emendationem ἐκνόμως indicta caussa respuissem, ne eodem, quo reliquas, loco habuisse viderer, quae cum facillima sit, tum usu vocis ἐκνομίως Aristophaneo (vid. Vs. 982. cum adnot. Hemsterh. et schol. atque Vs. 993.) et auctoritate Suidae (s. Vs. ἐκνομίως) satis confirmata videri possit, qui iisdem fere, quae apud schol. Aristoph. reperiuntur, verbis positis addit: λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως. Sed dubitabam equidem, num usum Comici, in ejusmodi quidem vocabulis, in quibus non solum scriptorum tempora, sed etiam genera discernenda videntur, temere ad tragicos poetas traducere liceret. De Agam. Vs. 1452. prorsus non liquet. De simili usu vocis ἐξαίσιον nollem Hermannus ad Hom. Odyss. XVII, 577. provocasset; est is sane haud rarus maxime apud sequioris aevi scriptores, vid. quos citavit Heinichen ad Euseb. Histor. Eccles. Lib. II, 17. Judicent eruditi. Adjectivi ἔκνομος similis quidem quodammodo significatio est, sed apud Orph. Argonaut. Vs. 60. Meam correctionem, quamquam minus facilem, ut praeferrem, praeterea, sicuti indicavi, fecit scholiastis explicatio, quem quidem probe considerabam verbis: οὐ μόνον τιμᾷ, ἀλλὰ καὶ σέβει posse vel solum vocabulum σέβει circumscribere voluisse; sed hoc pacto verbi ἐκνόμων vel quodcunque aliud loco ejus ob oculos habebat, nullam omnino rationem habuisse putandus erat. Ceterum verbum ἐκτιμᾶν eadem cum vi positum reperitur apud Sophocl. Electr. Vs. 64. Emperii emendationem ἐκγόνων, nuper in Actis Societatis Graecae Lipsiensis Vol. I, Fasc. II, p. 90 propositam, non moror.

— 24 sq., ad Vs. 104 sq. et 115 sq., si tanti est, cfr. etiam quae congesserunt Blomfield. Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 676. et Pflugk. adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 994.

Mox ad Vs. 110. ex uno cod. Reg. L. apud Faehs. pro πάντα ταῦτα enotatur inverso ordine scriptum: ταῦτα πάντα. Vid. Lobeck. adnot. ad Soph. Ajac. Vs. 1023.

Subinde Vs. 112. pro scriptura ἀρκυσμάτων praeter libros a Wellauero citatos non solum facit lectio Med. e collat. Weigel.: ἀρκουσμάτων, ubi ad aspe-

rum spiritum attende, sed testatur illam etiam schol. B. lemmate.

Pag. 30 sq. quod suspicatus sum Vs. 164. θόρνον scribendum esse, judicio doctorum hominum relinquo. Omni dubitatione careret Fritzschii emendatio: θᾶκον (sic scr. p. 30, lin. ult.); immo vide an etiam θρόμβον ferri possit, non quidem eo sensu, quem e verbis aliter constructis extricavit Hermannus, sed simili, ac θρόνον, significatione adhibito vocabulo. Cfr. Hesych. Θρανίαι, θρόμβοι. Θρόμβοι, αἷμα παχὺ, πηπηγός, ὡς βουνοί (ubi vid. adnot. Alberti, qui in Gloss. Jatric. MSS. pro Θρύμβος, θρόμος probabiliter rescribit: Θρόμβος, θρόνος). Θρόμβος, ὑψηλὸς τόπος. Eodem spectat quod schol. ad Soph. Trachin. Vs. 702. tradit: θρόμβος γὰρ ὁ ὄγκος, reddens ille nimirum Sophocleum verbum adjectivum θρομβώδεις voce ἐπηρμένοι.

— 32, ad Vs. 152. Vocabulum μεσολαβεῖ ex ea loci interpungendi ratione, quam nos amplexi sumus, etiam passivo sensu capi potest ita, ut de locutione λαμβάνειν κέντρον cogites simili illi, quae infra Vs. 172. reperitur: λαμβάνειν πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν, quacum cfr. Euripidea Ion. Vs. 525. Matth.: εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν. Pro illa apud Musaeum carm. de Herone et Leandro Vs. 166. est: δέχεσθαι κέντρον, ad quem locum plura dedit Heinrichius.

— 36 sq., ad scholl. in Vs. 165. Satius erit, opinor, a scholiastis, ut Sophocleo, Furias cum Parcis confusas statuere. De verbis ὅσον (τὸ) ἐπί σοι cfr. schol. B. ad Sept. c. Theb. Vs. 993. Schuetz.

— 40, ad Vs. 177. Cur formationem χαρανηστῆρες ab omnibus, quod sciam, libris et scriptis et impressis, qui fidem merentur, suppeditatam, contra quam Schwenckio et Wellauero visum est, cum prioribus hujus fabulae editoribus repudiavissemus, explicatius disputare nolebamus; vid. tamen jam Lobeck. paralipom. gr. Gr. interea edit. p. 449 et adnot. 75. — Mox scribe ὀφθαλμωρύχοι cum Robortello; monuit etiam Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 228.

— 47, ad Vs. 180. De vocabulo λυγμὸς eadem vel omnino vel ex parte, quae Hesychius, tradunt Photius, Suidas, Cyrillus Lex. mscr. apud Albert. ad locum Hesychii. Ceterum probe scio, illam formationem a

Photio (*Λύγξ, οὐχὶ λυγμὸς καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν*) et Thoma Magistro (*Λύγξ, ὅπερ ἐστὶ κάλλιον τοῦ λυγμός*) notari; quamquam nescio, hi utrum utramque vocis significationem respiciant, an potius eam, e qua affectum ventriculi denotat. — Lin. 3, ab ima pag., scribe *ἀναλυγμός*.

De generibus crudelitatis universo hoc loco memoratis cfr. Boettigeri adnot. in libro de persona Furiarum p. 81, qui tamen non audiendus est, quum verba *σπέρματος ἀποφθοραὶ* non de abortus procuratione intelligenda esse censet. *Καρανιστὴς μόρος* memoratur etiam apud Eurip. Rhes. Vs. 813, *πολυαίμων φόνιος ἀποκοπὰ κρατὸς* Aeschyl. Suppl. Vs. 821. Praeterea de poena oculorum effossorum praeter Stanlejum adi Welckerum in Zimmermanni Diurnis literar. a. 1834, Nr. 97, p. 778, not. 5. et C. Fr. Hermannum Quaest. Oedipod. Cap. I, p. 9, not. 19; de abortus procuratione jure Attico poena proposita vetita, quos citavit Wachsmuth. in compendio Antiquit. Graec. Vol. I, p. 2, pag. 269, not. 208, — eadem tamen commendatur ab Aristotele in libro de politia in hominum nimia copia; de castratione maxime in insula Chio facta Herod. VIII, 105. et Athen. VI, 266, E.; de lapidatione praeter Stanlejum ad Sept. c. Theb. Vs. 205.: Dawes. Miscell. crit. p. 308, Blomfield. Glossar. ad Agam. Vs. 1606, Wachsmuth. l. c. Vol. II, p. 1, addit. 3.; de obtruncatione Hom. Odyss. XXII, 475 sqq., quem locum citavit Klausen. ad Choëph. Vs. 419, et ad quos adnot. ad eundem locum provocavit Stanlejus, modo alterum hujus supplicii genus ab altero recte discernas; denique de palatione praeter eos, quos Wakefield. in Silv. Crit. P. II, p. 63 et adnot. ad h. l. indicavit, e tragicis potissimum Euripid. Iphig. in Taur. Vs. 1395, Electr. 902, Rhes. 510. Matth., quibus in locis, excepto secundo, barbari dicentes inducuntur. Apud Graecos cultioris certe aevi carnificis instrumenta erant: gladius, laqueus, tympanum, venenum, cicuta, ut monet Pollux VIII, 7, 71.

Pag. 48, ad Vs. 202. Hodie non dubito, quin false suspicatus sim, scholiastam pro *γὰρ* scriptum reperisse: *παρά*. Potius crediderim, hujus verba in

vitio esse et pro παρὰ reponendum περί. In libro, quo utebatur scholiastes, post verba τί γὰρ nullum erat interpunctionis signum, ut apud Robortellum; verba προςτέταχθε ποιεῖν petiit ex versu 199; genitivum casum γυναικὸς ita explicavit, ut pro περὶ γυναικὸς positum diceret — plane ut e recentioribus interpretibus Abreschius. — Dubitari potest, utrum interrogationis signum post τί γὰρ ponendum sit, ut haec dictio eam vim habeat, quam apud Eurip. Ion. Vs. 210 Matth., Xenoph. Memorab. II, 6, 2 et 3, alibi (cfr. infra adnot. ad p. 129), an minus. Genitivus casus γυναικὸς non pendet ex verbo μητραλοίας, ut Wellauero visum est, sed ex iis, quae Apollo additurus fuisse putandus est; is ipse ad sequentia verba mente supplendus est, in hunc modum: ὁ φόνος γυναικός, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ, οὐκ ἂν γ. ὁ. αὐθ. φ., h. e.: caedes, quam uxor fecit, cett. — Lin. 24 l. »expellendorum«; lin. penult. et in iis, quae sequuntur: ὀμφαλόν.

Pag. 49, ad ea, quae de verbo αὐθέντης dixi. Error est, quod rettuli, schol. Apollon. et Eurip. alteram vocabuli partem a verbo ἱέναι ductam esse putare, nam hi quoque originem ejus ex verbo ἱέναι repetunt.

— ad Vs. 204. Quum dicebam: »παρ' οὐδὲν ἐργάζεσθαί τι dictum ut παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τι«, nolebam, utriusque dictionis eandem vim esse, ut vel interpretatio latina docere potest. Verbo ἐργάζεσθαι eam vim tribuebam, quae magis propria est verbo composito ἀπεργάζεσθαι, neque id temere, quamquam apud tragicos poetas sane nullum hujus usus exemplum reppereram. Nunc demum loci magno opere tentati veram emendationem invenisse mihi videor. Mendum non in ἠρκέσω, ubi adhuc ejus sedes quaerebatur, sed in πιστώματα latet. Scribe una litera mutata: πιστώματι. Verba ἦ κάρτ' ἄτιμα fortiore interpunctione a sequentibus secernenda sunt, de quo vid. Bernhard. Syntax. p. 285. Dictio παρ' οὐδὲν ἀρκεῖσθαι Ἥρας καὶ Διὸς πιστώματι significat: non acquiescere in fide per Junonem et Jovem data. De re consule Lobeck. Aglaoph. p. 650, adnot. n).

— 50, ad Vs. 217. Quum dubitari possit, num πλέον

nibus Colonensibus locus, quodammodo disertis verbis adeo contrarium testentur. Sed movit virum egregium praeterea etiam illud, quod religiones Colonenses, utpote Sicyone Thebas indeque Colonum tralatas, inque quibus Oedipi memoria dominaretur, ab urbicis origine diversas fuisse credebat. Quo de mihi cum eo omnium minime convenit. Neque enim persuadere mihi possum, quod l. c. p. 132, not. 206 non absonum esse ait a Thudichumio, cujus quidem liber ipse mihi, dum haec scribo, non est ad manus, conjectum, »Oedipi sepulchrum, de quo Pausanias I, 28 loquatur, demum vastato Eumenidum fano Colonensi in urbem translatum esse,« ut Oedipi memoriam ne ab urbicis sacris abfuisse existimem, et contendo, religiones urbicas non minus cum Peloponnesiis communi colligatas esse vinculo, quam Colonenses. I quibus si, quod recte, ut mihi quidem videtur, C. F. Hermannus conjecit, jam ab initio Furiae Eumenidum nomen prae se tulerint, inde argumento hoc appare etiamsi nihil omnino valeret Oresteanum fabularu memoria, tamen causam non fuisse, cur Mueller et Fritzschius putarent, post tam longum tempor spatium extrinsecus demum Atheniensibus innotuis hanc appellationem. —

Et haec quidem puto sufficere de his rebus d putata. Revertamur jam ad Godofredi Herman de iis, quae in postrema Minervae oratione perieri sententiam. Videtur autem ne is quidem satis ca et circumspecte versatus esse in testimoniis gramm ticorum ad lacunam explendam adhibendis. Eten quum potissimum auctorem argumenti fabulae . schyleae sequitur, licet in secundis curis, quod, recte ab ipso correctum sit, tamen haud dubie la nosum est, lexicographorum vero, qui in univer idem tradunt, sed additis verbis: ὥςτε μὴ χαλ ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, ob quae ipsa horum testi nium maxime est in dubitationem vocatum, quo scilicet Minerva apud Aeschylum Erinyum non Orestem sed in populum Atheniensem versum f rem sedet, nullam habeat rationem, nec fidem stium satis ponderavit et adversariis suis locum quit, unde veram rei rationem impune impug possent. Nos contra potius lexicographos illos

quos distinctius loqui et plura tradere, quam illum, appareat, ita audiendos esse arbitramur, ut Minervam, postquam sententiam inchoatam ad finem perduxerat, in iis quae interciderunt post versum 981, Orestis mentionem injecisse statuamus atque per hanc occasionem Furiis Eumenidum nomen imposuisse. Utrumque qui factum sit, ad verbum demonstrari nullo modo potest, esse tamen factum, caussae satis validae docent. Quippe maxime omnium mirum esset, si ne verbo quidem de Furiarum in Orestem animo mutando monitum esset. Verum quidem est, hunc servatum esse per illum Minervae calculum, ut ipse confitetur Vs. 724, atque Athenas relinquere post Vs. 747 patriam petiturum, nec Furias, quamvis non acquiescant in judicio, quo Orestes absolutus erat, huic pergere minantes, sed omnes suas minas atque iram totam in terram deae dicatam convertere — tamen vel sic poetae, meo certe sensu, hac re ad laetum et idoneum, in quo acquiescas, exitum perducta, etiam Furiarum cum Oreste reconciliatio quantumvis leviter significanda erat. Sed auscultemus ea, quae posuit Muellerus ad Eumenidas p. 177 et p. 197. »Aeschylos,« ait, »hat diese Versöhnung des Orestes mit den Erinnyen ganz mit Stillschweigen übergangen. Er begnügt sich ihn durch die Freisprechung des Areopags der Gewalt der Erinnyen zu entreissen, wiewohl sonst in der Wirklichkeit auf diese Freisprechung noch versöhnende Opfer folgten (§. 67.). Aeschylos aber lässt den Zorn der Erinnyen erst hiernach aufs Höchste steigen, und erst durch Athena's Beredsamkeit und die Gelobung eines Cultus die milde Natur der Gottheiten hervortreten, deren Seegenswünsche alsdann, ohne dass des Orestes noch gedacht wird, ganz und gar der Stadt Athen zugewandt werden. Die patriotischen und künstlerischen Absichten, welche den Gang des Stückes so bestimmt haben, sind leicht zu entwickeln (vgl. §. 99.);« — et altero loco: »Denn dass wir nicht etwa bloss über Orestes getröstet werden sollen, ist schon aus der Weise klar, wie er von der Bühne entlassen wird, ohne einen Chorgesang, der nun etwa sein Schicksal in erhabner Stimmung zusammenfasste. Der Dich-

ter scheint beinahe den Orestes zu vergessen über der Gründung des Areopags und des Erinnyen-Dienstes, zweier Institute, die Aeschylos ebenso als eng verbunden, und von gleichartiger Bedeutung für das Athenische Volksleben fasst, wie sie es geschichtlich waren (§. 678.). Wer aber glauben könnte, dass der Gegenstand des Stückes hier einem patriotisch-politischen Zwecke aufgeopfert sei, würde nach meiner Meinung Aeschylos Grundsätze gänzlich verkennen. Die Grundidee der Trilogie — ist durch eine solche Wendung der Dinge keinesweges in ihrer Entwickelung gehemmt — cett.« Haec igitur viri praestantissimi verba non tam ideo plenius exscribenda curavi, quod in universum et in re summa vera esse arbitror, quam quia Muellerum similia atque nos, quamvis quasi invitum, desiderasse satis apparet. Fac igitur Minerva sub finem postremae orationis breviter — neque enim proprio Chori cantico tali, quale significat Muellerus ad hoc opus erat — de Furiarum in Orestem animo mutando dixerit et neque ab hac parte restabit, quod desideres aut in quo offendas, atque, quum hac re neque universa fabulae series et tenor interrumpatur, neque quae in antecedentibus Athenarum in gratiam ficta sunt ullo modo retractentur aut imminuantur; nihilominus illustrandae patriae, aeque atque antea consultum erit a poeta. Et revera hoc loco de Oreste sermocinatam esse deam, etiam ex ipsis ultimis ejus verbis concludere posse mihi videor. Ad Orestem enim, non ad populum Atheniensem, referendum videtur vocabulum εὐάνδροισι, quum alioqui non liqueat, cur soli viri nuncupati sint. Quod si recte conjeci, ne illorum quidem piacularium sacrorum mentio, quam desiderat Muellerus, praetermissa est, modo quod ea non fiunt per ipsum Orestem, sed hujus quasi nomine per alios. Convenienter enim hic, ubi statim post primam absolutionem per Areopagum factam prima quoque pompa ducta esse fingitur, duo sacra, quae alias secreta erant, in unum conjunguntur. Unde rursus apparet, quam apte fieri potuerit, ut Minerva eo loco, quo proprie tantum pompa Eumenidum nunc primum ducenda et sacra, quae ad hanc pertinebant,

describenda essent accuratius, etiam de Oreste diceret, et simul, quo jure ibidem de novo Erinnyum nomine sermonem fuisse conjecerimus, nam hae res etiam grammaticis testibus arctissime conjunctae erant. Ergo, ut paucis comprehendam quod sentio, videtur Minerva in iis, quae interciderunt, dum de pompa dicebat, Orestis denuo caussam suscepisse, ita quidem, ut Furias hortaretur, ut etiam huic non amplius irascerentur, atque post vel inter ea verba, incertum qua ratione, non tamen tanquam per occasionem, sed ita ut nexus quidam inter utramque rem intercederet, hisce Eumenidum nomen imposuisse, et deinde viris Atheniensibus, qui antea judicum munere functi erant, mandasse, ut illum in finem deas cum aliis tum sacrificio oblato honorarent.

Et haec fere sunt quae sub ipsum finem orationis Minervae dicta putamus. Num vero antea pluribus et de reliquis cultus Eumenidum partibus et de hoc etiam in posterum deabus tribuendo sermo fuerat, ut Fritzschius auguratur in iis, quae superius p. 195 et sq. extr. exhibuimus? Non opinor. Nam quae in ipsa oratione adhuc exstantia virum doctum moverunt, ut alteram ejus partem huc spectasse crederet, verba τὸ λοιπὸν, si integra sententia, ubi posita sunt, ad Orestem potius, quam ad Athenienses referenda est, nihil ejusmodi probant. Omnino vero hoc placitum ne per se quidem probabile est. Etenim sive cultum dearum in universum instituendum esse censes, sive singulas nonnullas ejus partes commemorandas, sive populum Atheniensem monendum, omnibus hisce jam antea satisfactum erat a Minerva iis, quae primum Vs. 771 sqq., tum Vs. 797 sqq., deinde Vs. 829 sqq. et inprimis inde a Vs. 850 usque ad Vs. 861. denique Vs. 946 sqq., dixerat, quorum locorum talis ratio est, ut poeta hoc negotio in sequentibus supersedere non tam posse quam debere videatur; immo etiam pompa, qua Eumenides ad sedes suas ducuntur et sacra in ea obeunda, quae res demum sub finem fabulae fusius describuntur, jam Vs. 816 sqq. tanquam etiam in posterum duratura ita commemorantur, ut ne de hoc quidem in hac demum postrema Minervae oratione sermonem fuisse probabile sit; Mi-

nervae autem super his rebus dicta quasi confirmant nomine totius populi Areopagitae deductores Vs. 991 sq. et 995. Itaque praeter illam, quam modo significavi, Orestis mentionem et Eumenidum nominis impositionem nihil excidisse crediderim, nisi quod praeter ea, quae hodieque supersunt, ad solam pompam accuratius describendam pertinuerit. —

AUCTARIUM ADNOTATIONUM AD AESCHYLI EUMENIDES ET CORRIGENDA.

Pag. 3, ad Vs. 9. Eandem, quam nos verbo *χοιρὰς* subesse volumus, significationem de conjugato vocabulo *χηραμοὶ* testatur Favorinus s. *v.* *χηραμός*: — *χηραμός, κατάδυσις, ἡ* (fort. *ἢ*) *κοίλη πέτρα, καθὰ ὁ ποιητὴς ἐξηγεῖται· καὶ μέχρι δὲ ἄρτι πολλοὶ τῶν Ἑλλαδικῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ Πελοπόννησον, χηραμοὺς τὰς παρὰ θάλασσαν ῥαγάδας πέτρας φασὶ κατά τινα παραφθοράν.*

— 16, Vs. 58 et 59.:

οὐδ' ἥτις αἶα τοῦτ' ἐπεύχεται γένος
τρέφουσ' ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.

Nollem hunc locum, quamvis sanum mea sententia, non adnotassem, quippe in quo jam olim Arnaldus et nuper Hermannus *πόνον* corrigendum esse censuerint. Recte, si vocabulum *πόνων* a verbo *μεταστένειν* penderet. Sed est illud cum *ἀνατεὶ* construendum, in quam rem cfr. Soph. Oed. Colon. Vs. 1165: *ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ* et similia. Quod vero idem Hermannus contendit, etiam scholiastam *πόνον* legisse, apud quem pro *τὸ τῆς ἀνατροφῆς* scribendum sit: *τὸν τ. ἀ.*, aperte cupidius quam verius dictum est; reputes etiam velim, haec verba non ad *πόνων*, sed ad *τρέφουσ' ἀνατεὶ* adscripta esse.

— 18, ad Vs. 77. Constructionis diploë num per se ferri possit hoc loco, an minus, in medio relinquam; exempla, quamquam non omnino similia, adnot. ad Sophocl. Ajac. p. 331 sqq. collegit Lobeckius.

Pag. 19, ad Vs. 92. Nollem Hermanni emendationem ἐκνόμως indicta caussa respuissem, ne eodem, quo reliquas, loco habuisse viderer, quae cum facillima sit, tum usu vocis ἐκνομίως Aristophaneo (vid. Vs. 982. cum adnot. Hemsterh. et schol. atque Vs. 993.) et auctoritate Suidae (s. Vs. ἐκνομίως) satis confirmata videri possit, qui iisdem fere, quae apud schol. Aristoph. reperiuntur, verbis positis addit: λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως. Sed dubitabam equidem, num usum Comici, in ejusmodi quidem vocabulis, in quibus non solum scriptorum tempora, sed etiam genera discernenda videntur, temere ad tragicos poetas traducere liceret. De Agam. Vs. 1452. prorsus non liquet. De simili usu vocis ἐξαίσιον nollem Hermannus ad Hom. Odyss. XVII, 577. provocasset; est is sane haud rarus maxime apud sequioris aevi scriptores, vid. quos citavit Heinichen ad Euseb. Histor. Eccles. Lib. II, 17. Judicent eruditi. Adjectivi ἔκνομος similis quidem quodammodo significatio est, sed apud Orph. Argonaut. Vs. 60. Meam correctionem, quamquam minus facilem, ut praeferrem, praeterea, sicuti indicavi, fecit scholiastis explicatio, quem quidem probe considerabam verbis: οὐ μόνον τιμᾷ, ἀλλὰ καὶ σέβει posse vel solum vocabulum σέβει circumscribere voluisse; sed hoc pacto verbi ἐκνόμων vel quodcunque aliud loco ejus ob oculos habebat, nullam omnino rationem habuisse putandus erat. Ceterum verbum ἐκτιμᾶν eadem cum vi positum reperitur apud Sophocl. Electr. Vs. 64. Emperii emendationem ἐκγόνων, nuper in Actis Societatis Graecae Lipsiensis Vol. I, Fasc. II, p. 90 propositam, non moror.

— 24 sq., ad Vs. 104 sq. et 115 sq., si tanti est, cfr. etiam quae congesserunt Blomfield. Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 676. et Pflugk. adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 994.

Mox ad Vs. 110. ex uno cod. Reg. L. apud Faehs. pro πάντα ταῦτα enotatur inverso ordine scriptum: ταῦτα πάντα. Vid. Lobeck. adnot. ad Soph. Ajac. Vs. 1023.

Subinde Vs. 112. pro scriptura ἀρκυσμάτων praeter libros a Wellauero citatos non solum facit lectio Med. e collat. Weigel.: ἀρκουσμάτων, ubi ad aspe-

rum spiritum attende, sed testatur illam etiam schol. B. lemmate.

Pag. 30 sq. quod suspicatus sum Vs. 164. θόρνον scribendum esse, judicio doctorum hominum relinquo. Omni dubitatione careret Fritzschii emendatio: θᾶκον (sic scr. p. 30, lin. ult.); immo vide an etiam θρόμβον ferri possit, non quidem eo sensu, quem e verbis aliter constructis extricavit Hermannus, sed simili, ac θρόνον, significatione adhibito vocabulo. Cfr. Hesych. Θρανίαι, θρόμβοι. Θρόμβοι, αἷμα παχύ, πηπηγός, ὡς βουνοί (ubi vid. adnot. Alberti, qui in Gloss. Jatric. MSS. pro Θρύμβος, θρόμος probabiliter rescribit: Θρόμβος, θρόνος). Θρόμβος, ὑψηλὸς τόπος. Eodem spectat quod schol. ad Soph. Trachin. Vs. 702. tradit: θρόμβος γὰρ ὁ ὄγκος, reddens ille nimirum Sophocleum verbum adjectivum θρομβώδεις voce ἐπηρμένοι.

— 32, ad Vs. 152. Vocabulum μεσολαβεῖ ex ea loci interpungendi ratione, quam nos amplexi sumus, etiam passivo sensu capi potest ita, ut de locutione λαμβάνειν κέντρον cogites simili illi, quae infra Vs. 172. reperitur: λαμβάνειν πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν, quacum cfr. Euripidea Ion. Vs. 525. Matth.: εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν. Pro illa apud Musaeum carm. de Herone et Leandro Vs. 166. est: δέχεσθαι κέντρον, ad quem locum plura dedit Heinrichius.

— 36 sq., ad scholl. in Vs. 165. Satius erit, opinor, a scholiastis, ut Sophocleo, Furias cum Parcis confusas statuere. De verbis ὅσον (τὸ) ἐπί σοι cfr. schol. B. ad Sept. c. Theb. Vs. 993. Schuetz.

— 40, ad Vs. 177. Cur formationem καρανηστῆρες ab omnibus, quod sciam, libris et scriptis et impressis, qui fidem merentur, suppeditatam, contra quam Schwenckio et Wellauero visum est, cum prioribus hujus fabulae editoribus repudiavissemus, explicatius disputare nolebamus; vid. tamen jam Lobeck. paralipom. gr. Gr. interea edit. p. 449 et adnot. 75. — Mox scribe ὀφθαλμωρύχοι cum Robortello; monuit etiam Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 228.

— 47, ad Vs. 180. De vocabulo λυγμὸς eadem vel omnino vel ex parte, quae Hesychius, tradunt Photius, Suidas, Cyrillus Lex. mscr. apud Albert. ad locum Hesychii. Ceterum probe scio, illam formationem a

Photio (*Λύγξ, οὐχὶ λυγμὸς καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν*) et Thoma Magistro (*Λύγξ, ὅπερ ἐστὶ κάλλιον τοῦ λυγμός*) notari; quamquam nescio, hi utrum utramquae vocis significationem respiciant, an potius eam, e qua affectum ventriculi denotat. — Lin. 3, ab ima pag., scribe *ἀναλυγμός*.

De generibus crudelitatis universo hoc loco memoratis cfr. Boettigeri adnot. in libro de persona Furiarum p. 81, qui tamen non audiendus est, quum verba *σπέρματος ἀποφθοραὶ* non de abortus procuratione intelligenda esse censet. *Καρανιστὴς μόρος* memoratur etiam apud Eurip. Rhes. Vs. 813, *πολυαίμων φόνιος ἀποκοπὰ κρατὸς* Aeschyl. Suppl. Vs. 821. Praeterea de poena oculorum effossorum praeter Stanlejum adi Welckerum in Zimmermanni Diurnis literar. a. 1834, Nr. 97, p. 778, not. 5. et C. Fr. Hermannum Quaest. Oedipod. Cap. I, p. 9, not. 19; de abortus procuratione jure Attico poena proposita vetita, quos citavit Wachsmuth. in compendio Antiquit. Graec. Vol. I, p. 2, pag. 269, not. 208, — eadem tamen commendatur ab Aristotele in libro de politia in hominum nimia copia; de castratione maxime in insula Chio facta Herod. VIII, 105. et Athen. VI, 266, E.; de lapidatione praeter Stanlejum ad Sept. c. Theb. Vs. 205.: Dawes. Miscell. crit. p. 308, Blomfield. Glossar. ad Agam. Vs. 1606, Wachsmuth. l. c. Vol. II, p. 1, addit. 3.; de obtruncatione Hom. Odyss. XXII, 475 sqq., quem locum citavit Klausen. ad Choeph. Vs. 419, et ad quos adnot. ad eundem locum provocavit Stanlejus, modo alterum hujus supplicii genus ab altero recte discernas; denique de palatione praeter eos, quos Wakefield. in Silv. Crit. P. II, p. 63 et adnot. ad h. l. indicavit, e tragicis potissimum Euripid. Iphig. in Taur. Vs. 1395, Electr. 902, Rhes. 510. Matth., quibus in locis, excepto secundo, barbari dicentes inducuntur. Apud Graecos cultioris certe aevi carnificis instrumenta erant: gladius, laqueus, tympanum, venenum, cicuta, ut monet Pollux VIII, 7, 71.

Pag. 48, ad Vs. 202. Hodie non dubito, quin falso suspicatus sim, scholiastam pro *γὰρ* scriptum repperisse: *παρά*. Potius crediderim, hujus verba in

vitio esse et pro παρὰ reponendum περί. In libro, quo utebatur scholiastes, post verba τί γὰρ nullum erat interpunctionis signum, ut apud Robortellum; verba προςτέταχθε ποιεῖν petiit ex versu 199; genitivum casum γυναικὸς ita explicavit, ut pro περὶ γυναικὸς positum diceret — plane ut e recentioribus interpretibus Abreschius. — Dubitari potest, utrum interrogationis signum post τί γὰρ ponendum sit, ut haec dictio eam vim habeat, quam apud Eurip. Ion. Vs. 210 Matth., Xenoph. Memorab. II, 6, 2 et 3, alibi (cfr. infra adnot. ad p. 129), an minus. Genitivus casus γυναικὸς non pendet ex verbo μητραλοίας, ut Wellauero visum est, sed ex iis, quae Apollo additurus fuisse putandus est; is ipse ad sequentia verba mente supplendus est, in hunc modum: ὁ φόνος γυναικός, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ, οὐκ ἂν γ. ὁ. αὐθ. φ., h. e.: caedes, quam uxor fecit, cett. — Lin. 24 l. »expellendorum«; lin. penult. et in iis, quae sequuntur: ὀμφαλόν.

Pag. 49, ad ea, quae de verbo αὐθέντης dixi. Error est, quod rettuli, schol. Apollon. et Eurip. alteram vocabuli partem a verbo ἱέναι ductam esse putare, nam hi quoque originem ejus ex verbo ἱέναι repetunt.

— ad Vs. 204. Quum dicebam: »παρ' οὐδὲν ἐργάζεσθαί τι dictum ut παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τι«, nolebam, utriusque dictionis eandem vim esse, ut vel interpretatio latina docere potest. Verbo ἐργάζεσθαι eam vim tribuebam, quae magis propria est verbo composito ἀπεργάζεσθαι, neque id temere, quamquam apud tragicos poetas sane nullum hujus usus exemplum reppereram. Nunc demum loci magno opere tentati veram emendationem invenisse mihi videor. Mendum non in ἠρκέσω, ubi adhuc ejus sedes quaerebatur, sed in πιστώματα latet. Scribe una litera mutata: πιστώματι. Verba ἦ κάρτ' ἄτιμα fortiore interpunctione a sequentibus secernenda sunt, de quo vid. Bernhard. Syntax. p. 285. Dictio παρ' οὐδὲν ἀρκεῖσθαι Ἥρας καὶ Διὸς πιστώματι significat: non acquiescere in fide per Junonem et Jovem data. De re consule Lobeck. Aglaoph. p. 650, adnot. n).

— 50, ad Vs. 217. Quum dubitari possit, num πλέον

nibus Colonensibus locus, quodammodo disertis verbis adeo contrarium testentur. Sed movit virum egregium praeterea etiam illud, quod religiones Colonenses, utpote Sicyone Thebas indeque Colonum tralatas, in quibus Oedipi memoria dominaretur, ab urbicis origine diversas fuisse credebat. Quo de mihi cum eo omnium minime convenit. Neque enim persuadere mihi possum, quod l. c. p. 132, not. 206 non absonum esse ait a Thudichumio, cujus quidem liber ipse mihi, dum haec scribo, non est ad manus, conjectum, »Oedipi sepulchrum, de quo Pausanias I, 28. loquatur, demum vastato Eumenidum fano Colonensi in urbem translatum esse,« ut Oedipi memoriam nec ab urbicis sacris abfuisse existimem, et contendo, religiones urbicas non minus cum Peloponnesiis communi colligatas esse vinculo, quam Colonenses. In quibus si, quod recte, ut mihi quidem videtur, C. Fr. Hermannus conjecit, jam ab initio Furiae Eumenidum nomen prae se tulerunt, inde argumento hoc apparet, etiamsi nihil omnino valeret Oresteaum fabularum memoria, tamen caussam non fuisse, cur Muellerus et Fritzschius putarent, post tam longum temporis spatium extrinsecus demum Atheniensibus innotuisse hanc appellationem.

Et haec quidem puto sufficere de his rebus disputata. Revertamur jam ad Godofredi Hermanni de iis, quae in postrema Minervae oratione perierint, sententiam. Videtur autem ne is quidem satis caute et circumspecte versatus esse in testimoniis grammaticorum ad lacunam explendam adhibendis. Etenim quum potissimum auctorem argumenti fabulae Aeschyleae sequitur, certe in secundis curis, quod, ut recte ab ipso correctum sit, tamen haud dubie lacunosum est, lexicographorum vero, qui in universum idem tradunt, sed additis verbis: ὥστε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, ob quae ipsa horum testimonium maxime est in dubitationem vocatum, quoniam scilicet Minerva apud Aeschylum Erinyum non in Orestem sed in populum Atheniensem versum furorem sedet, nullam habeat rationem, nec fidem testium satis ponderavit et adversariis suis locum reliquit, unde veram rei rationem impune impugnare possent. Nos contra potius lexicographos illos, ut

ques distinctius loqui et plura tradere, quam illum, appareat, ita audiendos esse arbitramur, ut Minervam, postquam sententiam inchoatam ad finem perduxerat, in iis quae interciderunt post versum 981, Orestis mentionem injecisse statuamus atque per hanc occasionem Furiis Eumenidum nomen imposuisse. Utrumque qui factum sit, ad verbum demonstrari nullo modo potest, esse tamen factum, caussae satis validae docent. Quippe maxime omnium mirum esset, si ne verbo quidem de Furiarum in Orestem animo mutando monitum esset. Verum quidem est, hunc servatum esse per illum Minervae calculum, ut ipse confitetur Vs. 724, atque Athenas relinquere post Vs. 747 patriam petiturum, nec Furias, quamvis non acquiescant in judicio, quo Orestes absolutus erat, huic pergere minantes, sed omnes suas minas atque iram totam in terram deae dicatam convertere — tamen vel sic poetae, meo certe sensu, hac re ad laetum et idoneum, in quo acquiescas, exitum perducta, etiam Furiarum cum Oreste reconciliatio quantumvis leviter significanda erat. Sed auscultemus ea, quae posuit Muellerus ad Eumenidas p. 177 et p. 197. »Aeschylos,« ait, »hat diese Versöhnung des Orestes mit den Erinnyen ganz mit Stillschweigen übergangen. Er begnügt sich ihn durch die Freisprechung des Areopags der Gewalt der Erinnyen zu entreissen, wiewohl sonst in der Wirklichkeit auf diese Freisprechung noch versöhnende Opfer folgten (§. 67.). Aeschylos aber lässt den Zorn der Erinnyen erst hiernach aufs Höchste steigen, und erst durch Athena's Beredsamkeit und die Gelobung eines Cultus die milde Natur der Gottheiten hervortreten, deren Segenswünsche alsdann, ohne dass des Orestes noch gedacht wird, ganz und gar der Stadt Athen zugewandt werden. Die patriotischen und künstlerischen Absichten, welche den Gang des Stückes so bestimmt haben, sind leicht zu entwickeln (vgl. §. 99.);« — et altero loco: »Denn dass wir nicht etwa bloss über Orestes getröstet werden sollen, ist schon aus der Weise klar, wie er von der Bühne entlassen wird, ohne einen Chorgesang, der nun etwa sein Schicksal in erhabner Stimmung zusammenfasste. Der Dich-

ter scheint beinahe den Orestes zu vergessen über der Gründung des Areopags und des Erinnyen-Dienstes, zweier Institute, die Aeschylos ebenso als eng verbunden, und von gleichartiger Bedeutung für das Athenische Volksleben fasst, wie sie es geschichtlich waren (§. 678.). Wer aber glauben könnte, dass der Gegenstand des Stückes hier einem patriotisch-politischen Zwecke aufgeopfert sei, würde nach meiner Meinung Aeschylos Grundsätze gänzlich verkennen. Die Grundidee der Trilogie — ist durch eine solche Wendung der Dinge keineswegs in ihrer Entwickelung gehemmt — cett.« Haec igitur viri praestantissimi verba non tam ideo plenius exscribenda curavi, quod in universum et in re summa vera esse arbitror, quam quia Muellerum similia atque nos, quamvis quasi invitum, desiderasse satis apparet. Fac igitur Minerva sub finem postremae orationis breviter — neque enim proprio Chori cantico tali, quale significat Muellerus, ad hoc opus erat — de Furiarum in Orestem animo mutando dixerit et neque ab hac parte restabit, quod desideres aut in quo offendas, atque, quum hac re neque universa fabulae series et tenor interrumpatur, neque quae in antecedentibus Athenarum in gratiam ficta sunt ullo modo retractentur aut imminuantur; nihilominus illustrandae patriae, aeque atque antea, consultum erit a poeta. Et revera hoc loco de Oreste sermocinatam esse deam, etiam ex ipsis ultimis ejus verbis concludere posse mihi videor. Ad Orestem enim, non ad populum Atheniensem, referendum videtur vocabulum *εὐάνδροισι*, quum alioqui non liqueat, cur soli viri nuncupati sint. Quod si recte conjeci, ne illorum quidem piacularium sacrorum mentio, quam desiderat Muellerus, praetermissa est, modo, quod ea non fiunt per ipsum Orestem, sed hujus quasi nomine per alios. Convenienter enim hic, ubi statim post primam absolutionem per Areopagum factam prima quoque pompa ducta esse fingitur, duo sacra, quae alias secreta erant, in unum conjunguntur. Unde rursus apparet, quam apte fieri potuerit, ut Minerva eo loco, quo proprie tantum pompa Eumenidum nunc primum ducenda et sacra, quae ad hanc pertinebant,

describenda essent accuratius, etiam de Oreste diceret, et simul, quo jure ibidem de novo Erinnyum nomine sermonem fuisse conjecerimus; nam hae res etiam grammaticis testibus arctissime conjunctae erant. Ergo, ut paucis comprehendam quod sentio, videtur Minerva in iis, quae interciderunt, dum de pompa dicebat, Orestis denuo caussam suscepisse, ita quidem, ut Furias hortaretur, ut etiam huic non amplius irascerentur, atque post vel inter ea verba, incertum qua ratione, non tamen tanquam per occasionem, sed ita ut nexus quidam inter utramque rem intercederet, hisce Eumenidum nomen imposuisse, et deinde viris Atheniensibus, qui antea judicum munere functi erant, mandasse, ut illum in finem deas cum aliis tum sacrificio oblato honorarent.

Et haec fere sunt quae sub ipsum finem orationis Minervae dicta putamus. Num vero antea pluribus et de reliquis cultus Eumenidum partibus et de hoc etiam in posterum deabus tribuendo sermo fuerat, ut Fritzschius auguratur in iis, quae superius p. 195 et sq. extr. exhibuimus? Non opinor. Nam quae in ipsa oratione adhuc exstantia virum doctum moverunt, ut alteram ejus partem huc spectasse crederet, verba *τὸ λοιπὸν*, si integra sententia, ubi posita sunt, ad Orestem potius, quam ad Athenienses referenda est, nihil ejusmodi probant. Omnino vero hoc placitum ne per se quidem probabile est. Etenim sive cultum dearum in universum instituendum esse censes, sive singulas nonnullas ejus partes commemorandas, sive populum Atheniensem monendum, omnibus hisce jam antea satisfactum erat a Minerva iis, quae primum Vs. 771 sqq., tum Vs. 797 sqq., deinde Vs. 829 sqq. et inprimis inde a Vs. 850 usque ad Vs. 861. denique Vs. 946 sqq., dixerat, quorum locorum talis ratio est, ut poeta hoc negotio in sequentibus supersedere non tam posse quam debere videatur; immo etiam pompa, qua Eumenides ad sedes suas ducuntur et sacra in ea obeunda, quae res demum sub finem fabulae fusius describuntur, jam Vs. 816 sqq. tanquam etiam in posterum duratura ita commemorantur, ut ne de hoc quidem in hac demum postrema Minervae oratione sermonem fuisse probabile sit; Mi-

nervae autem super his rebus dicta quasi confirmant nomine totius populi Areopagitae deductores Vs. 991 sq. et 995. Itaque praeter illam, quam modo significavi, Orestis mentionem et Eumenidum nominis impositionem nihil excidisse crediderim, nisi quod praeter ea, quae hodieque supersunt, ad solam pompam accuratius describendam pertinuerit. —

AUCTARIUM ADNOTATIONUM AD AESCHYLI EUMENIDES ET CORRIGENDA.

Pag. 3, ad Vs. 9. Eandem, quam nos verbo *χοιρὰς* subesse volumus, significationem de conjugato vocabulo *χηραμοὶ* testatur Favorinus s. v. *χηραμός*: — *χηραμός, κατάδυσις, ἡ* (fort. *ἢ*) *κοίλη πέτρα, καθὰ ὁ ποιητὴς ἐξηγεῖται· καὶ μέχρι δὲ ἄρτι πολλοὶ τῶν Ἑλλαδικῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ Πελοπόννησον, χηραμοὺς τὰς παρὰ θάλασσαν ῥαγάδας πέτρας φασὶ κατά τινα παραφθοράν.*

— 16, Vs. 58 et 59.:

οὐδ᾽ ἥτις αἶα τοῦτ᾽ ἐπεύχεται γένος
τρέφουσ᾽ ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.

Nollem hunc locum, quamvis sanum mea sententia, non adnotassem, quippe in quo jam olim Arnaldus et nuper Hermannus *πόνον* corrigendum esse censuerint. Recte, si vocabulum *πόνων* a verbo *μεταστένειν* penderet. Sed est illud cum *ἀνατεὶ* construendum, in quam rem cfr. Soph. Oed. Colon. Vs. 1165: *ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ᾽ ὁδοῦ* et similia. Quod vero idem Hermannus contendit, etiam scholiastam *πόνον* legisse, apud quem pro *τὸ τῆς ἀνατροφῆς* scribendum sit: *τὸν τ. ἀ.*, aperte cupidius quam verius dictum est; reputes etiam velim, haec verba non ad *πόνων*, sed ad *τρέφουσ᾽ ἀνατεὶ* adscripta esse.

— 18, ad Vs. 77. Constructionis diploë num per se ferri possit hoc loco, an minus, in medio relinquam; exempla, quamquam non omnino similia, adnot. ad Sophocl. Ajac. p. 331 sqq. collegit Lobeckius.

Pag. 19, ad Vs. 92. Nollem Hermanni emendationem ἐκνόμως indicta caussa respuissem, ne eodem, quo reliquas, loco habuisse viderer, quae cum facillima sit, tum usu vocis ἐκνομίως Aristophaneo (vid. Vs. 982. cum adnot. Hemsterh. et schol. atque Vs. 993.) et auctoritate Suidae (s. Vs. ἐκνομίως) satis confirmata videri possit, qui iisdem fere, quae apud schol. Aristoph. reperiuntur, verbis positis addit: λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως. Sed dubitabam equidem, num usum Comici, in ejusmodi quidem vocabulis, in quibus non solum scriptorum tempora, sed etiam genera discernenda videntur, temere ad tragicos poetas traducere liceret. De Agam. Vs. 1452. prorsus non liquet. De simili usu vocis ἐξαίσιον nollem Hermannus ad Hom. Odyss. XVII, 577. provocasset; est is sane haud rarus maxime apud sequioris aevi scriptores, vid. quos citavit Heinichen ad Euseb. Histor. Eccles. Lib. II, 17. Judicent eruditi. Adjectivi ἔκνομος similis quidem quodammodo significatio est, sed apud Orph. Argonaut. Vs. 60. Meam correctionem, quamquam minus facilem, ut praeferrem, praeterea, sicuti indicavi, fecit scholiastis explicatio, quem quidem probe considerabam verbis: οὐ μόνον τιμᾷ, ἀλλὰ καὶ σέβει posse vel solum vocabulum σέβει circumscribere voluisse; sed hoc pacto verbi ἐκνόμων vel quodcunque aliud loco ejus ob oculos habebat, nullam omnino rationem habuisse putandus erat. Ceterum verbum ἐκτιμᾶν eadem cum vi positum reperitur apud Sophocl. Electr. Vs. 64. Emperii emendationem ἐκγόνων, nuper in Actis Societatis Graecae Lipsiensis Vol. I, Fasc. II, p. 90 propositam, non moror.

— 24 sq., ad Vs. 104 sq. et 115 sq., si tanti est, cfr. etiam quae congesserunt Blomfield. Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 676. et Pflugk. adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 994.

Mox ad Vs. 110. ex uno cod. Reg. L. apud Faehs. pro πάντα ταῦτα enotatur inverso ordine scriptum: ταῦτα πάντα. Vid. Lobeck. adnot. ad Soph. Ajac. Vs. 1023.

Subinde Vs. 112. pro scriptura ἀρχυσμάτων praeter libros a Wellauero citatos non solum facit lectio Med. e collat. Weigel.: ἀρκουσμάτων, ubi ad aspe-

rum spiritum attende, sed testatur illam etiam schol. B. lemmate.

Pag. 30 sq. quod suspicatus sum Vs. 164. θόρνον scribendum esse, judicio doctorum hominum relinquo. Omni dubitatione careret Fritzschii emendatio: θᾶκον (sic scr. p. 30, lin. ult.); immo vide an etiam θρόμβον ferri possit, non quidem eo sensu, quem e verbis aliter constructis extricavit Hermannus, sed simili, ac θρόνον, significatione adhibito vocabulo. Cfr. Hesych. Θρανίαι, θρόμβοι. Θρόμβοι, αἷμα παχύ, πηπηγός, ὡς βουνοί (ubi vid. adnot. Alberti, qui in Gloss. Jatric. MSS. pro Θρύμβος, θρόμος probabiliter rescribit: Θρόμβος, θρόνος). Θρόμβος, ὑψηλὸς τόπος. Eodem spectat quod schol. ad Soph. Trachin. Vs. 702. tradit: θρόμβος γὰρ ὁ ὄγκος, reddens ille nimirum Sophocleum verbum adjectivum θρομβώδεις voce ἐπηρμένοι.

— 32, ad Vs. 152. Vocabulum μεσολαβεῖ ex ea loci interpungendi ratione, quam nos amplexi sumus, etiam passivo sensu capi potest ita, ut de locutione λαμβάνειν κέντρον cogites simili illi, quae infra Vs. 172. reperitur: λαμβάνειν πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν, quacum cfr. Euripidea Ion. Vs. 525. Matth.: εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν. Pro illa apud Musaeum carm. de Herone et Leandro Vs. 166. est: δέχεσθαι κέντρον, ad quem locum plura dedit Heinrichius.

— 36 sq., ad scholl. in Vs. 165. Satius erit, opinor, a scholiastis, ut Sophocleo, Furias cum Parcis confusas statuere. De verbis ὅσον (τὸ) ἐπί σοι cfr. schol. B. ad Sept. c. Theb. Vs. 993. Schuetz.

— 40, ad Vs. 177. Cur formationem καρανηστῆρες ab omnibus, quod sciam, libris et scriptis et impressis, qui fidem merentur, suppeditatam, contra quam Schwenckio et Wellauero visum est, cum prioribus hujus fabulae editoribus repudiavissemus, explicatius disputare nolebamus; vid. tamen jam Lobeck. paralipom. gr. Gr. interea edit. p. 449 et adnot. 75. — Mox scribe ὀφθαλμωρύχοι cum Robortello; monuit etiam Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 228.

— 47, ad Vs. 180. De vocabulo λυγμὸς eadem vel omnino vel ex parte, quae Hesychius, tradunt Photius, Suidas, Cyrillus Lex. mscr. apud Albert. ad locum Hesychii. Ceterum probe scio, illam formationem a

Photio (*Λύγξ, οὐχὶ λυγμὸς καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν*) et Thoma Magistro (*Λύγξ, ὅπερ ἐστὶ κάλλιον τοῦ λυγμός*) notari; quamquam nescio, hi utrum utram quae vocis significationem respiciant, an potius eam e qua affectum ventriculi denotat. — Lin. 3, ab ima pag., scribe *ἀναλυγμός*.

De generibus crudelitatis universo hoc loco memoratis cfr. Boettigeri adnot. in libro de persona Furiarum p. 81, qui tamen non audiendus est, quum verba *σπέρματος ἀποφθοραί* non de abortus procuratione intelligenda esse censet. *Καρανιστὴς μόρος* memoratur etiam apud Eurip. Rhes. Vs. 813, *πολυαίμων φόνιος ἀποκοπὰ κρατὸς* Aeschyl. Suppl. Vs. 821. Praeterea de poena oculorum effossorum praeter Stanlejum adi Welckerum in Zimmermanni Diurnis literar. a. 1834, Nr. 97, p. 778, not. 5. et C. Fr. Hermannum Quaest. Oedipod. Cap. I, p. 9, not. 19; de abortus procuratione jure Attico poena proposita vetita, quos citavit Wachsmuth. in compendio Antiquit. Graec. Vol. I, p. 2, pag. 269, not. 208, — eadem tamen commendatur ab Aristotele in libro de politia in hominum nimia copia; de castratione maxime in insula Chio facta Herod. VIII, 105. et Athen. VI, 266, E.; de lapidatione praeter Stanlejum ad Sept. c. Theb. Vs. 205.: Dawes. Miscell. crit. p. 308, Blomfield. Glossar. ad Agam. Vs. 1606, Wachsmuth. l. c. Vol. II, p. 1, addit. 3.; de obtruncatione Hom. Odyss. XXII, 475 sqq., quem locum citavit Klausen. ad Choeph. Vs. 419, et ad quos adnot. ad eundem locum provocavit Stanlejus, modo alterum hujus supplicii genus ab altero recte discernas; denique de palatione praeter eos, quos Wakefield. in Silv. Crit. P. II, p. 63 et adnot. ad h. l. indicavit, e tragicis potissimum Euripid. Iphig. in Taur. Vs. 1395, Electr. 902, Rhes. 510. Matth., quibus in locis, excepto secundo, barbari dicentes inducuntur. Apud Graecos cultioris certe aevi carnificis instrumenta erant: gladius, laqueus, tympanum, venenum, cicuta, ut monet Pollux VIII, 7, 71.

Pag. 48, ad Vs. 202. Hodie non dubito, quin falso suspicatus sim, scholiastam pro *γὰρ* scriptum repperisse: *παρά*. Potius crediderim, hujus verba in

vitio esse et pro παρὰ reponendum περί. In libro, quo utebatur scholiastes, post verba τί γὰρ nullum erat interpunctionis signum, ut apud Robortellum; verba προςτέταχθε ποιεῖν petiit ex versu 199; genitivum casum γυναικὸς ita explicavit, ut pro περὶ γυναικὸς positum diceret — plane ut e recentioribus interpretibus Abreschius. — Dubitari potest, utrum interrogationis signum post τί γὰρ ponendum sit, ut haec dictio eam vim habeat, quam apud Eurip. Ion. Vs. 210 Matth., Xenoph. Memorab. II, 6, 2 et 3, alibi (cfr. infra adnot. ad p. 129), an minus. Genitivus casus γυναικὸς non pendet ex verbo μητραλοίας, ut Wellauero visum est, sed ex iis, quae Apollo additurus fuisse putandus est; is ipse ad sequentia verba mente supplendus est, in hunc modum: ὁ φόνος γυναικός, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ, οὐκ ἂν γ. ὁ. αὐθ. φ., h. e.: caedes, quam uxor fecit, cett. — Lin. 24 l. »expellendorum«; lin. penult. et in iis, quae sequuntur: ὀμφαλόν.

Pag. 49, ad ea, quae de verbo αὐθέντης dixi. Error est, quod rettuli, schol. Apollon. et Eurip. alteram vocabuli partem a verbo ἱέναι ductam esse putare, nam hi quoque originem ejus ex verbo ἱέναι repetunt.

— ad Vs. 204. Quum dicebam: »παρ' οὐδὲν ἐργάζεσθαί τι dictum ut παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τι«, nolebam, utriusque dictionis eandem vim esse, ut vel interpretatio latina docere potest. Verbo ἐργάζεσθαι eam vim tribuebam, quae magis propria est verbo composito ἀπεργάζεσθαι, neque id temere, quamquam apud tragicos poetas sane nullum hujus usus exemplum reppereram. Nunc demum loci magno opere tentati veram emendationem invenisse mihi videor. Mendum non in ἠρκέσω, ubi adhuc ejus sedes quaerebatur, sed in πιστώματα latet. Scribe una litera mutata: πιστώματι. Verba ἦ κάρτ' ἄτιμα fortiore interpunctione a sequentibus secernenda sunt, de quo vid. Bernhard. Syntax. p. 285. Dictio παρ' οὐδὲν ἀρκεῖσθαι Ἥρας καὶ Διὸς πιστώματι significat: non acquiescere in fide per Junonem et Jovem data. De re consule Lobeck. Aglaoph. p. 650, adnot. n).

— 50, ad Vs. 217. Quum dubitari possit, num πλέον

nibus Colonensibus locus, quodammodo disertis verbis adeo contrarium testentur. Sed movit virum egregium praeterea etiam illud, quod religiones Colonenses, utpote Sicyone Thebas indeque Colonum tralatas, inque quibus Oedipi memoria dominaretur, ab urbicis origine diversas fuisse credebat. Quo de mihi cum eo omnium minime convenit. Neque enim persuadere mihi possum, quod l. c. p. 132, not. 206 non absonum esse ait a Thudichumio, cujus quidem liber ipse mihi, dum haec scribo, non est ad manus, conjectum, »Oedipi sepulchrum, de quo Pausanias I, 28. loquatur, demum vastato Eumenidum fano Colonensi in urbem translatum esse,« ut Oedipi memoriam nec ab urbicis sacris abfuisse existimem, et contendo, religiones urbicas non minus cum Peloponnesiis communi colligatas esse vinculo, quam Colonenses. In quibus si, quod recte, ut mihi quidem videtur, C. Fr. Hermannus conjecit, jam ab initio Furiae Eumenidum nomen prae se tulerant, inde argumento hoc apparet, etiamsi nihil omnino valeret Oresteanum fabularum memoria, tamen causam non fuisse, cur Muellerus et Fritzschius putarent, post tam longum temporis spatium extrinsecus demum Atheniensibus innotuisse hanc appellationem. —

Et haec quidem puto sufficere de his rebus disputata. Revertamur jam ad Godofredi Hermanni de iis, quae in postrema Minervae oratione perierint, sententiam. Videtur autem ne is quidem satis caute et circumspecte versatus esse in testimoniis grammaticorum ad lacunam explendam adhibendis. Etenim quum potissimum auctorem argumenti fabulae Aeschyleae sequitur, certe in secundis curis, quod, ut recte ab ipso correctum sit, tamen haud dubie lacunosum est, lexicographorum vero, qui in universum idem tradunt, sed additis verbis: ὥςτε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, ob quae ipsa horum testimonium maxime est in dubitationem vocatum, quoniam scilicet Minerva apud Aeschylum Erinyum non in Orestem sed in populum Atheniensem versum furorem sedet, nullam habeat rationem, nec fidem testium satis ponderavit et adversariis suis locum reliquit, unde veram rei rationem impune impugnare possent. Nos contra potius lexicographos illos, [illegible]

ques distinctius loqui et plura tradere, quam illum, appareat, ita audiendos esse arbitramur, ut Minervam, postquam sententiam inchoatam ad finem perduxerat, in iis quae interciderunt post versum 981, Orestis mentionem injecisse statuamus atque per hanc occasionem Furiis Eumenidum nomen imposuisse. Utrumque qui factum sit, ad verbum demonstrari nullo modo potest, esse tamen factum, caussae satis validae docent. Quippe maxime omnium mirum esset, si ne verbo quidem de Furiarum in Orestem animo mutando monitum esset. Verum quidem est, hunc servatum esse per illum Minervae calculum, ut ipse confitetur Vs. 724, atque Athenas relinquere post Vs. 747 patriam petiturum, nec Furias, quamvis non acquiescant in judicio, quo Orestes absolutus erat, huic pergere minantes, sed omnes suas minas atque iram totam in terram deae dicatam convertere — tamen vel sic poetae, meo certe sensu, hac re ad laetum et idoneum, in quo acquiescas, exitum perducta, etiam Furiarum cum Oreste reconciliatio quantumvis leviter significanda erat. Sed auscultemus ea, quae posuit Muellerus ad Eumenidas p. 177 et p. 197. »Aeschylos,« ait, »hat diese Versöhnung des Orestes mit den Erinnyen ganz mit Stillschweigen übergangen. Er begnügt sich ihn durch die Freisprechung des Areopags der Gewalt der Erinnyen zu entreissen, wiewohl sonst in der Wirklichkeit auf diese Freisprechung noch versöhnende Opfer folgten (§. 67.). Aeschylos aber lässt den Zorn der Erinnyen erst hiernach aufs Höchste steigen, und erst durch Athena's Beredsamkeit und die Gelobung eines Cultus die milde Natur der Gottheiten hervortreten, deren Segenswünsche alsdann, ohne dass des Orestes noch gedacht wird, ganz und gar der Stadt Athen zugewandt werden. Die patriotischen und künstlerischen Absichten, welche den Gang des Stückes so bestimmt haben, sind leicht zu entwickeln (vgl. §. 99.);« — et altero loco: »Denn dass wir nicht etwa bloss über Orestes getröstet werden sollen, ist schon aus der Weise klar, wie er von der Bühne entlassen wird, ohne einen Chorgesang, der nun etwa sein Schicksal in erhabner Stimmung zusammenfasste. Der Dich-

ter scheint beinahe den Orestes zu vergessen über der Gründung des Areopags und des Erinnyen-Dienstes, zweier Institute, die Aeschylos ebenso als eng verbunden, und von gleichartiger Bedeutung für das Athenische Volksleben fasst, wie sie es geschichtlich waren (§. 678.). Wer aber glauben könnte, dass der Gegenstand des Stückes hier einem patriotisch-politischen Zwecke aufgeopfert sei, würde nach meiner Meinung Aeschylos Grundsätze gänzlich verkennen. Die Grundidee der Trilogie — ist durch eine solche Wendung der Dinge keinesweges in ihrer Entwickelung gehemmt — cett.« Haec igitur viri praestantissimi verba non tam ideo plenius exscribenda curavi, quod in universum et in re summa vera esse arbitror, quam quia Muellerum similia atque nos, quamvis quasi invitum, desiderasse satis apparet. Fac igitur Minerva sub finem postremae orationis breviter — neque enim proprio Chori cantico tali, quale significat Muellerus ad hoc opus erat — de Furiarum in Orestem animo mutando dixerit et neque ab hac parte restabit, quod desideres aut in quo offendas, atque, quum hac re neque universa fabulae series et tenor interrumpatur, neque quae in antecedentibus Athenarum in gratiam ficta sunt ullo modo retractentur aut imminuantur; nihilominus illustrandae patriae, aeque atque antea consultum erit a poeta. Et revera hoc loco de Oreste sermocinatam esse deam, etiam ex ipsis ultimis ejus verbis concludere posse mihi videor. Ad Orestem enim, non ad populum Atheniensem, referendum videtur vocabulum εὐάνδροισι, quum alioqui non liqueat, cur soli viri nuncupati sint. Quod si recte conjeci, ne illorum quidem piacularium sacrorum mentio, quam desiderat Muellerus, praetermissa est, modo, quod ea non fiunt per ipsum Orestem, sed hujus quasi nomine per alios. Convenienter enim hic, ubi statim post primam absolutionem per Areopagum factam prima quoque pompa ducta esse fingitur, duo sacra, quae alias secreta erant, in unum conjunguntur. Unde rursus apparet, quam apte fieri potuerit, ut Minerva eo loco, quo proprie tantum pompa Eumenidum nunc primum ducenda et sacra, quae ad hanc pertinebant,

describenda essent accuratius, etiam de Oreste diceret, et simul, quo jure ibidem de novo Erinnyum nomine sermonem fuisse conjecerimus, nam hae res etiam grammaticis testibus arctissime conjunctae erant. Ergo, ut paucis comprehendam quod sentio, videtur Minerva in iis, quae interciderunt, dum de pompa dicebat, Orestis denuo caussam suscepisse, ita quidem, ut Furias hortaretur, ut etiam huic non amplius irascerentur, atque post vel inter ea verba, incertum qua ratione, non tamen tanquam per occasionem, sed ita ut nexus quidam inter utramque rem intercederet, hisce Eumenidum nomen imposuisse, et deinde viris Atheniensibus, qui antea judicum munere functi erant, mandasse, ut illum in finem deas cum aliis tum sacrificio oblato honorarent.

Et haec fere sunt quae sub ipsum finem orationis Minervae dicta putamus. Num vero antea pluribus et de reliquis cultus Eumenidum partibus et de hoc etiam in posterum deabus tribuendo sermo fuerat, ut Fritzschius auguratur in iis, quae superius p. 195 et sq. extr. exhibuimus? Non opinor. Nam quae in ipsa oratione adhuc exstantia virum doctum moverunt, ut alteram ejus partem huc spectasse crederet, verba τὸ λοιπὸν, si integra sententia, ubi posita sunt, ad Orestem potius, quam ad Athenienses referenda est, nihil ejusmodi probant. Omnino vero hoc placitum ne per se quidem probabile est. Etenim sive cultum dearum in universum instituendum esse censes, sive singulas nonnullas ejus partes commemorandas, sive populum Atheniensem monendum, omnibus hisce jam antea satisfactum erat a Minerva iis, quae primum Vs. 771 sqq., tum Vs. 797 sqq., deinde Vs. 829 sqq. et inprimis inde a Vs. 850 usque ad Vs. 861. denique Vs. 946 sqq., dixerat, quorum locorum talis ratio est, ut poeta hoc negotio in sequentibus supersedere non tam posse quam debere videatur; immo etiam pompa, qua Eumenides ad sedes suas ducuntur et sacra in ea obeunda, quae res demum sub finem fabulae fusius describuntur, jam Vs. 816 sqq. tanquam etiam in posterum duratura ita commemorantur, ut ne de hoc quidem in hac demum postrema Minervae oratione sermonem fuisse probabile sit; Mi-

nervae autem super his rebus dicta quasi confirmant nomine totius populi Areopagitae deductores Vs. 991 sq. et 995. Itaque praeter illam, quam modo significavi, Orestis mentionem et Eumenidum nominis impositionem nihil excidisse crediderim, nisi quod praeter ea, quae hodieque supersunt, ad solam pompam accuratius describendam pertinuerit. —

AUCTARIUM ADNOTATIONUM AD AESCHYLI EUMENIDES ET CORRIGENDA.

Pag. 3, ad Vs. 9. Eandem, quam nos verbo χοιρὰς subesse volumus, significationem de conjugato vocabulo χηραμοὶ testatur Favorinus s. v. χηραμός: — χηραμός, κατάδυσις, ἡ (fort. ἢ) κοίλη πέτρα, καθὰ ὁ ποιητὴς ἐξηγεῖται· καὶ μέχρι δὲ ἄρτι πολλοὶ τῶν Ἑλλαδικῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ Πελοπόννησον, χηραμοὺς τὰς παρὰ θάλασσαν ῥαγάδας πέτρας φασὶ κατά τινα παραφθοράν.

— 16, Vs. 58 et 59.:

οὐδ' ἥτις αἶα τοῦτ' ἐπεύχεται γένος
τρέφουσ' ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.

Nollem hunc locum, quamvis sanum mea sententia, non adnotassem, quippe in quo jam olim Arnaldus et nuper Hermannus πόνον corrigendum esse censuerint. Recte, si vocabulum πόνων a verbo μεταστένειν penderet. Sed est illud cum ἀνατεὶ construendum, in quam rem cfr. Soph. Oed. Colon. Vs. 1165: ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ et similia. Quod vero idem Hermannus contendit, etiam scholiastam πόνον legisse, apud quem pro τὸ τῆς ἀνατροφῆς scribendum sit: τὸν τ. ἀ., aperte cupidius quam verius dictum est; reputes etiam velim, haec verba non ad πόνων, sed ad τρέφουσ' ἀνατεὶ adscripta esse.

— 18, ad Vs. 77. Constructionis diploë num per se ferri possit hoc loco, an minus, in medio relinquam; exempla, quamquam non omnino similia, adnot. ad Sophocl. Ajac. p. 331 sqq. collegit Lobeckius.

Pag. 19, ad Vs. 92. Nollem Hermanni emendationem ἐκνόμως indicta caussa respuissem, ne eodem, quo reliquas, loco habuisse viderer, quae cum facillima sit, tum usu vocis ἐκνομίως Aristophaneo (vid. Vs. 982. cum adnot. Hemsterh. et schol. atque Vs. 993.) et auctoritate Suidae (s. Vs. ἐκνομίως) satis confirmata videri possit, qui iisdem fere, quae apud schol. Aristoph. reperiuntur, verbis positis addit: λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως. Sed dubitabam equidem, num usum Comici, in ejusmodi quidem vocabulis, in quibus non solum scriptorum tempora, sed etiam genera discernenda videntur, temere ad tragicos poetas traducere liceret. De Agam. Vs. 1452. prorsus non liquet. De simili usu vocis ἐξαίσιον nollem Hermannus ad Hom. Odyss. XVII, 577. provocasset; est is sane haud rarus maxime apud sequioris aevi scriptores, vid. quos citavit Heinichen ad Euseb. Histor. Eccles. Lib. II, 17. Judicent eruditi. Adjectivi ἔκνομος similis quidem quodammodo significatio est, sed apud Orph. Argonaut. Vs. 60. Meam correctionem, quamquam minus facilem, ut praeferrem, praeterea, sicuti indicavi, fecit scholiastis explicatio, quem quidem probe considerabam verbis: οὐ μόνον τιμᾷ, ἀλλὰ καὶ σέβει posse vel solum vocabulum σέβει circumscribere voluisse; sed hoc pacto verbi ἐκνόμων vel quodcunque aliud loco ejus ob oculos habebat, nullam omnino rationem habuisse putandus erat. Ceterum verbum ἐκτιμᾶν eadem cum vi positum reperitur apud Sophocl. Electr. Vs. 64. Emperii emendationem ἐκγόνων, nuper in Actis Societatis Graecae Lipsiensis Vol. I, Fasc. II, p. 90 propositam, non moror.

— 24 sq., ad Vs. 104 sq. et 115 sq., si tanti est, cfr. etiam quae congesserunt Blomfield. Glossar. ad Aesch. Prom. Vs. 676. et Pflugk. adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 994.

Mox ad Vs. 110. ex uno cod. Reg. L. apud Faehs. pro πάντα ταῦτα enotatur inverso ordine scriptum: ταῦτα πάντα. Vid. Lobeck. adnot. ad Soph. Ajac. Vs. 1023.

Subinde Vs. 112. pro scriptura ἀρχυσμάτων praeter libros a Wellauero citatos non solum facit lectio Med. e collat. Weigel.: ἀρκουσμάτων, ubi ad aspe-

rum spiritum attende, sed testatur illam etiam schol. B. lemmate.

Pag. 30 sq. quod suspicatus sum Vs. 164. θόρνον scribendum esse, judicio doctorum hominum relinquo. Omni dubitatione careret Fritzschii emendatio: θᾶκον (sic scr. p. 30, lin. ult.); immo vide an etiam θρόμβον ferri possit, non quidem eo sensu, quem e verbis aliter constructis extricavit Hermannus, sed simili, ac θρόνον, significatione adhibito vocabulo. Cfr. Hesych. Θρανίαι, θρόμβοι. Θρόμβοι, αἷμα παχύ, πηπηγός, ὡς βουνοί (ubi vid. adnot. Alberti, qui in Gloss. Jatric. MSS. pro Θρύμβος, θρόμος probabiliter rescribit: Θρόμβος, θρόνος). Θρόμβος, ὑψηλὸς τόπος. Eodem spectat quod schol. ad Soph. Trachin. Vs. 702. tradit: θρόμβος γὰρ ὁ ὄγκος, reddens ille nimirum Sophocleum verbum adjectivum θρομβώδεις voce ἐπηρμένοι.

— 32, ad Vs. 152. Vocabulum μεσολαβεῖ ex ea loci interpungendi ratione, quam nos amplexi sumus, etiam passivo sensu capi potest ita, ut de locutione λαμβάνειν κέντρον cogites simili illi, quae infra Vs. 172. reperitur: λαμβάνειν πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν, quacum cfr. Euripidea Ion. Vs. 525. Matth.: εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν. Pro illa apud Musaeum carm. de Herone et Leandro Vs. 166. est: δέχεσθαι κέντρον, ad quem locum plura dedit Heinrichius.

— 36 sq., ad scholl. in Vs. 165. Satius erit, opinor, a scholiastis, ut Sophocleo, Furias cum Parcis confusas statuere. De verbis ὅσον (τὸ) ἐπί σοι cfr. schol. B. ad Sept. c. Theb. Vs. 993. Schuetz.

— 40, ad Vs. 177. Cur formationem καρανηστῆρες ab omnibus, quod sciam, libris et scriptis et impressis, qui fidem merentur, suppeditatam, contra quam Schwenckio et Wellauero visum est, cum prioribus hujus fabulae editoribus repudiavissemus, explicatius disputare nolebamus; vid. tamen jam Lobeck. paralipom. gr. Gr. interea edit. p. 449 et adnot. 75. — Mox scribe ὀφθαλμωρύχοι cum Robortello; monuit etiam Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 228.

— 47, ad Vs. 180. De vocabulo λυγμὸς eadem vel omnino vel ex parte, quae Hesychius, tradunt Photius, Suidas, Cyrillus Lex. mscr. apud Albert. ad locum Hesychii. Ceterum probe scio, illam formationem a

Photio (*Λύγξ, οὐχὶ λυγμὸς καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν*) et Thoma Magistro (*Λύγξ, ὅπερ ἐστὶ κάλλιον τοῦ λυγμός*) notari; quamquam nescio, hi utrum utramquae vocis significationem respiciant, an potius eam, e qua affectum ventriculi denotat. — Lin. 3, ab ima pag., scribe *ἀναλυγμός*.

De generibus crudelitatis universo hoc loco memoratis cfr. Boettigeri adnot. in libro de persona Furiarum p. 81, qui tamen non audiendus est, quum verba *σπέρματος ἀποφθοραὶ* non de abortus procuratione intelligenda esse censet. *Καρανιστὴς μόρος* memoratur etiam apud Eurip. Rhes. Vs. 813, *πολυαίμων φόνιος ἀποκοπὰ κρατὸς* Aeschyl. Suppl. Vs. 821. Praeterea de poena oculorum effossorum praeter Stanlejum adi Welckerum in Zimmermanni Diurnis literar. a. 1834, Nr. 97, p. 778, not. 5. et C. Fr. Hermannum Quaest. Oedipod. Cap. I, p. 9, not. 19; de abortus procuratione jure Attico poena proposita vetita, quos citavit Wachsmuth. in compendio Antiquit. Graec. Vol. I, p. 2, pag. 269, not. 208, — eadem tamen commendatur ab Aristotele in libro de politia in hominum nimia copia; de castratione maxime in insula Chio facta Herod. VIII, 105. et Athen. VI, 266, E.; de lapidatione praeter Stanlejum ad Sept. c. Theb. Vs. 205.: Dawes. Miscell. crit. p. 308, Blomfield. Glossar. ad Agam. Vs. 1606, Wachsmuth. l. c. Vol. II, p. 1, addit. 3.; de obtruncatione Hom. Odyss. XXII, 475 sqq., quem locum citavit Klausen. ad Choeph. Vs. 419, et ad quos adnot. ad eundem locum provocavit Stanlejus, modo alterum hujus supplicii genus ab altero recte discernas; denique de palatione praeter eos, quos Wakefield. in Silv. Crit. P. II, p. 63 et adnot. ad h. l. indicavit, e tragicis potissimum Euripid. Iphig. in Taur. Vs. 1395, Electr. 902, Rhes. 510. Matth., quibus in locis, excepto secundo, barbari dicentes inducuntur. Apud Graecos cultioris certe aevi carnificis instrumenta erant: gladius, laqueus, tympanum, venenum, cicuta, ut monet Pollux VIII, 7, 71.

Pag. 48, ad Vs. 202. Hodie non dubito, quin falso suspicatus sim, scholiastam pro *γὰρ* scriptum repperisse: *παρά*. Potius crediderim, hujus verba in

vitio esse et pro παρὰ reponendum περί. In libro, quo utebatur scholiastes, post verba τί γὰρ nullum erat interpunctionis signum, ut apud Robortellum; verba προςτέταχθε ποιεῖν petiit ex versu 199; genitivum casum γυναικὸς ita explicavit, ut pro περὶ γυναικὸς positum diceret — plane ut e recentioribus interpretibus Abreschius. — Dubitari potest, utrum interrogationis signum post τί γὰρ ponendum sit, ut haec dictio eam vim habeat, quam apud Eurip. Ion. Vs. 210 Matth., Xenoph. Memorab. II, 6, 2 et 3, alibi (cfr. infra adnot. ad p. 129), an minus. Genitivus casus γυναικὸς non pendet ex verbo μητραλοίας, ut Wellauero visum est, sed ex iis, quae Apollo additurus fuisse putandus est; is ipse ad sequentia verba mente supplendus est, in hunc modum: ὁ φόνος γυναικός, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ, οὐκ ἂν γ. ὁ. αὐθ. φ., h. e.: caedes, quam uxor fecit, cett. — Lin. 24 l. »expellendorum«; lin. penult. et in iis, quae sequuntur: ὀμφαλόν.

Pag. 49, ad ea, quae de verbo αὐθέντης dixi. Error est, quod rettuli, schol. Apollon. et Eurip. alteram vocabuli partem a verbo ἱέναι ductam esse putare, nam hi quoque originem ejus ex verbo ἱέναι repetunt.

— ad Vs. 204. Quum dicebam: »παρ' οὐδὲν ἐργάζεσθαί τι dictum ut παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τι«, nolebam, utriusque dictionis eandem vim esse, ut vel interpretatio latina docere potest. Verbo ἐργάζεσθαι eam vim tribuebam, quae magis propria est verbo composito ἀπεργάζεσθαι, neque id temere, quamquam apud tragicos poetas sane nullum hujus usus exemplum reppereram. Nunc demum loci magno opere tentati veram emendationem invenisse mihi videor. Mendum non in ἠρκέσω, ubi adhuc ejus sedes quaerebatur, sed in πιστώματα latet. Scribe una litera mutata: πιστώματι. Verba ἦ κάρτ' ἄτιμα fortiore interpunctione a sequentibus secernenda sunt, de quo vid. Bernhard. Syntax. p. 285. Dictio παρ' οὐδὲν ἀρκεῖσθαι Ἥρας καὶ Διὸς πιστώματι significat: non acquiescere in fide per Junonem et Jovem data. De re consule Lobeck. Aglaoph. p. 650, adnot. n).

— 50, ad Vs. 217. Quum dubitari possit, num πλέον

ab Aeschylo pro *πλέων* adhibitum sit, quaesiverim, liceatne dictionem *πόνον πλέον τίθου* interpretari: laborem pluris puta.

Pag. 54, ad adnot. in Vs. 239. Lin. 17 pro 229 scr. 292. Versum Sophocleum nollem in comparationem vocassem.

— 59, ad init. pag. *Ματροφόνους* scribi jubet Ellendt. Lex. Sophocl. Vol. II, p. XVIII.

— — ad adnot. in Vs. 259 seqq. Vellem monuissem, reputandum esse, apud tragicos poetas non reperiri conjunctionem particularum *ἤ* — *ἤτοι*. Notaverat jam Lobeckius adnot. ad Sophocl. Aj. p. 146, adn., et simul, e Platone quae afferrentur, minus apposita esse, demonstrasse Schneiderum ad Civ. I, p. 62. De quadam Brunckii conjectura, illam particularum conjunctionem Sophocli restituendam esse censentis, vid. Ellendt. Lex. Sophocl. Vol. I, p. 753, sed etiam Vol. II, p. 339. In auctario tamen adnotationum ad Soph. Ajacem, quod subjectum est paralipomenis gr. Gr., p. 553, Lobeckius profert exemplum dictionis e Menandro petitum.

— 60, ad init. pag. Lin. 3 scr. 823. Lin. 4 illud »(273 Well.)« transponendum erat post »Eum. 283.« De controversia, quam tetigi, »cui distrahendae ne nunc quidem se parem sentit« Lobeckius, aliter, et forsan rectius, statuit, vir peritissimus adnot. ad Soph. Aj. p. 228 seqq. Dictio tamen *μίασμα μητρ.* hoc loco oportet piaculum e caede matris contractum significet.

— 61, ad fin. pag. Difficile fuerit dijudicare, quum praesertim Vs. 276 spurius sit, de quo vide p. 94, cum quo vocabulo construenda sit vox *ὁμοῦ*, utrum cum *πάντα* an cum *γηράσκων*. Hoc alterum si statuatur, hodie nescio an praestet *ὁμοῦ* eadem ratione cum participio constructum credere, qua alibi *ἅμα*, de quo vid. quae adnotaverunt Blomfield. ad Agam. Vs. 1616 (1609 Well.) et Stallbaum. ad Plat. Phileb. C. 106. Cfr. Pers. Vs. 999.

— 70, lin. 20 post »Cfr.« insere »Vs. 312.«

— 74, lin. 13 adde: »Mehlhorn. adnot. ad Anacreont. 35, Vs. 11, p. 141 sq.« Ceterum conjectura, quam protuli, nihil mihi volebam, nisi digitum intendere ad rem, de qua nemo adhuc cogitasset.

Pag. 78, Vs. 376 sqq.

— γῆν καταφθατουμένη,
ἥν δῆτ' Ἀχαιῶν ἄκτορές τε καὶ πρόμοι —
ἔνειμαν αὐτόπρεμνον εἰς τὸ πᾶν ἐμοί κ. τ. λ.

Libri: τὴν καταφθατουμένην. Illud jam pridem repositum de conjectura; sed quum diu dubitaverim, vocula τήν, quae et ansam dedit ad verbum καταφθατ. depravandum et sine dubio satis antiqua scriptura est, modo pronomen esse posse reputetur, ut mutetur, an non sit necessarium, hoc loco non taceo, suspicari me, posse fortassis de ellipsi verbi γῆ cogitari; quamquam in re, quae magis minusve ex sensu pendet, nihil decerno. Nota sunt, quae ad hanc rem spectantia leguntur apud Bos., Ellips. p. 78 et 484, ed. Schaef.; Elmslej., adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 141; Bernhard., Syntax. p. 183, cujus decretum quoddam refutat Pflugk. adnot. ad Eurip. l. c.; sed proxime ad hujus loci similitudinem accedunt, quae reperiuntur apud Lycophr., Alexandr. Vs. 408 sqq.:

Ἅπασα δ' ἄλγη δέξεται κωκυμάτων,
ὅσην Ἄραιθος ἐντὸς ἠδὲ δύςβατοι
Λειβήθριοι σφίγγουσι Δωτίου πύλαι.

Ubi tamen Bachmannus, simili fortasse licentia usum esse Euphorionem notans, »ellipsis«, inquit, »durior, quam quae in bonis scriptoribus reperiatur.«

— 83, ad inf. pag. De eo, quem diximus, verbi θέα usu, Augusti Matthiae illa admonitus adnotatione, fusius egit Lobeckius paralip. gr. Gr. p. 511 sqq.

— 106, ad fin. pag. Lego igitur Vs. 458: ἔστιν. Sed hoc, ut alia similia, quae a quovis uno facile sentiri possunt, notare passim supersedimus.

— 107. Vs. 470 Ellendt Lex. Sophocl. Vol. II, p. XVIII ματροκτόνου scribendum censet.

— 115. In verbis Wellaueri, quae attulimus, consulto non mutavimus falsum accentum verbi adjectivi λεπαδνός, sic enim scribendum foret, quia, ut hoc loco semel dicamus, fere ubique ita versati sumus, ut in ipsis V. V. D. D. verbis afferendis, vel apertos quosque errores intactos nec notatos

transscriberemus. Cui legi obtemperantes quod brevi post λέπας scripsimus, non λεπάς, Pavo injuriam fecimus, qui nec hoc vocabulum nec reliqua accentu notasset, sed illud ita scriptum reperiebamus apud Butlerum, e cujus adnot. Pavi illa verba transscripsimus.

Pag. 117, ad lin. 8. De scriptione παραιβάδης, quam tacite rejecimus, non probanda vide jam quae disputavit Lobeckius paralip. gr. Gr. p. 155.

— 129, ad Vs. 148. Quod non injeci mentionem ejus dictionis τί γάρ; usus, de quo paullo supra in add. ad Vs. 202 dixi (cfr. etiam Pflugk. adnot. ad Eurip. Heracl. Vs. 712), inde factum, quod eum apud Aeschylum non reperiri atque eam ob caussam huic poetae non esse temere tribuendum putabam. Injuria quidem. Omnino locus varias interpungendi explicandique rationes admittit. Cfr. etiam p. CX, adnot. 110.

— 136, lin. 10 (ab ima pag.) ante »οὔτε« excidit »μήτε, ut«.

— 139, lin. 4 scr. 765. Pers. Vs. 255 nunc scribitur: αὐτὸς δέ. Add. Suppl. Vs. 790 et 791, Danaid. fr. 35.

— 141, ad init. pag. Quod ipsum locum Tyrtaei solum ad partes vocavi, exemplis, quae apud tragicos poetas reperiri sciebam, nondum dedita opera conquisitis examinatisve, partim magis animi caussa feci, quia verba, ad quae res spectat, significatione fere eadem sunt, partim consulto, ut hoc uno saltem exemplo docerem, etiam alius generis poetas similiter locutos fuisse, nam de tragicis poetis res multo magis constat. Adde, si tanti est, ex alio poetarum genere, etiam Hymn. Homer. XXXII, Vs. 9 et 10: εὖτ' ἂν —

δῖα Σελήνη
ζευξαμένη πώλους ἐριαύχενας, αἰγλήεντας,
ἐσσυμένως προτέρωσ' ἐλάσῃ καλλίτριχας ἵππους.

Apud tragicos poetas exempla, quae aliqua ratione similia sint, tot reperiuntur, ut, quamvis iis colligendis multum temporis tribuerim, typis tamen excudenda curare pigeat. Inveniuntur etiam, quae

vel ad conformationem orationis similia sint, quale est illud, quod apud Euripidem legitur, Ion. Vs. 16:

τέκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ', ἀπήνεγκεν βρέφος.

Quid quod loci satis multi existunt, ubi eadem ipsa verba similiter deprehenduntur repetita, quod genus exempla haud pauca inter multa diversissima reperiuntur apud eos, quos citavit Wellauerus ad Choeph. Vs. 236, aliosque, quos taceo. Porro multi loci sunt, ubi vocabula sive idem significantia, sive eadem ipsa non ita repetuntur, ut cum vi factum dicas, quod ut in versu Aeschyleo locum habet; ita ne epitheta quidem *παλαιὰς* et *ἀρχαίας* prorsus idem significant. Quae Wellauerus ad Agam. Vs. 90 citavit satius erat in hac caussa omnino non commemorare, quum praesertim in locis, quos ex Aeschylo deprompsit, nullus esset, qui idoneus videretur. Hoc de loco, qui est Sept. c. Theb. Vs. 253, vere dictum esse, intelliget qui accurate inspexerit, quamquam hunc locum, pariter atque eum, qui in Agamemnone exstat, eodem fine, quo Wellauerus, citavit Jacobus Quaestt. Lucian. Spec. I, p. 18. De Agam. Vs. 90 explicando bene meruit Klausenius, quamquam ex parte erravit; sed quum locus corruptus sit et accuratiorem sibi deposcat disputationem, certam, ut spero, emendationem alibi proferam. Denique locus, qui est Suppl. Vs. 977 sq., et ipse in vitio est. Verba haec sunt:

Τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς.
Θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί τί μιν
καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ.

Ocius corrige: *θήραις*, h. e. captando vel insidiando.

Pag. 151, ad adnot. in Vs. 718 seqq. Quod de Victorio dixi, ita est, ut dixi; sed de mutatione facta nullo verbo monitum.

— 159, ad Vs. 798. Posse scriptionem *πολλῆς* retineri, si verbum *πολλή* hoc loco idem valere statueres, quod *τιμία*, de quo vid. v. c. Valckenaer. adnot. ad Eurip. Hippol. Vs. 1, id quidem probe reputabam, sed haec significatio ad hunc locum minus apta videbatur. Non posse tales locos, quales

sunt Pind. Pyth. VII, 1: μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι, de quo loco cfr. Dissenii adnot., et Solon. Eleg. XIII, 5 (ed. Bach. p. 88): μεγάλην πόλιν, vulgatae scriptionis vulgatae patrocinari interpretationi, per se intelligitur. Illud tamen πολλή, si vere sit a poeta profectum, potest etiam ita accipi, ut sit: magna et honorata vel — quae aptissima esse videtur interpretatio — vehementer (laudabis).

Pag. 166, lin. 5 (ab ima pag.) scr. »1427.« Locus Luciani omittendus erat.

— 167 sq. Quod media pag. dixi, scholiastam, scribentem οὐ μακράν, integram explicare dictionem οὐ μόλις παρών, non jam probabile duco. Nihil interpretaturus erat, nisi sola verba οὐ μόλις. Verbum μακρὰν de tempore dictum est. — Explicationem, quam pag. seq. protuli (lin. 10 scr. 481), nimis illam artificiosam atque contortam hodie non moror. Ἔστω παρὼν dictum est pro παρέστω, ut in locis, quos in comparationem vocavi, ἐστὶ παρὸν pro πάρεστι et ἦν παρὼν pro παρῆν. Dictio οὐ μόλις ad universam sententiam spectat, non ad unum solum vocabulum θυραῖος. Interpretor: externum bellum non parum suscipiatur et geratur. Ceterum Hermanni correctionem non tam non intelligo, quam minime probo.

— 181. Vs. 957 erunt fortasse, qui vulgatam scriptionem δέ με a correctione Wakefieldi, quam tacite in ordinem verborum recepimus, defendere velint adhibitis iis exemplis, quae congessit Bernhard. Syntax. p. 275, similibusque aliis, sed dubito an cum nulla verisimilitudinis specie.

— 205, lin. ult. adnotationem Lobeckii omissurus eram.

In primis hujus Auctarii paginis jam pridem typis excussis quum pauca quaedam praetermissa nolim et corrigenda videam, haec adde.

Pag. 5 sq., ad adnot. in Vs. 26. Interpretationi scholiastae, quam amplexi sumus, adversatur Zoega

»Li Bassirilievi Antichi di Roma«, T. I, p. 128, adnot. 3, affirmans, nolle poetam Pentheum timiditatis accusare, sed nihil, nisi dicere, illum tanquam feram in venatione captam perisse. Huic explicationi nihil obstat, nisi constans usus dictionis λαγὼ δίκην, quem notavimus.

Pag. 34, med. Nollem de negotio tacuissem, quod facessit verbum οὐπώποτε, si ab hoc poeta pro οὔποτε usurpatum statuas, de quo vid. Lobeck. adnot. ad Phrynich. p. 458. De vocabulo οὔπω pro simplici οὐ posito dixit Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 502. Certe ille verbi οὐπώποτε usus non temere tragicis poetis tribuendus est.

— 42. Illa, quam vocabulorum stirpi, de qua agitur, propriam fuisse diximus, vis et significatio, etiam in his Suidae verbis, s. v. χλούνης prolatis, deprehenditur: καὶ χλούνης, μονιὸς πλήκτης. Simul nota, verbo χλούνης, pariter atque loco Aeschyleo, activam significationem tribui.

Ad ea, quae pag. 237, versus finem paginae, dixi, adnoto, exempla praepositionis in una eademque enuntiatione cum diversis casibus constructae suppeditare Jacobs. adnot. ad Anthol. III, p. 194, 286 et Bernhard. Syntax. p. 200 sq. Ergo adnotatione Lobeckii, ad quam provocavi, in hac quidem caussa, non opus est.

Pag. 238, lin. 4 post »vid.« excidit »Plut.«

— 240, lin. 4 scr. (utram)-»que.«

Calami errores et vitia typothetae nondum indicata.

A. In Commentationibus.

P. XVIII, l. 11 dele »Vs. 38«. — p. XXIII, l. 11 colloca virgulam post »Delphis«; l. 23 scr. »ias«. — p. XXIV, l. 33 scr. »Ne-« et l. 34 »ptuno«. — p. XXVII, l. 12 scr. »verbo«. — p. XXIX, l. 5 ab ima pag. scr. »ba-«. — p. XXXVI, l. 16 ab i. pag. scr. ἐρημώσας. — p. XXXIX, l. 19 post »sqq.« colloca virgulam. — p. XLII, l. 18 scr. »comparationem«. — p. XLIV, l. 16 scr. »eccyclema«. — p. XLV, l. 3 ab i. p. scr. 166. — p. XLVII, lin. penult. scr. »compertum«. — p. XLVIII, l. 4 scr. »libris«. — p. XLIX, l. 7 scr. »quorum«. — p. L, l. 7 ab i. p. scr. δίκῃ. — p. LIV, l. 3 ab i. p. scr. 452. — p. LVII, l. 6 scr. δήμων. — p. LVIII, l. 13 scr. »fabulam«; l. 32 scr. »Areopago«. — p. LIX, l. 8 ab i. p. scr. 375. — p. LXVI, l. 12 scr. »adgressumque«; (cfr. tamen p. 91). — p. LXIX, l. 14 ab i. p. scr. 297. — p. LXX, l. 10 scr. 291. — p. LXXII, l. 24 pro »p.« scr. »Vs.« — p. LXXIII, l. 16 scr. 297. — p. LXXIV, l. 16 ab ima pag. scr. 298. — p. LXXVIII, l. 13 ab i. p. scr. 147; l. 12 ab i. p. scr. ὑπευδομένα et σπευδομένα. — p. LXXIX, l. 19 scr. 343. — p. LXXXIII, l. 17 ab i. p. scr. κατα- et l. 18 φθατομένη. — p. XCV, l. 13 ab i. p. ante »fuisse« pone: » — p. XCVIII, l. 16 ab i. p. scr. »quum«. — p. C, l. 25 et p. CV, l. 13 scr. ξυνδικήσων. — p. CI, l. 5 ab i. p. pro 474 scr. 573. — p. CVI, l. 10 ab i. p. forsan scr. 614. — p. CX, l. 15 scr. 599. — p. CXVII, l. 34 pro »ejus« scr. »ei et«. — p. CXIX, l. 5 scr. 644. — p. CXXXIV, l. 11 ab i. p. scr. »remotissima«. — p. CXXXVI, l. 13 ab i. p. scr. 246. — p. CXXXIX, l. 24 post »δυσφιλῆ« colloca virgulam. — p. CXLIII, l. 12 ab i. p. scr. 402.

B. In Adnotationibus.

Pag. 3, lin. 6 ante »respectu« excidit »habito«; l. 23 post »Farn.« pone virgulam. — p. 7, l. 19 scribe γῆρας. — p. 9, l. 9 ab ima pag. scr. ἴτυν. — p. 13, l. 16 pro »eo« scr. »ex«; l. 18 ab i. p. scr. »dixit«; l. 14 ab i. p. scr. χειροδράκοντες. — p. 14, l. 22 scr. φυσιάμασιν. — p. 18, l. 25. scr. »adhibetur«. — p. 19, l. 22 pro »an non« scr. »ne« et l. 23 ante »habuerit« insere »non«. — p. 20, l. 11 ab i. p. scr. »debere«. — p. 22, l. 4 ab i. p. dele »non«. — p. 26, l. 3 ab i. p. scr. ρκδ'. — p. 27, l. 2 ab i. p. scr. »correctio«. — p. 28, l. 3 scr. »voluerat«. — p. 29, l. ult.

scr. »reperitur«. — p. 32, l. 21 scr. »vocant«; l. 13 et l. 3 ab i. p. *λοβόν*; l. 3 ab i. p. *φρένας*. — p. 35, l. 25 pone comma ante »lectionem«. — p. 37, l. 16 ab i. p. post »Atqui« pone virgulam. — p. 43, l. 12 ab i. p. scr. »demonstrantur«. — p. 45, l. 11 scr. »tribuerat«. — p. 52, l. 22 scr. »sequitur.« — p. 56, l. 16 scr. »habet«. — p. 63, l. 6 post »alii« excidit »et veteres«. — p. 64, l. 9 scr. »*κατ*-« et l. 10 »*ηρεφεῖ*«; l. 9 ab i. p. tolle punctum post »sunt«. — p. 65, l. 21 dele »non«. — p. 76, l. 4 ab i. p. et p. 77, l. 5 scr. 372. — p. 77, l. 24 scr. »hy-« et l. 25 »mnum«. — p. 80, l. 20 dele virgulam post »caussa« collocatam. — p. 98, l. 2 ab i. p. pro »esset« scr. »erat«. — p. 101, l. 12 ab i. p. pro 35 scr. 39. — p. 102, l. 17 scr. »exhibentur«. — p. 105, l. 16 scr. »leguntur«. — p. 109, l. 5 dele vocem »non«, qnae est post »an«. — p. 122, l. 17 scr. *Οὐπώποτ'*; l. 8 ab i. p. scr. »exscribam«. — p. 133, l. 25 dele »non«; l. 2 ab i. p. pro »sit« scr. »fit«. — p. 135, l. 1 scr. »quid«. — p. 137, l. 3 ab i. p. scr. 666. — p. 138, l. 15 ab i. p. scr. »vivum«. — p. 140, l. 12 ab i. p. scr. *δαίμονας*. — p. 142, l. 3 ab i. p. scr. *ἀντι*-. — p. 144, l. 13 dele virgulam post »esse« collocatam et l. 14 scr. »volunt«. — p. 145, l. 10 scr. »utitur«; l. 25 scr. »significat«. — p. 147, l. 15 dele virgulam post »videntur« collocatam. — p. 148, l. 12 ab i. p. pro »de ea« scr. »a dea«. — p. 150, l. 5 scr. »Ald.«; l. 20 scr. »addiderat«. — p. 161, l. 9 scr. *καθιππάσασθε*. — p. 163, l. 6 ab i. p. scr. *τίμιος*. — p. 164, l. 19 post »Guelph.« colloca virgulam; l. 24 scr. *βλόβας*. — p. 165, l. 20 dele »non«. — p. 168, l. 15 ab i. p. scr. *τῇδέ*. — p. 169, l. 7 scr. 858 et 859. — p. 176, l. 9 ab i. p. post »facit« excidit »dico«. — p. 179, l. 19 scr. *Ἄρα*. — p. 180, l. 6 pro »unius certe libri« scr. »singulis libris«. — p. 188, l. 2 dele »non«. — p. 196, l. 6 scr. »tit.« — p. 199, l. 7 scr. »riali«; l. 4 ab i. p. scr. »conclusio«. — p. 202, l. 13 pro »ut faciant« scr. »officium«. — p. 204, l. 1 scr. *μεγάλαι*; l. 3 ab i. p. scr. *περιέσκεπται*. — p. 208, l. 5 et 21 scr. *Παλλάδος*. — p. 212, l. 2 scr. *ἱεροποιοί*. — p. 214, l. 16 scr. »traduntur«. — p. 215, l. 5 scr. »vestimenta«. — p. 217, l. 11 ab i. p. scr. »Harpocratione«. — p. 223, l. 6 colloca virgulam post »videbimus«. — p. 225, l. 15 ab i. p. scr. »quarum«; l. 2 ab i. p. scr. *ἄλλα* et *ἀλλαχοῦ*. — p. 226, l. 16 scr. *δήμιον*. — p. 228, l. 12 ab i. p. scr. »bomb.«; l. 8 ab i. p. scr. *ἡττηθεῖσας*. — p. 230, l. 14 ab i. p. scr. »est«. — p. 234, l. 6 scr. 67, 8. —

Passim dixi minus accurate: »apud Ald.«, debebam: »in ed. Ald.« —

Sed haec hactenus. Plura anquirere taedet. Quaedam vitia orationis, cui poliendae vellem passim aliquanto magis studuissem, castigare nolo. — In iis, quae ad formulam

rationemque scribendi atque ad interpungendi rationem pertinent, non semper nobis constitimus. — Item in locis veterum scriptorum citandis non semper iisdem editionibus uti licuit. Hoc imprimis in Euripidem cadit, de quo video necessarium esse, ut haec adnotentur. In eo scriptore citando per maximam operis partem editione ab Augusto Matthiae curata usi sumus (id quod fere semper nomine adscripto indicavimus), sed in fragmentis citandis constanter recensionem Musgravii secuti sumus. In Adnotationibus tamen, ab initio usque ad pag. 79, ubi passim provocatum est ad Euripidem, quia nondum ad manus erat illa editio, partim cum Barnesio partim cum Musgravio numeravimus, exceptis tribus locis, ubi aut a typotheta erratum est, aut ego rursus aliam editionem (forsan eam, quae apud Tauchnitzium prodiit?) prae oculis habui, dico: p. 3, l. 24, ubi numerus secundum Barn. est 980, sec. Musgr. 982; p. 22, l. 9, ubi secundum Barn. et Musgr. 288, sec. Matth. 278; p. 77, l. 10, ubi secundum Barn. 809, sec. Musgr. 811, sec. Matth. 799. Denique ubi adnotationes Musgravii citavi in Commentationibus, (nescio utrum semper an nonnunquam) numeravi potius cum Barnesio, quam cum Musgravio, quae res iis, qui tertio tomo editionis Barnes. a Beckio curatae utuntur, nullam molestiam exhibebit. — Grammaticae graecae ab Augusto Matthiae editae, quam passim citavi, secunda editione usus sum. —

Typis Friderici Ernesti Huth.

NB. Am Schlusse des [illegible]